
IO. PAVLI PALANTERII
A' CASTRO BONON. MIN. CON.
SACRAE THEOLOGIAE DOCT.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. D. Antonium Mariam Saluiatum. S. R. E. Card.
FIDE, PIETATE, ET RELIGIONE INTEGERRIMVM.

LECTVRA IN QVATVOR LIB. MAGISTRI SENT.
NVPER AEDITA.

Pertinet ad S. Bonavent.^ra Conventum de Urbe





Herculanus Bartholus excudebat Regij. M. D. XC I I I
D. D. Superiorum assensu.

ILLVSTRISS. ET R.mo D.

D. ANTONIO MARIAE SALVIATO, S. R. ECCLESIAE CARDINALI,

FIDE, PIETATE, ET RELIGIONE integerrimo,

DOMINO SVO COLENDISSIMO.

FRATER IO. PAVLVS PALANTERIVS à Castro Bononiensi, in Celeberrimo Conuentu Monachorum D. Io. Euangelistæ Parmæ, SACRAE THEOLOGIAE, DEI GRATIA LECTOR, S. P.



VIDAM animis nostris Illustriss. Cardinalis amor insitus, & innatus interiores partes ad meliora erigens, sensusq; ad sublimia promouens est, quo oẽs homines scire desiderant, quod Peripateticæ disciplinæ Princeps, & sensuum humanorum egregius indagator Aristoteles in libris ad hanc rem editis clarissimè testatur. Noua audire, videre, discere, cognitionemq; rerum occultarum simulq; admirabilium secretorum ipsius naturæ assequi iucundissimum homini soli accidit res in terris cælestes indaganti. In cogni-

tione verò summi Dei excellere optatissimum, atq; pulcherrimum in primis habitum fuit. Hic contemplandi locus fructus mirabiles, vt in frugiferis, & florẽtissimis, copiosisq; maximè cãpis Philosophiæ vberrimus, ac feracissimus præsefert. A quo constanter, honesteq; viuendi præcepta vera, & salubria dicuntur, quæ nos primum ad animi cognitionem commouent, hinc ad modestiam impellunt, ad pietatem informant, & erudiunt. Quibus omnibus allectus in animum dudum induxi meum, Lecturam hanc, & considerationem in quatuor Magistri sententiarum libros à me, qua potui breuitate contractam, & colligatam edere, Amplitudiniq; tuæ merito, & libenti animo dicare. Eia ergo Illustriss. CARDINALIS, *quodcunq; hoc munusculum est accipe, fruere, posside, totum tuum tibi ascribito. Si quid boni in libris erit, Deo Optimo Maximo assignemus; sin secus (quod nolim) meum id totum, non ex voluntate, sed ex ingenij imbecillitate, fuerit. Vale, diuq; viue, tibi, & omnibus in Christi fide, pietate, & religione viuentibus. Parmæ Cal. Iulij. M. D. LXXXXII.*

Franciscus Zaua ad Lectorem.

ADcurrunt Cerui quęsitæ ad flumen aquai,
Vt sedent illa dulci fluente sitim.
Hic fons verus aquæ demissus vertice sacro,
Est vbi mellifluus, perpetuusq; liquor.
Quatuor hic fontes exundant flumine ab vno,
Omnes qui tollunt rore salubre sitim.
Sermo Dei primo reseratur in ordine libro,
Suaue bonis semper, dulceq; colloquium.
Quæ perfecta Deus perfecit Maximus ipse,
Quæ bonitate sua ponit habenda Deus.
Inde Creator adest magnus, mirusq; secundo
Hic totus libro, grandia dona ferens.
Tertius, vt Christus Diuino semine cretus,
Factus homo, monstrat, edocet atq; liber.
Ad quartum venias, resonabit nomine pleno,
Quàm bonus, & clemens, quàm pius omnipotens.
Quatuor hęc breuiter complere volumina tanta,
Ergo lege, & dicas, quàm bonus iste liber.
Hic fons ille fluens clara, lymphaq; perenni,
Ad quem Ceruorum currere more vacat.



AD PERERVDITVM FRANCISCANVM F. Io. Paulum Palanterium in Cęnobio D. Ioannis Euangelistæ, quod est Parmæ, rem Theologicam Pręlegentem.

HIERONYMI ALEXANDRINI PARMENSIS cognomento in innominatorum Academia Abſconditi, Carmen.

MIra Canis, Paule: omnes hęc miramur, & unà
Te ſequimur celeres atria ad alta Dei.
Quid Deus eſt, aperis: corpus quod ſumpſerit olim
Humanum, vt tutos redderet inde ſuos:
Vt pius immenſum dederit mortalibus orbem,
Commoda quæ caris protuleritq; viris.
Qualiaq; ſigna ſui nobis largitus amoris,
Ac fuerit quali flamine totus amor.
Tanta, Deo plaudente, refers: Deus intima pandit,
Vt tibi ſic omnes ſit ſuper ire viros.

INCERTI AVTHORIS.

PAlladis interpres quidquid cęlaret Olympus,
Deſcripſit quondam Petrus, & occuluit.
Interpres Petri modo Pallanterius Alter,
Arcani pandit quidquid, vbique latet.



Typographus ad Lectorem.

ADuertas benigne Lector, in his libris quędam inter componendű litteras incurrisse errata leuia, quę in calce cuiuslibet libri cum suo foliorum, & linearum numero, quo modo corrigenda sint, apposita reperies. Nec te lateat, quędam etiam nescio qua incuria fuisse pręrermissa verba, quæ ibidem hoc signo † sunt adnotata. Ea tu suo loco sic tibi pręmonstata reponere facilè poteris, quo puriorem ipsorum quorumdam locorum sententiam percipere valeas. Id verò te admonitum volui, tum vt rem æqui, boniq; consuleres, tum vt studio tuo commodiùs posses satisfacere. Vale.

INDEX LECTIONVM, DISTINCTIONVM, ET QVAESTIONVM LIBRI PRIMI.

Lectio I.
Varias sacrę Theologiæ acceptiones continet. fol. 1.
Lectio II.
Sacræ paginæ necessitatem detegit. fol. 4.
Lectio III.
Eiusdem doctrinæ sufficientiam manifestat. 7.
Lectio IIII.
Subiectum sacræ Theologiæ, & varia huius termini Deus, nec non subiecti significata comprehendit. fol. 9.
Lectio V.
Num sit scientia, & alia pulchra scitu digna docet. fol. 12.
Lectio VI.
Vtrum sit vna, & vtrum sapientia. fol. 14.
Lectio VII.
Num practica, vel speculatiua. fol. 16.
Lectio VIII.
Circa Prologum versatur, vbi tria beneuolentiæ docilitas, & attentio tanguntur. fol. 18.
Lectio IX.
Dinstinctionis I.
Quibus rebus fruendum sit, & quid sit frui, respectu obiecti declarat. fol. 20.
Lectio X.
Inter frui, & vti discrimen, nec nō multa notatu digna narrat. fol. 22.
Lectio XI.
Nū Deus vtat, vel nobis fruat, & quot frui possimus insinuat. fol. 24.
Lectio XII.
In qua de tribus; de rebus primò, quibus fruitiones actus competere videtur, de amore secundò, quo nos diligit Deus, tandem de fruitionis obiecto est sermo. fol. 26.

Lectio XIII.
Distinctionis II.
In qua modus inquirendi vnitatem, & trinitatem in diuinis primò; Authoritatibus essentiæ diuinæ vnitas probatur secundò; Trinitatisq; vnitas detegitur tertiò. fol. 31.
Lectio XIIII.
In duo vsurpatur quęsita: Nam inquiritur primò; Num vnus sit Deus. Insuper, Num tres tantùm sint diuinæ personæ, quæ duo in caput, corpus, & pedes distributa. In capite sunt argumenta; In corpore notanda; In pedibus argumentorum solutiones. fol. 34.
Lectio XV.
Distinctionis III.
In puncta quatuor distribuitur. In primo argitur de vnitate diuinæ essentiæ naturalibus rationibus; In altero de personarum pluralitate per similitudinem vestigij; In tertio vtrunque per assimilationem imaginis,& mentis creatæ enodatur;In quarto omnes creaturarum assimilationes ad Deum illuminantur. fol. 39.
Lectio XVI.
Tria continet, vestigium trinitatis primò; Modum vnitatis diuinæ essentiæ secundò; Intentionem principalem tertiò. fol. 41.
Lectio XVII.
Similitudinem creaturæ ad Deũ docet, cum dissimilitudine. fol. 43.
Lectio XVIII.
In quinque partes est distributa, iuxta illa quinque Deum repręsentantia, vt vestigium, vt imago, vt ad imaginem esse, vt similitudo, & ęqualitas. fol. 45.
Lectio XIX.
In duo segmenta secat. In quorum primò quęritur, Vtrum imago Dei habeat esse magis in Angelo,quã in homine. Authoritas illa genesis, Faciamus hominem ad imaginem,&c. exponitur secundò. fol. 47.
Lectio XX.
Circa vnum versatur, Vtrum scilicet à nobis humana ratione sit Deus cognoscibilis. fol. 49.
Lectio XXI.
Circa duo, & primò, Vtrum de Deo, quid est, cognosci posit. Insuper, Vtrum sit per se notus. fol. 53.
Lectio XXII.
Inquirere duo docet, Num in omni creatura sit vestigium primò, &

Vtrum trinitatis imago sit in homine secundò. fol. 57.

Lectio XXIII.

Distinctionis IIII.

Tria continet, quęstionem primò de Deo, contra determinata; oppositum secundò; Demùm quæ sit inutilis, declaratur opinio. fol. 60.

Lectio XXIIII.

Complectitur duo, Num in diuinis primò sit concedenda generatio. Insuper, quid tenendum de veritate huius propositionis, Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. fol. 62.

Lectio XXV.

Distinctionis V.

In tria distribuitur puncta: nam quęritur primò, Vtrum in diuinis essentia diuina terminus dici possit generationis. Instantiæ in oppositum adducuntur secundò; Authoritates quędam ꝑ determinatione productionis filij, & Spiritus sancti exponuntur tertiò. fol. 64.

Lectio XXVI.

Continet tria; Dubium primò, Vtrum scilicet paternæ generationis essentia diuina sit terminus; notanda secundò; Argumentorumq; solutiones tertiò. fol. 66.

Lectio XXVII.

Partitur in duo puncta: nam quęritur primò, Vtrum essentia diuina generet, aut generetur. Pręterea, Vtrum filius de substantia Patris generetur. fol. 68.

Lectio XXVIII.

Distinctionis VI.

Tria habet, & primò, quod nec necessitate, nec voluntate Pater filium genuit; Insuper, huic veritati opponitur; Postremo ad principale intentum reuertitur. fol. 70.

Lectio XXIX.

Tripartita est: nam in primis dubitatur, an Pater filium necessitate genuerit; Deinde, argumenta pro parte negatiua ponuntur; Postremo diluuntur. fol. 72.

Lectio XXX.

In qua considerantur tria; Num Pater natura filium genuerit; argumenta secundò; tandem responsio. fol. 74.

Lectio XXXI.

Distinctionis VII.

In qua tria proponuntur, Num generandi potentia sit in filio, declara-

tur secundò; In filio non posse generare, nullam impotentiam dicere; Tertiò ponitur conclusio de potentia generandi in Patre, & filio, quæ aliquo modo eadem est, & aliquo modo non. fol. 76.

Lectio XXXII.

In qua, Num generandi detur in diuinis potentia, primò quęritur; Secundò arguitur; Tertiò notanda; Quartò argumentorum solutio ponitur. fol. 78.

Lectio XXXIII.

In qua quęritur, an generandi potentia dicat quid, vel ad aliquid. Secundò, Num in verbo concedenda sit. fol. 79.

Lectio XXXIIII.

Distinctionis VIII.

In qua fit sermo de tribus, de diuinæ essentiæ veritate primò; De eiusdē immutabilitate secundò; Postremo de eius simplicitate. fol. 82.

Lectio XXXV.

In qua Theoria est de duobus: nam primò quęritur, Vtrum esse Deo propriè conueniat; Insuper, Vtrum esse, & essentia in solo Deo, realiter sint idem. fol. 84.

Lectio XXXVI.

In qua de duobus est sermo, & primò, an Deus sit omnino simplex; Deinde, ān solus immutabilis. fol. 87.

Lectio XXXVII.

Distinctionis VIIII.

In qua tria tanguntur, coęternitas Patris, & filij primò; Secundò propositio; Tertiò ambigua quęstio diluitur. fol. 90.

Lectio XXXVIII.

In qua dubia tria ponunt, Num Pater sit alius à filio; Insuper, Nū Pater prior filio; Tertiò, Num Pater, & filius sint plures ęterni. fol. 92.

Lectio XXXIX.

Distinctionis X.

In qua de tribus est mentio, & primò, de amore, siue de charitate, quæ licet Spiritui sancto attribuatur, communis tamen est scilicet toti trinitati. Secundò de charitate personali, quæ soli Spiritui sancto conuenit. Tertiò manifestatur, quòd iure merito Spiritus sanctus hoc nomine sit vocatus ratione originalis principij. fol. 95.

Lectio XL.

In qua de duobus agitur: nam primò quęritur, Vtrum hoc nomen Spiritus sancti, tertiæ sit proprium nomen personæ. Prętereà, Vtrum

in

in diuinis sint tres tantùm personæ. fol. 97.

Lectio XLI.
Distinctionis XI.

In qua tria habemus; Primò, quòd Spiritus sanctus à Patre, & filio sit ꝓductus; Tangitur secundò circa materiam hanc Græcorũ opinio; Tertiò, & Latinorũ, & Græcorũ loco cõuenientia declarat. fol. 100

Lectio XLII.

In qua primò quæritur. Vtrum Spiritus sancti principium sit diuina voluntas; Insuper, Vtrum à solo Patre, vel à solo filio, vel ab vtroq; procedat. fol. 102. *Lectio XLIII.*

In qua tria proponuntur, & primò, an Pater, & Filius, sint vnum Spiritus sancti principium productiuum; Deinde, an Pater origine prius spiret, quam Filius. Vltimò, an si Spiritus sanctus non procederet à filio, adhuc distingueretur ab eo. fol. 105.

Lectio XLIIII.
Distinctionis XII.

In qua tria continentur: nam primò, in Spiritus sancti productione tẽporum ordo excluditur. Insuper, dignitatis ordo; Ponitur tamen naturalis originis ordo tertiò. fol. 107.

Lectio XLV.

Continet duo, Nũ Pater, & Filius, natura sint Spiritui sancto priores, & vtrũ Spiritus sanctus perfectius ꝓcedat à Patre, q̃ à filio. fol. 109.

Lectio XLVI.

In qua de tribus fit sermo, & primò, an Spiritus sanctus fit à Patre per filium; Secũdò argumẽta ꝓponunt; Tertiò responsiones. fol. 112.

Lectio XLVII.
Distinctionis XIII.

In qua tria manifestantur. Primò quòd Spiritus sanctus, à Patre, & filio non vt eorum filius procedit; Secundò discrimen, inter generationem, & processionem; Tertiò vnum, quòd scilicet Spiritus sanctus non est genitus. fol. 113.

Lectio XLVIII.

In qua duo quæruntur, Vtrum scilicet in diuinis, sit aliqua concedenda processio. Insuper, Vtrum filij generatio, & Spiritus sancti processio sint emanationes distinctæ. fol. 116.

Lectio XLIX.
Distinctionis XIIII.

In qua est sermo de tribus, & primò, quo modo Spiritus sanctus procedat

cedat à Patre, & à filio temporaliter. Insuper, quo modo in donorum suorum communicatione detur; Quòd tertiò, a nullo alio, nisi à Deo detur. fol. 119.

Lectio L.

In qua de duobus fit sermo, & primò de dubio, dum quęritur, Vtrum in diuinis, temporalis processio sit concedenda. Insuper, Vtrũ talis cum ęterna in numerum ponat. fol. 121.

Lectio LI.

In qua duo quęruntur, & primò, Vtrum per temporalem processionẽ, Spiritus sanctus detur, vel eius dona solum; Insuper, Vtrum à viris sanctis dari possit Spiritus sanctus. fol. 125.

Lectio LII.

Distinctionis XV.

In qua tria considerantur, Vtrum Spiritus sanctus, primò à se ipso detur, vel mittat; Insuper, quo modo mitti ipsi filio cõueniat; Tertiò, quòd nec Pater sit missus, nec mitti possit. fol. 127.

Lectio LIII.

In qua quęruntur duo, primum est, Num alicui diuinæ personæ mitti conueniat; Insuper, Num soli Spiritui sancto. fol. 130.

Lectio LIIII.

In qua de duobus pertractatur; Primò enim inquiritur, Vtrum in Deo relationes reales concedendæ; Deinde, Vtrum missio actiua immanens, vel transiens dici debeat. fol. 133.

Lectio LV.

Ex qua colligĩt, Nũ missio qđ notionale, vel essentiale dicat. fol. 137.

Lectio LVI.

Ex qua declarantur duo, Num primò aliqua persona à se ipsa mitti possit, vel ab alia, à qua non procedit. Deinde, Vtrum missio inuisibilis filio competat. 138.

Lectio LVII.

Distinctionis XVI.

In qua tria tanguntur; Primò, quòd Spiritus sanctus visibiliter sit missus. Insuper, Spiritus sancti missio, & filij adinuicem comparantur, vt cognoscamus, quo modo addinuicem se habeant. Tertiò, quo modo filius, & Spiritus sanctus, secundum has missiones se habeant ad Patrem. fol. 142.

Lectio LVIII.

Ex qua duo colliguntur, Vtrum scilicet visibilis missio Spiritui sancto competat.

competat; Insuper, Vtrum eiusdem Spiritus sancti debuerit Christo fieri visibilis. fol. 144.

Lectio LIX.

Duo continet, Vtrum species in quibus apparuit Spiritus sanctus, fuerint veræ res; Alterum, Vtrũ Pater filio maior dici possit. fol. 147.

Lectio LX.

Distinctionis XVII.

Septem continentis, lemma primò; Instantiam secundò; Positionem tertiò; Conclusionem quartò; Dubium quintò; Nouam instantiam sextò; Quęstiones duas septimo. fol. 150.

Lectio LXI.

Ex qua duo eliciuntur; Primum est, Vtrum charitas debeat poni habitus creatus; Insuper, Num gratia habitualis ad merendum sit ponenda. fol. 154.

Lectio LXII.

In qua duo habemus, Num charitas secundum proportionem naturalium detur; Pręterea, Num quis pro comperto habere possit, se esse in charitate. fol. 158.

Lectio LXIII.

Tria complectitur, Vtrum charitas augeatur, Vtrum per quemlibet actum meritorium, & vtrum in infinitum. fol, 161.

Lectio LXIIII.

Distinctionis XVIII.

In qua tria proponuntur; Primò, quòd Spiritus sanctus sit donum, & datum; Secundò, vnde donum, & datum dici habeat; Tertiò ad quos, vt donum, & datum referri debeat. fol. 163.

Lectio LXV.

In qua dubitatur, Vtrum in diuinis, donum sit quid essentiale, vel notionale. fol. 166.

Lectio LXVI.

In qua dubitatur, Vtrum Spiritus sanctus eo donum dici possit, quo Deus; Pręterea, Vtrum Spiritus sanctus conuenienter noster sit appellandus. fol. 168.

Lectio LXVII.

Distinctionis XIX.

Ex qua tria colligi habent, diuinarum personarum ęqualitas primò; earundem identitas in essentia secundò; Nec maioritas, nec minoritas tertio. fol. 170.

Lectio

Lectio LXVIII.

In qua duo quęruntur, & primò, Num in diuinis detur ęqualitas; Insuper, Vtrum Deo competat ęternitas, siue ęternum esse. fol. 174.

Lectio LXIX.

In qua quatuor proponuntur; Primò, Num vna persona sit in alia; Secundò, Num in diuinis totum, & pars sint concedenda; Tertiò, Vtrum veritas sit ens reale; Quartò, an habeat esse in rebus, vel in intellectu. fol. 178.

Lectio LXX.

Distinctionis XX.

In qua de tribus est sermo, de personarum diuinarũ ęqualitate; Primò quantũ ad potentiam; Secundò quęritur, an filius in diuinis possit dici oĩpotens; Tertiò, Num ibi ordo naturæ cõcedendus. fol. 181.

Lectio LXXI.

Distinctionis XXI.

Tria continet: nam primò quęritur, Vtrum de Deo exclusiuæ dictiones prędicentur; Secundò, Num termini essentiales, de personalibus, cum exclusione pronuntientur; Demùm generalis modus ad prędicta intelligenda ponitur. fol. 182.

Lectio LXXII.

In qua de duobus est sermo, & primò de dictione exclusiua: nam quęritur, Vtrum talis vni relatiuorum addita, reliquum excludat; Insuper, Vtrum dictio exclusiua verè termino essentiali respectu personalis prędicati addi possit. fol. 187.

Lectio LXXIII.

Distinctionis XXII.

In qua loquendum est de duobus, & primò, de diuinis nominibus; Insuper, de regulis ad veras horum nominum, in diuinis prędicationes cognoscendas. fol. 191.

Lectio LXXIIII.

In qua duo quęruntur, & primò, Vtrum Deo aliquod propriè conueniat nomen; Deinde, Vtrum nomina de Deo secundum substantiam dicantur. fol. 193.

Lectio LXXV.

Distinctionis XXIII.

In qua tria tanguntur: nam primò, hoc nomen persona à regula superius data de his, quæ substantialiter in diuinis prędicantur, vt perbellè patet intuenti, excipitur; Deinceps, hoc nomen persona pluraliter

liter

liter de tribus dici personis declaratur; Postremo concluditur, quòd in diuinis, nec diuersitas essentialis, nec personalis singularitas ponenda sit. fol. 199. *Lectio* LXXVI.

In qua duo quęruntur, & primò, Vtrum hoc nomen persona substantialiter, vel relatiuè dicatur; Deinde, Num hęc nomina, substantia, subsistētia, essentia, & persona, in diuinis identificent. fol. 200.

Lectio LXXVII.

Distinctionis XXIIII.

Quæ secatur in tria puncta. In quorum primo, per terminos numerales in diuinis, excluditur multiplicitas substantialis; In altero per eosdem amouetur solitudo personalis; Insuper, per eorum distinctionem, confusio personalis reijcitur. fol. 203.

Lectio LXXVIII.

In qua duo quęruntur, & primò, Num termini numerales in diuinis, ponant aliquid; Secundò, Vtrum vnum addat aliquid vltra vnum, quod cum ente conuertitur. fol. 204.

Lectio LXXIX.

Distinctionis XXV.

In qua tria declarantur, & primò, quid significet, cum dicitur, tres personæ, vel duæ personæ; Secundò, quid importetur per hoc, dùm dicitur, alia persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti. Tertiò, quid sibi velit hoc, dùm dicitur, alius est in persona Pater, alius filius, &c. fol. 207. *Lectio* LXXX.

In qua duo quęruntur, & primò, Vtrum persona ad Deum, & creaturam vniuocè se habeat; Secundò, Vtrum in diuinis persona sit quid commune. fol. 209. *Lectio* LXXXI.

Distinctionis XXVI.

In qua de personarū ꝓprietatibus est primò sermo Pręterea, in specie esse Dei filium, secūdæ cōuenire personæ declaratur; Tertiò, nomen Spiritus sanctus, tertiæ in diuinis appropriatur personæ. fol. 212.

Lectio LXXXII.

In qua duo habemus, Vtrum scilicet, diuinæ personæ per relationes distinguantur; Insuper, Vtrum tales relationes sint reales. fol. 214.

Lectio LXXXIII.

Distinctionis XXVII.

In qua de tribus loquitur Magister, de ꝓprietatibus ꝑsonalibus, secundum qđ significant terminis equiualentibus personalibus; Insuper, de nominibus relatiuè se habentibus ad Patrē. Tertiò de nominibus essentialibus pluribus, in diuinis personis conuenientibus fol. 217.

 Lectio

Lectio LXXXIIII.

In qua tria habemus, & primò, Vtrum actus notionales priores sint, relationibus; Insuper, Vtrũ verbũ in nobis sit ipsemet actus intelligendi; Tertiò, Vtrũ verbum in diuinis essentialiter, vel personaliter dicatur. fol. 219. *Lectio LXXXXV.*

Distinctionis XXVIII.

In qua tria declarantur; Primò, quo modo hoc nomen ingenitus, se habeat ad alias notiones; Deinde, quo modo, esse Patrem, & esse filium, se habeant adinuicem; Postremo, quòd imago, quandoque essentialiter, & quandoque personaliter sumitur. fol. 223.

Lectio LXXXXVI.

In qua tria quęruntur, & primò, Vtrum ingenitum sit notio Patris. Insuper, Vtrum proprietas Patris constitutiua; Tertiò, Vtrum imago in diuinis personaliter, vel essentialiter dicatur. fol. 224.

Lectio LXXXXVII.

Distinctionis XXIX.

In qua tria declarantur, quo modo tota Trinitas in diuinis, vt principium se habeat ad creaturas primò. Pręterea, quo modo adinuicē, per hoc nomen principium; Notandum tertiò. fol. 228.

Lectio LXXXXVIII.

In qua tria ꝓponunt, Num in diuinis vna persona alterius principium dici possit. Deinde, Vtrum Pater, & Filius sint vnum Spiritus sancti principium; Postremo, Vtrum Pater, & Filius sint plures spiratores. fol. 229. *Lectio LXXXIX.*

Distinctionis XXX.

Tria continet; Primò, quòd Deus ex tempore ad creaturas refertur; Secundò, quòd ob id non mutatur; Tertiò exemplo desumpto à Spiritu sancto declaratur. fol. 233.

Lectio XC.

In qua tria quęruntur, Num primò, quid de Deo ex tempore dicatur; Secundò, Nũ relatio in creaturis realiter differat à suo fundamento; Postremo, Vtrũ relationes, q̃ de Deo dicunt, sint reales. fol. 235.

Lectio XCI.

Distinctionis XXXI.

Continet tria, nomina quędam primò, communia aliquibus personis appropriabilia. Insuper, quorũdã aliorũ nominum appropriabilium significata; Demùm, rationem prius dictorum appropriatorum fol. 239. *Lectio XCII.*

In qua tria proponuntur, Num primò ęqualitas in diuinis relatio sit realis.

realis. Insuper, Num positiuè, vel priuatiuè sumatur; Tandem, Num essentialia attributa diuinis debeât appropriari personis. fol. 241.

Lectio XCIII.

Distinctionis XXXII.

Ex qua tria eliciuntur, & primò, quo modo Spiritui sancto personæ secundum proprium, & appropriatum comparentur; Insuper, quo modo circa filij appropriatum; Tertiò, quo modo circa vtrunque simul. fol. 245.

Lectio XCIIII.

In qua duo ponunt; Primò, Vtrum Pater, & Filius diligant se Spiritu sancto; Insuper, Vtrum filius sit sapiens sapientia genita. fol. 249.

Lectio XCV.

Distinctionis XXXIII.

In qua fit sermo de tribus; Primò de vnitate proprietatum personarũ diuinarum; Insuper de rationibus contrarijs diluendis; Tertiò de modo obuiandi authoritatibus contrarijs. fol. 257.

Lectio XCVI.

In qua queritur, Vtrum proprietates relatiuæ sint in essentia, & in personis, & quo modo. fol. 255.

Lectio XCVII.

Distinctionis XXXIIII.

In qua est sermo de tribus; Primò de identitate diuinæ essentiæ cum personis; Insuper de comparatione essentiæ ad personas; Tertiò de attributorum recapitulatione. fol. 257.

Lectio XCVIII.

In qua de duobus fit sermo, & primò, Vtrũ in creaturis suppositum, & natura differant realiter; Deinde, Vtrũ in diuinis suppositũ, & essentia idem fol. 259. *Lectio XCIX.*

In qua dubitatur primò, Num conuenienter dicatur, quòd tres sint personæ vnius essentiæ; Deinde, Vtrum aliqua nomina conuenienter dicantur translatiuè de Deo. fol. 261.

Lectio C.

Distinctionis XXXV.

In qua tria enodantur, & primò, quo modo Dei scientia multipliciter dicatur; Insuper, Num à rebus scitis, talis Dei scientia pendeat; Postremo qualiter, & quæ à Deo scita sint. fol. 263.

Lectio CI.

In qua agitur primò, de Dei præscientia, quantum ad differentiam per comparationem ad attributa in diuinis. Secundò de præscientiæ

exigentia; Tertiò, de propria prẹscientiæ materia. fol. 265.

Lectio CII.

Ex qua quatuor seliguntur; Primò, quòd Dei prẹscientia non efficit; Secundò, quòd non cogit; Tertiò, quòd non deficit; Quartò, quòd nec rerum causa sit. fol. 268.

Lectio CIII.

In qua tria proponuntur, Num Dei prẹscientia sit rerũ causa; Insuper, Num rebus necessitatem imponat; Demum, Vtrum certitudinem habeat. fol. 270.

Lectio CIIII.

Ex qua quatuor colligi possunt: nam primò de proprietate prẹscientiæ Dei agitur; Secundò, quo modo in rebus prẹscitis necessitatẽ excludat, declarat; Tertiò eiusdẽ infallibilitas detegitur; Postremo, quo modo cum prẹscientia Dei stet ẽt arbitrij libertas. fol. 274.

Lectio CV.

In qua tria considerantur, an Dei sit prouidentia primò; Argumenta secundò; Argumentorum solutio tertiò. fol. 276.

Lectio CVI.

In qua non magno verborũ apparatu, de Dei ꝓuidentia, quo ad qd sit sermo fit. fol. 278.

Lectio CVII.

In qua de duobus est intentio. Quorum sit Dei prouidentia primò; Dubium secundò cum solutione, Num Deus prouidentiam habeat de homine. fol. 281.

Lectio CVIII.

In qua quinque considerantur, & primò de Dei prouidentia quatuor; Dubium secundò cum solutione; Tertiò quo modo, & fienda, & facta diuinæ subijciantur prouidentiæ; Quartò, quo modo per se ipsum Deus de creaturis omnibus prouidentiam habeat; Demùm, quòd quandoque per bono bonis Deus prouidet, & quandoque bonis per malos, & quid melius sit. fol. 283.

Lectio CIX.

In qua primò de modo prouidentiæ Dei loquemur; Deinde prouidentiæ septem differentias ponemus; Tertiò perpendemus, aliud esse ordinare bonum in malum, & aliud facere malum propter bonum, & aliud permittere. fol. 286.

Lectio CX.

Hęc diuinæ, scilicet ꝓuidentiæ effectus in genere, & in particulari cõplectitur. fol. 290.

Lectio CXI.

In qua duo quęruntur, & primò, Vtrum Deus cognoscat se ipsum tantùm, aut etiam alia à se; Prẹterea, Vtrum distinctam habeat à se de alijs cognitionem. fol. 292.

Lectio

Lectio CXII.

In qua duo in dubium reuocantur, & primò, Num Deus singularia distinctè cognoscat; Insuper, Num Dei scientia vniuersalis, vel particularis sit appellanda. fol. 297.

Lectio CXIII.

Distinctionis XXXVI.

In qua tria continentur, & primò, quòd non omnia sunt in Dei essentia, vt in eius scientia; Insuper, qualiter Dei scientia se extendat ad bona, & ad mala; Tertiò, quòd non omnia, quæ sunt ex Deo Patre, queant de ipso dici. fol. 300.

Lectio CXIIII.

In qua de duobus est sermo: nam primo quęritur, Vtrum Deus mala cognoscat; Insuper, Num creaturæ sint in Deo. fol. 302.

Lectio CXV.

In qua duo proponuntur, & primò, Num Ideæ concedendæ in Deo; Deinde, Num harum pluralitas admittenda. fol. 306.

Lectio CXVI.

Distinctionis XXXVII.

In qua primò de veris modis agitur, quibus Deus dicitur esse in rebus; Secundò falsi modi, quibus in ipsis minimè esse dicitur, semouentur. Tertiò qualiter de nouo incipiat Deus in creaturis esse, & desinat declaratur. fol. 311.

Lectio CXVII.

In qua duo quęruntur, & primò, Num Deus in omnibus sit rebus; Insuper, Num vbique. fol. 313.

Lectio CXVIII.

In qua de duobus loquendum, & primò, Num Angelicæ naturæ competat esse in loco; Insuper, Num moueri localiter. fol. 315.

Lectio CXIX.

Distinctionis XXXVIII.

In qua tria tangunt, dubium primò, Vtrū Dei scientia sit rerū causa; Insuper dubij terminatio ponitur; Postremo ex prędictis oritur noua dubitatio, Vtrum scilicet cum ineffabili Dei pręscientia stet indifferens, vel libera futurorum effectuum contingentia. fol. 317.

Lectio CXX.

In qua duo tanguntur, & primò, Vtrum Dei scientia sit rerum causa; Insuper, Vtrum enunciabilia Deus cognoscat. fol. 319.

Lectio CXXI.

In qua duo proponuntur, & primò, Vtrum Deus futura contingentia

sciat;

sciat; Insuper, determinatio veritatis apparet. fol. 321.

Lectio CXXII.

Distinctionis XXXIX.

In qua tria considerantur, & primò, Num Dei scientia augeri possit; Deinde, Num Deus ea, quæ modo nescit, scire possit; Demùm dubium cum solutione. fol. 326.

Lectio CXXIII.

In qua duo queruntur, & primò, Vtrũ Deus valeat nescire, quæ scit; Insuper, Num infinita cognoscere. fol. 328.

Lectio CXXIIII.

In qua de duobus fit sermo, & primò, Num oĩa diuinæ subdanť prouidentiæ; Insup videndũ, Num ꝓuidentia, & fatũ sint idem. fol. 333.

Lectio CXXV.

Distinctionis XL.

In qua tria; Quid prędestinatio primò; Secundò comparatio prędestinationis ad prędestinatos; Tertiò, vtriusque effectus, & prędestinationis, & reprobationis tanguntur. fol. 335.

Lectio CXXVI.

In qua de actibus quinq; necessarijs ad ꝑdestinationẽ concurrentibus agitur. fol. 338. *Lectio CXXVII.*

In qua de duobus est sermo, de prędestinationis causa primò; Insuper declaratur, quo modo quilibet plus debeat pręsumere de sua prędestinatione, quam reprobatione. fol. 341.

Lectio CXXVIII.

In qua de duobus agitur; Primò enim, quid sit reprobatio dicitur; Secundò, quo modo prędestinatio; & reprobatio pręscientiam differenter includant, enodatur. fol. 344.

Lectio CXXIX.

In qua de tribus fit sermo; De reprobationis decẽtia primò; Cur Deus reprobet aliquos, inquiritur secundò; Demùm, quo modo trium, & quorum causa sit reprobatio. fol. 346.

Lectio CXXX.

In qua de quatuor diuinæ reprobationis effectib' est sermo. fol. 348.

Lectio CXXXI.

In qua duo queruntť, & primò, Num certitudinem habeat ꝑdestinatio; Insuper, Num ad Deum reprobare aliquem pertineat. fol. 351.

Lectio CXXXII.

Distinctionis XLI.

In qua tria declarantur; Primò causa prędestinationis; Insuper falsitas

tas

tas excluditur; Tandē inquiritur, Nū Dei scientia mutet. fol. 354.

Lectio CXXXIII.

In qua dubia duo pponuntur, & primò, Vtrum electio prędestinatió-
nē pręcedat; Insuper, Vtrū pdestinationis sit aliqua causa. fol. 355.

Lectio CXXXIIII.

Vnum continet tantùm, Num scilicet sanctorum precibus prędestina-
tio iuuari possit. fol. 357.

Lectio CXXXV.

Distinctionis XLII.

In qua tria declarantur, & primò, Num Deus sit omnipotens; Secun-
dò veritas ponitur; Tertiò confirmatur. fol. 360.

Lectio CXXXVI.

In qua quęsita duo proponuntur, Num in Deo potentia primò; Dein-
de, Num se ad omnia extendat. fol. 361.

Lectio CXXXVII.

Distinctionis XLIII.

In qua tria, quanta scilicet Deus possit, inquiritur primò; authoritas
ponitur secundò; veritas concluditur tertiò. fol. 364.

Lectio CXXXVIII.

In qua duo quęruntur, & primò, Vtrum Dei potentia sit infinita; De-
inde, Vtrum quid actu infinitum Deus facere possit. fol. 366.

Lectio CXXXIX.

In qua tria excitantur dubia, & primò, Vtrum creaturæ omnipotentia
communicari possit; Insuper, Vtrum Deus ex necessitate naturæ
agat; Tertiò, Vtrum ex necessitate iustitiæ. fol. 369.

Lectio CXL.

Distinctionis XLIIII.


In qua tria considerant, & primò, Nū Deus, res valeat meliores facere,
quam prius fecit; Deinde, Num eas meliores facere possit, meliori
modo; Tertiò, Num modo oīa possit, quæ prius potuit. fol. 374.

Lectio CXLI.

In qua de duobus est sermo, & primò, Vtrum Deus potuerit aliquam
vnam, & eandem creaturam meliorem facere, quam fecerit. De-
inde, Vtrum data quacunque creatura, Deus aliam perfectiorem
secundum speciem producere possit. fol. 376.

Lectio CXLII.


In qua duo tanguntur, & primò, Vtrum Deus, vniuersum melius fa-
cere possit, quam fecit; Insuper, Vtrum aliquid perfectius Virgine
Maria facere potuerit. fol. 379.



Lectio

Lectio CXLIII.
Distinctionis XLV.
In qua tria tanguntur, quid sit Dei voluntas primò; Quid possit Deus secundò; Et quot modis Dei voluntas accipiatur tertiò. fol. 381.
Lectio CXLIIII.
In qua diuinæ voluntatis significata exprimuntur. fol. 382.
Lectio CXLV.
In qua tria quęrunt, & primò, Vtrū Deus velit alia à se; Insuper, Num Deus immediatius agat per intellectū, q̃ per voluntatē; Demū, Nū voluntas cōgruè distinguatī i voluntatē signi,& beneplaciti.fol. 385.
Lectio CXLVI.
Distinctionis XLVI.
In qua est sermo de tribus; Primò de voluntatis diuinæ effectu respectu bonorum; Secundò de eodem respectu malorum; Tertiò de quarundam authoritatum determinatione. fol. 389.
Lectio CXLVII.
In qua dubia duo proponunī, primū est, Vtrū Dei voluntas efficaciter semper impleatur; Deinde, Vtrum mala fieri Deus velit. fol. 392.
Lectio CXLVIII.
Distinctionis XLVII.
In qua tria narranī, & primò, qđ Dei voluntas semp implet; Secundò subditur, quòd ēt, quo ad eos hanc impugnantes, impletur; Tertiò, quo modo Deus secundum eam diuersimodè pręcipiat. fol. 394.
Lectio CXLIX.
In qua duo quęsita examinantur, & primo, Vtrum aliquid fieri possit contra, vel pręter Dei voluntatem; Insuper, Vtrum illud, quod fit cōtra Dei voluntatem, diuinæ dicatur obsequi voluntati. fol. 396.
Lectio CL.
In qua est sermo de duobus, & primò, Num Deus, qđ non vult, pręcipere possit; Deinde, Nū Deus malū fieri pręcipere possit. fol. 399.
Lectio CLI.
In qua tria habemus, & primò, qđ nr̄a voluntas non semper in volito diuinæ voluntati conformatur; Secundò, qđ aliquando sic; Tertiò ex pręedictis notandum. fol. 401.
Lectio CLII.
In qua duo in dubium reuocantur, & primò, dum quęritur, Vtrum voluntas nostra diuinæ possit conformari voluntati; Insuper, Vtrū oēs teneantur ad suam conformandū voluntatem diuinæ. fol. 403.

FINIS.



FRATRIS IO. PAVLI PALANTERII A CASTRO BONONIENSI SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS.

LECTIONES IN PRIMVM librum Magistri sententiarum.

DE SACRAE THEOLOGIAE VARIIS ACCEPTIONIBVS.

Lectio I.



NVOCATO (Nobilissimi Auditores) Spiritu sancto, ut nobis det feruorem in corde, lumen in intelligentia, veritatem in eloquentia, eodem ipso duce ad eam partem, quæ Theologia dicitur, deueniemus; quæ sui prima diuisione in duas diuidi habet partes: duplex enim est, altera vera, altera falsa. Theologia vera nihil aliud est, quàm recta ratio disserendi de Deo; & hęc fuit Dionisij Areopagitæ opinio. Secundum verò D. Aug. sic finitur. Theologia est sermo de Deo. Vnde terminus iste Theologia grecus est, & deriuatur à Theos grecè, quòd est Deus latinè, & logos grecè, quod est sermo latinè. Theologia

ergo est sermo de Deo. Theologia falsa duplex est Poetica, & naturalis: Poetica est illa cognitio, quam habuerunt Poetæ de Deo, vt Virgilius, & Ouidius inter latinos, Homerus verò inter græcos. Naturalis aũt illa cognitio, quã naturales philosophi habuerunt somniantes, Deos esse à natura, q̃ oĩno falsum est. Theologia adhuc vera duplex est, communis, & propria. Illa communis est nuncupanda, quam habuit Philosophus in sua Metaphysica per communia principia desumpta ex his communibus. Sed dicetis, si prima Philosopia Theologia est dicenda: quo igitur modo à Theologia propriè sumpta distabit? Ad hanc difficultatẽ dici poterit: differre penes modum. Nam diuina Philosophia humano procedit modo, altera verò more diuino. Theologia propria adhuc triplex est. Scholastica, textualis, & moralis. Scholastica dicitur illa perfecta cognitio, quæ per speculationem, puta per inuestigationes, per argumentationes, & huiusmodi subtilitates habetur, præsuposita tamen fide. Textualis Theologia, seu literalis illa est cognitio, quæ secũdum literam sacri Canonis Bibliæ, seu in Canone Bibliæ habetur. Hanc sequentes Theologi nuncupantur scripturales, siue literales, sed non scholastici. Moralis Theologia illa dicitur cognitio, quæ tradita fuit in Homelijs à Patribus orthodoxis, vt puta à D. Aug. & cæteris, qui conati sunt ducere nos in Dei cognitionem per moralia, seu per mores, ex quibus discimus, Theologos triplicis esse generis. Alij enim scholastici sunt, & subtiles, alij textuales, alij morales. Quod si velitis hanc triplicem diuisionem ad duplicem reducere, ita dicetis: Theologiam esse, vel narratiuam, vel inquisitiuam. Narratiua in Biblia habetur. Inquisitiua adhuc

duobus

duobus considerari põt modis, vel enim inquisitiua est per viam authoritatis, idest assumendo Bibliæ authoritates, & doctorum originalium, vt in Magistro sent. patet, vel est inquisitiua per viam rationis, & argumentationis, fide non despecta, sed supposita, tunc scholastica hęc censenda. Si verò Theologia habitualiter sumatur, sex modis dici posse, pronunciabitur. Primò pro habitu Prophetarum, & eorum, quibus sacra scriptura reuelata fuit. Secundò pro fide in baptismate infusa. Tertiò pro fide acquisita de fidei articulis, quam simplices Christiani habent. Quartò pro habitu acquisito ex simplici sacræ scripturæ studio, vt cũ quis optimè textus nouit. Quintò pro habitu, quo quis scit vnum ex alio deducere articulum; insuper vnum scripturæ passum per alium declarare. Sextò pro habitu, quo quis per argumenta, & artes nouit defendere fidem. His potest addi, quòd Theologia quandoq; sumitur pro sacra scriptura in se, & aliquando pro actu intelligendi eã, qui duplex est, vnus certus, alter incertus. Certus in Moyse, & Prophetis fuit, quibus sacra reuelata fuit scriptura, ꝗ ex hoc certi fuerunt, quoniam Deus infudit intellectibus eorum actus intelligendi, & assentiendi, & conseruauit actus illos, & noluit cooperari ad actus oppositos, scilicet infidelitatis, & erroris. Alter verò actus incertus intelligendi solet poni in fidelibus alijs, qui & certus, & incertus censetur. Certus, ꝗ a sine dubitatione ponitur, incertus deinde dicitur per comparationem ad primum, cum non sit ita certus, vt primus. Pręterea adhuc Theologia videtur esse triplex Dei, beatorum, & viatorum. Prima est respectu intellectus diuini, secũda respectu intellectus beatorum, tertia respectu

nostri intellectus. Quę adhuc duplex est: Nam quędam appropriatè vocatur Theologia, vt vetus testamentum, quędam Theurgia. i. deificè operatiua, vt nouum testamentum. Datur quędam alia, quæ dicitur propriè Theologia, à qua quis propriè Theologus denominatur, & hęc est habitus discursiuus, & deductiuus conclusionum Theologicarum ex scripturis, & alijs probabilibus; Et hęc satis pro pręsenti.

DE SACRAE PAGINAE NECESSITATE.
Lectio II.

IN proximo prçterito nostro sermone de multiplici huius nominis Theologiæ significatione sumus loquuti, consequenter nunc inquirendum erit. Vtrum homini viatori pro hoc statu sit aliqua doctrina supernaturalis necessaria, vt Theologia. Hic primò titulus quęstionis examinandus, secundò argumenta in oppositum adducenda, tertiò veritas detegenda, quartò rationes soluentur adductæ. Circa primum quęritur. Vtrum, &c. ly vtrum quęstionem denotat, quęstio verò est dubitabilis propositio, & hęc quadruplex est, quęrimus enim de subiecto, de prędicato, de materia, & de modo, vt hic, dùm dicitur. Vtrum, &c. necessè vel necessaria sit, &c. homini. ly homo quandoque sumitur pro dęmone, aliquando pro Deo, tertiò pro animali rationali, quartò pro tertia entitate, vt hic, & sic finitur. Homo est animal rationale, habens discursum, beatitudinis capax. Viatori: Varij vario modo viatorē describere consueuerunt, ego aūt ausim dicere: illū

esse

esse viatorem, qui non est in termino beatitudinis, sed tendit ad ipsum per fidem, & spem prçcipuè, ita vt beatificetur in Deo, qui est obiectiua, & formalis beatitudo. Pro hoc statu nostis vos quadruplicem inueniri statum: Innocẽtiæ scilicet, in quo Adam, & Eua positi fuere; Naturæ destitutæ, in quo fuerunt primi parentes post peccatum. Gratiæ, in quo nos sumus. Gloriæ tandem, in quo sunt modo beati. Hic quęstio intelligẽda venit de statu naturæ lapsæ, qui status est via. Quartus terminus declarandus est necessarium, quòd sumitur quadrupliciter, primo dicitur necessarium, sine quo non contingit animal esse, vt anhelitus, & nutrimentum respectu vitæ animalis. Secundo, sine quo non contingit benè esse, vt potio amara, respectu hominis infirmi, & sic capitur hic. Tertio illud dicitur necessarium, quod fit per violentiam, vt impetus in hostes. Quarto dicitur necessarium simpliciter, & illud est, quod non potest aliter sese habere, vt Deus, & entia sempiterna secundum Arist. Quintus terminus est doctrina, & est notitia communicata per aliquem doctorem extrinsecum, & per hoc excluditur doctrina acquisita per inuentionem virtute propria intellectus, qui intellectus dicitur doctor intrinsecus. Sextus terminus est specialis, dùm dicitur aliqua doctrina, specialis quidem in eo, quòd habet speciale obiectum, puta Deũ sub ratione Deitatis. Vltimus terminus est ly supernaturalis, vbi venit notandum, qđ ueritates Theologicæ dicuntur doctrina specialis supernaturaliter tradita. Insuper illæ ueritates Theologicæ dicuntur, quæ sunt necessariæ, ad vitã ęternam consequendam, & hęc pro tituli quęstionis declaratione sint dicta satis primò. Nunc argumenta in oppositũ se-

cundo loco apponẽda, arguunt enim quidam, vt probent; aliquam doctrinam supernaturalem nobis nõ esse necessariam, dicentes; cũs notitia cuiuscunq; obiecti naturaliter dicitur acquisibilis à nobis: non igitur doctrina supernaturalis necessaria. Antecedens primò sic manifestatur, quia ens in communi, vt patet per Auicennam, naturale obiectum nostri intellectus ponitur, at sub tali comprehenditur Deus, ad quid ergo doctrina supernaturalis? Preterea in anima nostra, vt per Arist. in 3. de anima patet, principia illa duo ponuntur, actiuum, & passiuum: actiui est oĩa facere respectu cuiuscunq; cognitionis: passiui aũt oĩa fieri: igitur nulla doctrina supernaturalis nobis necessaria. Pro ueritate tertio loco ponenda, quid dicat Apost. ad Thi 2. audite, habet enim hęc verba: Omnis doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad docendũ, & ad arguendum: quare, &c. Nunc quarto loco rationes in contrarium formatæ soluendæ, deinde erit finis; illud tamen silentio non inuoluam consideratione dignum, quod pertinet ad intellectum, qui vel ad agens supernaturale, vel naturale, vel ad notitiam põt comparari: si hoc vltimo modo, idest quãtum ad notitiam, nulla ei dicetur esse supernaturalis cognitio necessaria, quoniam naturaliter dicitur informari notitia cuiuscunq; intelligibilis, ad quam naturaliter inclinatur. Si verò comparetur ad agens imprimens notitiam, tunc illa dicetur naturalis notitia, quæ ab agente naturali imprimetur pro statu isto. At si ad agens supernaturale comparetur, respectu cuius ponitur in potentia obedientiali, hoc modo licet capax sit intellectus, nihilominus eget doctrina supernaturali ad perfectam sui vltimi finis cognitionem habendam, ad quã nullus vnquam Philo-

sophorum

sophorum distinctā sui finis deuenit, nec ēt Arist. ipse: nobis itaq; doctrina, &c. necessaria. Demùm rationes diluendæ, & primò prima. Dùm ergo concludebatur, ens nostri intellectus esse obiectum, ad hoc pōt dici, hoc duobus posse considerari modis, vno modo quantum ad inclinationem, alio modo quantum ad attingentiam: argumentum ab aduersario adductum primo modo conceditur, at secundo modo negatur. Ad alteram in ordine secundam rationem de intellectu actiuo, & passiuo debet dici: hęc duo, vt partialia in anima inueniri principia: vlterius verò requiritur obiectum, quod pro hoc statu, cum nostri intellectus facultatem excedat, iccirco via naturæ non potest in ipsum: aliqua ergo supernaturalis doctrina viatori necessaria.

DE SACRAE PAGINAE SVFFICIENTIA.
Lectio III.

EX *quo satis abundè verba fecimus de sacræ Theologiæ necessitate propterea, iure merito in pręsenti parte pertractanda, & examinanda erit illa quęstio de sufficientia. Pręsens igitur lectio in puncta quinq; diuidetur, in quoꝝ primo ponetur quęstio. In altero argumenta pro parte negatiua. Tertio loco veritas per D. Aug. patebit. Quarto notanda. Quinto argumenta diluentur. Quātum ad primum solet quęri. Vtrum doctrina supernaturalis sufficienter sit tardita in sacra scriptura. Mihi primo aspectu videtur esse dicendum, ꝙ non. Nam si sufficienter tradita, proculdubio in lege naturæ fuisset, at tunc temporis non*

 erat:

erat: ergo, &c. Deinde in sacra scriptura multa inueniuntur, de quibus certa non extat notitia, an sint peccata mortalia, aut non, nihilominus hoc saluti hominum expedire videtur, non ergo talis doctrina sufficienter in sacra pagina est tradita. Hic D. Aug. tertio loco in oppositũ se habet, dùm dicit de scriptura Canonica. Hanc fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos scire idonei sumus. Quarto loco pro maiori, ac vberiori doctrina notanda quinq; prĕmittenda sunt, quorum primum est prophetarum vera narrantium. Secundum respicit scripturarum concordiam. Tertium est authoritas scribentium Quartum est diligentia lib. Canonicos recipientium. Quintum est rationabilitas contentorum; quid enim rationabilius, quàm Deum tanquàm finem vltimum super oĩa diligere, & proximum sicut se ipsum, idest ad id, ad quod se ipsum? cum itaq; tot signis, ac tantis sint hĕc confirmata, & maximè miraculorum claritate, dicendum erit non potuisse fieri, nec esse, nisi à Deo Opt. Max. Abeant igitur pagani suarum manuum opera colentes, quia stulti. Abeat secta Machomet suis disciplinis promittens fęlicitatem porcinam, gulam videlicet, & coitum. Sed quid inanius, quàm error Iudeorũ, nouum damnantium testamentum, quod tamen in suo veteri continetur, vt apertè declarat Paulus Apost. in Epistola ad Hebr. Est igitur doctrina supernaturalis sufficienter tradita in sacra pagina, ipsa enim ostẽdit, quis sit vltimus finis hominis in particulari, videlicet visio, & Dei fruitio. Docet insuper media ad hunc finem nos ducentia. His igitur in hunc modũ positis argumentis satisfaciemus, & erit finis. Ad primum iam formatum, cuius minor erat suspecta, sic dicendum,

dum, quòd lex naturæ paucioribus erat contenta, & hoc, quia in naturalibus erãt magis instructi, quapropter modica doctrina illis diuinitus inspirata sufficiebat. Altera ratio concludens multa in sacra scriptura inueniri, de quibus non sumus certi, an sint peccata mortalia, nec ne; poterit in hunc modum dilui. Si primo dixerimus, nullã scientiam oĩa scienda explicare, sed benè illa, ex quibus alia sufficienter possunt elici, atq; deduci. Vnde dantur multæ veritates necessariæ, quæ licet expressè non ponantur in sacra scriptura, ibi tamen virtualiter includuntur, & licet supposita sacra scriptura, ac ẽt expositionibus eius, remaneant aliqua dubia, an sint mortalia, nec ne, via salutis nõ ob id remanet dubia: à talibus enim tanquàm à periculosis debet homo cauere, ne se periculo exponendo incidat in peccatum. Hęc in tantum sint dicta.

DE SACRAE THEOLOGIAE SVBIECTO. Lectio IIII.

H*Odierna die statui verba facere de subiecto totius sacræ Theologiæ, quod se solet habere veluti ianua in domo volentibus ipsam ingredi; Nos quoq; aditum facilem ad Theologiam quęrentes, prius de illo genere circa qđ versetur, loquemur. Diuidatur itaq; pręsens lectio in segmenta sex: in dubium primo. In argumenta pro parte negatiua secundo. Veritas tertio apponetur loco. Significata diuersa nominis Dei quarto. Insuper acceptiones multæ nominis Subiecti. Tandẽ vltimo rationes adductæ soluentur loco. Circa primum quęrunt scholastici Doctores.*

ctores; vtrum Theologia sit de Deo, tanquàm de subiecto primo. Hic Boetius libro de trinitate videtur vnico medio pro parte negatiua argumentari, sic dicendo. Forma simplex subiectum esse non põt, at Deus sic se habet, non igitur hic poni poterit subiectum. Preterea subiectũ scientiæ debet habere principia, partes, & passiones, at Deus non habet principium, quia est simpliciter ens primum, neq; partes subiectiuas, quia est singulare, neq; passiones, quia in ipso nulla datur imperfectio: igitur non erit hic subiectum. Deinde nonne Theologia est de credibilibus? certè sic; credibile igitur hic subiectum, & non Deus. Postremò Christus à quibusdam ponitur hic subiectum, non ergo Deus D. Aug. vt habetur in hoc tertio puncto, in oppositum se habens ait, quòd Theologia est sermo, vel ratio de Deo: Deus itaq; hic subiectum erit, qui Deus, vt habetur in quarto loco, quatuor capi solet modis, nã primo Deus dicitur à Theon grecè, quòd latinè sonat ardere, & hoc propter eius intensam charitatem, efficacissimamq; operationem, quã circa creaturas habet, & exercet. Secundo dicitur à Thein grecè, qđ est fouere latinè propter creaturarum conseruationem. Tertio à Theastè, quod idem est, quòd contemplari, siue considerare, videt enim, ac oĩa Deus intuetur. Quarto solet dici à Theo verbo greco, quod idem est, quod curro, & hoc propter eius sempiternam, & velocem actionem, qua simul oĩa põt, vt alias patebit. Deinceps ab alijs Deus septem solet considerari modis; primo naturaliter, & hoc dupliciter: vno modo essentialiter, vt puta, pro hoc Deo singulari, qui realiter tribus diuinis personis communis est; alio modo personaliter, & hoc dupliciter: primo ꝑ tota Trinitate, vt quãdo

dicitur:

dicitur: Deus creat. Secundo sigillatim, vt cum dicitur: Deus genuit Deum. Ly Deus capitur pro persona Patris, & ly Deum pro Filio. Quando verò dicitur, quòd Pater, & Filius spirant Deum: ly Deum capitur pro Spiritu sancto. Secundò adoptiuè, vt legitur Psal. 81. Ego dixi Dij estis. Tertiò nuncupatiuè, vt Dij gentium Dęmonia. Quartò dignificatiuè, vt habetur Exodi. 32. Dijs non detrahes. Quintò potestatiuè. Exodi. 7. Constitui te Deum Pharaonis. Sextò pro sacerdote Exodi. 21. Offerat eum dominus Dijs. Septimò sumitur solicitudinaliter, vt quorũ Deus venter est. Nunc quinto loco significata subiecti diuersa perpendamus, nam solet hoc nomen subiecti decem capi modis; primò pro subiecto propositionis: Secundò pro subiecto locationis, vt scabellum: tertiò pro subiecto, de quo passio demonstratur: quartò pro prędicato minus communi respectu cõmunioris, vt homo respectu animalis: quintò pro famulo, vel famula: sextò pro re inquantum cognoscitur, vel appetitur: septimò pro subiecto accidentis: octauò pro ente positiuo, vt habetur Physicorum quinto, cum dicitur: Mutatio quędam est à subiecto in nõ subiectum: nonò pro subiecto mutationis realis, V. g. quando ab vno ente reali abijcitur vna forma, & alia inducitur: vltimò pro subiecto scientiæ, quod aliquãdo vocatur materia, circa quam: aliquãdo genus, respectu suarum specierum: postremò obiectum, respectu potentiæ, quæ fertur in illud, vt visiua in lucem, vel colorem. His ita positis in quinque segmẽtis: in sexto, & vltimo nostri sermonis difficile minimè erit rationes adductas diluere. Ad illam ergo Boetij in ordine primam dici poterit, quòd Boetius loquebatur de subiecto accidentis, quo

modo

modo argumentum dicebatur bonum, sed nos hic sermonē facimus de subiecto considerationis, sub quo sensu forma simplex pōt poni subiectum. Ad illud verò argumentum de partibus, & principijs, respondetur: id intelligi debere de subiecto scientiæ humanitus traditæ, non diuinitus inspiratæ, vt hic nos loquimur, dùm verò probabatur, quòd sit Christus subiectum in sacra Theologia: dicatis hoc esse verum, loquendo de materia proxima, sed non de formali. Ad vltimum de credibili dico, quod datur subiectum duplex, vniuersale, & radicale: primo modo de subiecto vniuersali currit argumentum, at secundo modo nullum est, & hęc satis ordine prępostero respectu penultimi argumenti dicta sint.

AN SACRA THEOLOGIA SIT SCIENTIA. Lectio V.

CVM vnaquęq; facultas ꝓprium habeat subiectū circa quod versetur, vt Theologia, quæ Deum pro subiecto habet: iccirco nunc quęrēdum erit. Vtrum sit scientia, nęc ne. Pręsens itaq; sermo noster diuidi poterit in puncta quinque. Primò in dubium. Secundò in argumenta pro parte negatiua. Tertiò in quęsiti veritatē. Quartò in notandū de scientia. Quintò, & vltimò in solutionem argumentorum. Quantum ad primum dubitari solet. Vtrum Theologia sacra sit scientia. Quantum ad secundum pro parte negatiua formantur tres principales rationes: quarum prima desumitur ex Arist. lib. primo Post. dicente: scientiam esse de necessarijs, at Theologia dicitur ēt esse de contingentibus.

gentibus, nõ igitur ſub nomine ſcientiæ contineri poterit. Preterea oĩs ſcientia procedit ex principijs per ſe notis, ſed ſacra Theologia ex articulis fidei non per ſe notis procedit, cum non ab oĩbus concedantur: non ergo ſacra doctrina poteſt dici ſcientia. Poſtremò, Scientia eſt vniuerſalium, non ſingularium, ſed ſacra doctrina pertractat de ſingularibus, puta de geſtis Abrahæ, Iſahc, & Iacob, & ſimilibus: igitur non debet vocari ſcientia. In oppoſitum ſe habet Aug. xiiii. de Trin. vbi apertè fatetur, ſacram doctrinam eſſe ſcientiam, & hęc pro tertio ſegmento. In quarto uerò notandum habetur de ſcientia, quæ ſecundum nonnullos tripliciter capitur. Primò generaliter. Secundò ſpecialiter. Tertiò pro vt diffinitur ab Ariſt. capite ſecundo lib. primi Poſt. Primo modo ſumitur pro quæcunq; certa notitia, ſub quo ſenſu ẽt de contingentibus eſt ſcientia. Secundo modo pro notitia certa, & euidenti, ſub quo ſenſu de aliquibus contingentibus põt eſſe ſcientia. Tertio pro vt diffinitur ab Ariſt. & ita non eſt de cõtingentibus, ſed tantùm de neceſſarijs ſecundum verò Franciſcum de Maironis, Theologia quadrupliciter capitur, vel ꝑ habitu generato ex ſtudio ſacræ ſcripturæ, ſecundo pro habitu concluſionis deducto ex his, quæ in ſacra doctrina ſunt, quibus duobus modis Theologia dicitur fides, & non ſcientia. Tertiò ſumitur pro habitu defenſiuo eorum, quæ ſunt fidei. Quartò pro habitu, qui natus eſt haberi de ſubiecto Theologiæ cognito, quibus duobus modis ſecundum iſtum virũ Theologia dici põt ſcientia. Nunc quinto loco argumenta pro parte negatiua diluenda, & erit finis. Ad primum igitur dicitur, quòd cõcludebat de ſcientia, pro vt eſt à Philoſopho diffinita, non generaliter capta.

Ad

Ad secundum minor propositio venit glosanda, licet ergo sacra doctrina procedat ex principijs non per se notis lumine naturali, tamen lumine supernaturali per se nota dicuntur, & hoc sufficit ad nostrum intentum manifestandum, vel glosetur sic maior, quòd oĩs scientia humanitus tradita, procedat ex principijs per se notis lumine naturæ, cuiusmodi non est Theologia. Ad vltimum dicitur: in sacra Theologia pertractari de singularibus non principaliter, sed solum introduci in exemplum vitæ, sicut euenit in moralibus scientijs. Possumus insuper dicere id fieri ad declarandum authoritatem virorum, per quos reuelatio diuina ad nos accessit, siue processit. Et hęc satis.

AN SACRA THEOLOGIA SIT VNA. Lectio VI.

EX *quo docuimus, sacram Theologiam esse scientiam, consequenter videndum erit primò. Vtrum sit vna. Insuper, Vtrum sapientia nuncupanda. Quęsitum primum diuidi in tres poterit partes, in caput, in corpus, & pedes. Circa caput versaturi pro parte negatiua authoritate Philosophi libro primo Post ita arguemus. Scientia vna debet esse vnius generis subiecti, at sacra Theologia non sic se habet: igitur vna dici non poterit. Minor vt dubia, sic manifestatur, nam in sacra pagina de Deo, & creatura pertractatur, quæ non uidentur contineri sub vno genere subiecti: non ergo vna scientia. Insuper in sacra pagina pertractatur de Angelis, de creaturis, & de moribus hominum, quæ ad*

uarias,

varias, ut benè norunt, periti pertinent scientias: itaq; sacra doctrina vna nõ uidetur: oppositũ tamen legitur apud sapi. x. Dedit illi scientiam sanctorum, sequitur ergo, quòd sacra doctrina sit scientia, & vna, ut habetis in corpore questionis: post qđ sequuntur pedes argumentorũ solutiones continentes. Dici igitur ad primum poterit: sacram doctrinam non determinare de Deo, & creaturis ex ęquo, sed principaliter de Deo, deinde de creaturis, secundum qđ referuntur ad Deũ, vt ad principium, vel finẽ, & ita scientiæ vnitas ob id minimè impeditur. Ad alterum formatum argumentum põt dici, ꝙ sacra doctrina pertractet de pluribus, & diuersis pertinentibus ad scientias diuersas, sed sub ratione vna, scilicet ut diuinitus reuelabilia, ita ut sacra doctrina sit uelut quędã impressio diuinæ scientiæ, quæ una est, & simplex oĩum. Explanato in hunc modum primo quęsito, accedit alterum, dùm quęritur; Vtrũ sacra doctrina meritò censenda sit sapientia. Hic eodem modo ꝓcedere volentes, ut fecimus in examine superioris quęstionis, arguemus primò ad partem negatiuam dicentes; sapientia cũ Spiritus sancti donum sit, per infusionem habetur, sed Theologia per studium acquiritur, non ergo sapientia. Insuper arguitur sic. Illa doctrina, quæ aliunde uidetur supponere sua principia, nõ meretur appellari sapientia, teste Arist. libro primo diuinæ Philosophiæ, at hęc doctrina uidetur sic se habere: non igitur sapientia. Ex alio latere oppositum dicitur cap. 4. Deut. quòd hęc est sapientia, propterea argumenta pro parte negatiua adducta soluenda, & ita erit finis. Ad primum ergo distinguo de duplici sapientia de diuinus iudicatiua, vna enim iudicat per modum inclinationis, & hęc Spiritus

sancti

sancti donum dicitur. Altera iudicat per modum cognitionis, & hęc per studium acquiritur, de qua argumentum currit. Ad secũdum breuibus dicitur, quòd sacra pagina sua nõ supponit principia ab aliqua humana scientia, sed benè à sciẽtia diuina, à qua sicut à summa sapientia oĩs nostra cognitio ordinatur. Et hęc de ꝓmissis.

AN SACRA THEOLOGIA PRACTICA. Lectio VII.

Q*Vęsitis prędeclaratis duo alia hodierna die addemus, deinde ad expositionem primi lib. Magistri sent. accedemus. Quęritur ergo primò, Vtrum sacra doctrina debeat dici practica. Insuper, num speculatiua. Pro parte affirmatiua solent rationes quędam formari: quarum prima desumitur à fine: finis enim practicæ dicitur operatio, vt habetur apud Arist. lib. secundo Metaphysices, at sacra Theologia ordinatur ad operationem: igitur debet dici practica. Minor ꝓpositio, vt suspecta per illud Ia. primo, sic habet probari. Estote factores verbi, & nõ auditores tantùm: sacra ergo doctrina practica. Insuper solet diuidi sacra doctrina per legem veterem, ac nouam, sed lex ad moralem scientiam pertinet, quæ practica est: igitur, &c. Pro determinatione primi quęsiti vnum supponendum venit, quòd practica sit dicta à praxi, siue operatione, de operabilibus ab homine, cuiusmodi non sunt ea, quæ in sacra Theologia habentur. Nunc ad primum, & ad secundum argumentum vnica responsione satisfaciam dicendo, quòd, quamuis sacra doctrina vtranq; sub se comprehendat,*

dat, non ob id magis practica censenda, quia principalius de rebus diuinis, quàm de actibus humanis agit, & hęc de primo dubio, vti nectitur alterum dùm quęritur: Vtrum speculatiua sit. Commentator cęlestis Ierarchiæ, diuidens scientiam in speculatiuam, & practicā, ponit Theologiam speculatiuam: igitur, &c. Deinde illa facultas speculatiua censenda, cuius obiectum necessarium est, at obiectum Theologicum necessarium est: speculatiua ergo hęc scientia. Demùm, si non esset speculatiua, tunc diceretur practica, & de operabilibus à nobis; at sempiterna illa sunt, de quibus est sacrà Theologia, nec à nobis operabilia: speculatiua ergo Theologia. Pro intellectu huius difficultatis primo sciendum est, qđ finis legis est dilectio, quæ praxis dicitur. Praxis aũt propriè nuncupatur operatio alterius potentiæ, quàm intellectus, à recta ratione regulabilis: ex quo sequitur, qđ volitio primo sit praxis, quia actus imperatus à uoluntate non est regulabilis à ratione, nisi mediante actu elicito. Insuper duplex practica, factiua, & actiua: factiua est dirigens in opus, qđ in materia extra recipitur, vt ars domificatiua, & huiusmodi. Actiua verò illa, quæ actum suum non dirigit ad materiam extra, sed recipitur in ipso operante. Post practicam q.d sit speculatio dicatur, nihil enim aliud est, quàm operatio intellectiua, quæ vlterius non ordinatur ad aliam operationem regulandam, benè dicitur ordinabilis ad vltimũ finem amandum, vel attingendum. Nunc conclusiones quatuor sunt ponendæ, deinde argumenta soluentur. Sit igitur hęc prima. Theologia in nobis est practica, quoniam est directiua nostræ voluntatis circa diuina docendo, quibus fruendum sit, quibusuè vtendum. Secunda con-

 clusio.

clusio. Theologia beatorum practica est, quoniam habet prioritatem, & conformitatem respectu actus uoluntatis tendentis in obiectum beatificum. Tertia conclusio. Theologia Dei de necessarijs practica est, quoniam Deus sic se diligit, vt se precognoscit esse diligendū, & ita in sua scientia est prioritas, & cōformitas. Quarta conclusio. Theologia in Deo de contingentibus, puta de verbo incarnato, & huiusmodi, non est practica, quia non est uoluntatis regulatiua circa talia obiecta: cum enim intellectus diuinus sit regula determinatissima, uoluntas autem sit indifferens ad opposita, posset peccare à regula deuiando. Nunc rationes diluendæ, deinde erit finis. Dicitur ergo ad primam: Commentatorem accepisse scientiam speculatiuam largè loquendo. Ad secundam dicitur, quod sufficit contingentia actionis ad scientiam practicam. Ad tertiam, & vltimam respondetur: sempiterna non esse à nobis operabilia hoc duobus posse considerari modis, vel simpliciter, vel sub hoc sensu quatenus diligibilia sunt à nobis. Primo modo currit argumentum, at secundo modo nullum est.

CVPIENTES ALIQVID, ETC.

Prologus.

Lectio VIII.

P*Ræ libatis his, quæ pro introductione sacræ Theologiæ prælibanda erant, tandem superest, vt ad Magistri sent. textum festinemus: diuisionem totius operis primo considerantes, secūdo libri inscriptionem, siue titulum, tertio diuisionem,*

quarto ſingularum partium declarationem. Quantum ad primum. Opus Magiſtri ſent. in quatuor diuidi ſolet partes iuxtà lib. quatuor. In quorum primo eſt ſermo de Deo in ſe. In ſecundo de Deo creatore. In tertio de Deo viuificatore p Chriſtũ, qui vt nos viuificaret naturæ noſtræ vitam aſſumpſit. In quarto verò, & vltimo de Deo curatore per ſacramenta, & hęc de materia horũ librorũ quatuor. Quantũ ad ſecundũ propoſitũ. Titulus, ſiue libri inſcriptio intuenti patet, eſt enim iſte liber dictus ſent. eo quia antiquorũ patruum Doctorũ ſent. de catholicis veritatibus hinc inde collectas breuibus cõprehendat. Quãtum ad tertium, lib. iſte primus in tria ſolet diuidi puncta, iuxta illa tria, q̃ pollicetur Mag. prohemium ſcilicet, tractatũ, & epilogũ. Nos circa primũ verſaturi tria perpendemus; beneuolentiam in primis. Secundo docilitatẽ. Tertio attentionem; Nam Magiſter ſent. primo adeo beneuolus ad traditionem huius doctrinæ extitit, vt cauſas ipſum ab hoc negotio retrahere ualentes, non conſiderans, nec ponderans hunc librum maximè compillauit. Cauſæ uerò ualentes Magiſtrum ſent. ab hoc opere remouere erant quatuor, multorum loquacitas primo, detractorum inuidia ſecũdo, defectus ingenij tertio, materiæ difficultas quarto. Quæ deinde inuitabãt ad ſcribendum, hæ, pręmium apud Chriſtum, & charitas circa Eccleſiam, quam quatuor fluminibus aquæ, ideſt doctrinæ horum librorum quatuor, quos compillauit, irrigare uoluit, & id totũ ad fidei defenſionem, catholicæ ueritatis explanationem, & ſacramentorũ manifeſtationem. Studeat igitur vnuſquiſq; ueſtrum tantùm beneuolentiæ alicuius doctrinæ ſtudio impendere, quantùm Magiſter ſuus ſtudet beneuolum tradere.

Captat proinde Magister sent. docilitatem à persona auditorum causarum genera quatuor proponendo, ex quarum cognitione, discipulus magis docilis efficitur. Primo igitur causa efficiens tangitur, quæ duplex est, principalissima, & minus principali, siue instrumentalis. Prima Deus est, altera Magister sent. materialis, est authoritas sacri canonis, nec non sanctorum Patrum sententia. Finalis verò duplex, scilicet destructio erroris, & manifestatio veritatis, quæ duo maximè aggredi opus hoc Magistrum sent. compulere. Causa formalis similiter duplex, tractatus, & tractandi. Forma tractatus respicit lib. diuisionem in distinctiones, & capitula forma tractandi idem est, quod modus diuidendi, vel exempla ponendi. Tertio tandem loco, discipulus attentus constituitur primo, ex doctrinæ necessitate, secundo ex eiusdē breuitate, eia ergo Nobil. *Audit. librorum numerositatem omittite, breuibus ea percurrentes verbis, quæ collecta sunt, & quæ vobis promptè, quasi sine labore in hoc lib. à Magistro sent. proponuntur.*

DE MYSTERIO TRINITATIS.
Distinctio I.
Lectio VIIII.

DEterminato prohęmio, Magister in pręsenti parte, tractatum suum incipit in lib. quatuor partiales diuidere, cuius ratio est, quia vt dicit Philosophus scientiæ secantur quemadmodum, & res, de quibus sunt. In quorum primo lib. agitur de Deo in se, & absolutè, secundum rationem naturalis suæ perfe-

perfectionis. In secundo, de Deo inquantum eius potentia relucet in effectu creationis. In tertio, de ipso inquantum claret eius sapientia in opere redemptionis. In quarto, & vltimo de eodem quatenus eius bonitas, atq; clementia refulget in fructu glorificationis. Quantum ad librum primũ, duo nobis prestare videtur Magister sent. vnum respiciens, quasi totius operis preambula, alterũ verò intentionem, vt patebit in initio secundæ distinctionis. Nos primũ declaraturi, tria faciemus; nam primo circa, quæ sacra versetur pagina dicemus. Insuper, quibus fruendum sit rebus manifestabimus. Tertio distinctionem Epilogo terminabimus. Quantum ad primum segmentum, dicimus sacram scripturam circa res, & signa uersari, vt apertè fatetur D. Aug. de doctrina Christiana cap. sexto dicens: oẽm doctrinam vel esse rerum, vel signorum. Sed hic notetis, quòd per signa terminos ad placitum instituentis significantes intelligere nõ debetis, sed res quasdam exteriores ex diuina ordinatione aliquid significantes, cuiusmodi sunt sacramenta cum suis materijs tàm veteris, quàm nouæ legis. Insuper per res velim uos res intelligere absolutas per terminos significabiles, quæ ita cadere dicuntur sub determinatione considerationis sacræ paginæ, vt Deus, Christus, & creatum. Quapropter primo de rebus agendum, postea de signis. Et hęc pro primo puncto. In altero secundo in ordine Magister sent. manifestare intendit, quibus rebus fruendum sit, dantur enim res, quibus fruendum, & quibus vtendum, nec non, q̃ vtuntur, & fruuntur. Sola ergo Santiss. Trinit. propriè fruendum est, in qua finaliter consistit nostra beatitudo; frui.n. est amore alicui inherere propter se, at quia per se Santiss.

Trinitas diligibilis, ipsa ergo fruendum. Hoc idem confirmari pōt per verba textus, vbi dicitur: res quibus fruendum: sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Tres res personaliter, vna tamen res essentialiter. Quibus verò rebus vtendum sit, mundus est, & in eo cuncta creata, per quæ intellecta conspiciuntur. Res deinde, quæ fruuntur, & vtuntur sumus nos, quasi inter vtrasq; constituti, & Angeli, & Sancti, & hęc de duabus partibus pręsentis distinctionis, tertiam, & vltimam in sequenti audietis. His interim pro pręsenti estote contenti.

ITEM QVID INTERSIT INTER FRVI, ET VTI, QVAM SVPRA. TEX.
Lectio X.

QVid esset frui ꝓpriè loquendo in superiori meo sermone docebam, erat enim inherere amore alicui propter se; vti uerò inherere alicui rei amore, non tamen finaliter propter se ipsam, sed inquantū erat ordinata ad illam rem, quā sit propriè fruendum: de abuti nil dicam, nam frui vtendis in hoc mundo ausus est, & maxima peruersio in vtendo fruendis, & frui vtendis. His ita positis, antequàm ad tertiam, & vltimam partē huius primæ distinctionis festinemus, inutile minimè erit declarare quid intersit inter vti, & frui, aliter tamen, quàm superius factum sit. Diuidatur itaq; hodierna lectio in segmenta tria, in quorum primo inter frui, & vti, discrimen inquiritur aliter, quàm factum sit supra. In secundo ponitur eorum determinatio, quæ

prędictis aduersari videntur. In tertio, & vltimo dubium proponitur de frui, & vti, an scilicet hominibus sit utendum, vel fruendum. Quo ad primum D. Aug. lib. decimo de trinitate videtur aliter accipere vti, & frui, quàm fecerit supra, nam inquit, quòd vti nihil aliud est, quàm aliquid assumere in facultatem suæ uoluntatis, frui aũt cum gaudio non adhuc spei, sed iam rei quantum ad possessionem. Vnde uidetur uelle innuere D. Aug. illos tantùm frui, qui in re gaudent, non iam in spe: quare in hac vita non uidemur frui, sed tantùm vti, quia gaudemus in spe. At quia superius diximus, q̃d frui est alicui rei propter se amore inherere, qualiter ẽt hic multi Deo adherent, propterea in uerbis D. Aug. apparet pugnantia non leuis, vt uidere est in hoc primo segmento. In altero verò in ordine secundo, ne tantus doctor vri nota posse uideatur, dicemus nos hic, & in futuro posse frui, sed cũ discrimine. Nam ibi propriè, & perfectè, nec non plenè, quia ibi in patria per speciem propriam id quo fruemur uidebimus, at hic in via, dùm in spe ambulamus; fruimur quidem, sed non plenè, quoniam per speculum in enigmate uidemus, nostramq; peregrinationem ardentius finire cupimus. Dicimur ergo frui, dùm cũ delectatione re aliqua in hac vita utimur, qua in Deum eleuamur. Verum, quia ob id beati non efficimur, nec propriè sumus ipsis rebus inherentes, ideo frui hoc modo communiter debet capi, & ita nulla in verbis D. Aug. contradictio apparebit. Nunc tertio loco dubium quęso excitetur de frui, & vti. Quęritur ergo, Num hominibus sit utendum, vel fruendũ. D. Aug. in lib. de doctrina Christiana uidetur ad partem negatiuã declinare, dùm ait: si homo propter se diligendus est,

dus est, fruimur eo, at si propter aliud, tunc vtimur eo; sed homo propter se non est diligendus, quoniam in eo nō ponitur vita beata, siue felicitas nostra, & vltimus finis: quare, &c. At video vos hic dubitare posse, occasionem nacti ex uerbis Apost. ita loquentis ad Philemonem. Ita frater ego te fruar in domino: igitur hominibus fruendum. D. Aug. huic difficultati uolens satisfacere sic procedit: si Apost. dixisset tantùm te fruar, & non addidisset in domino, significasset, se spem, nec non finem dilectionis constituisse in eo, verum quia addidit in domino, se finem posuisse in Deo ostendit, nam dùm dicitur fruar te in domino, hic est sensus: fruar domino vltimo fine meo, qui est in te per gratiam: non ergo quieuit in ipso, sed in Deo. Et hęc satis.

HIC QVAERITVR, AN DEVS FRVATVR, AN VTATVR NOBIS. TEX. Lectio XI.

V*T extremam imponamus manū huic primæ distinctioni, existimo nō inutile esse quasdam difficultates ex frui, & vti nascentes proponere, illasq; è medio tollere, habita prius lectionis pręsentis in tria puncta diuisione. In quorum primo quęritur, num Deus nobis vti, vel frui dicatur. Insuper, nū vtendum sit, aut fruendum virtutibus. Tertio Epilogo distinctio terminatur. Quantum ad primum; cum certū sit nos diligi à Deo, ideo uidetur posse meritò quęri vna cum D. Aug. quo modo diligat, an ut vtens, aut ut fruens. Si ut fruens, bono uidebitur egere*

nostro,

nostro, quòd nemo sanæ mẽtis dicere audebit, propheta enim dicit: Bonorum meorum non eges, nam oẽ bonum nostrum, vel ipse est, vel ab ipso, quapropter non est dicendum, quòd nobis fruatur, sed quod utatur. At dicetis: si Deus nobis vtitur, & nos rebus, num eodem modo id euenire pōt? ad hoc facile responderi pōt, quòd nō eodem modo, nam nos rebus, quibus vtimur, ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur: Deus uerò vsum nostrum ad suam bonitatem refert: quare vsus ille, quo nobis utitur Deus, nō ad eius, sed ad nostram vtilitatem refertur, & ita patet, quo modo nobis vtatur Deus, & nos alijs rebus. Consequenter in secundo segmẽto solet de virtutibus dubitari, num illis utendum sit, vel fruendum. Hic D. Aug. docet non esse fruendum, nisi trinitate, idest summo, & incommutabili bono, at virtutes non sunt ipsa trinitas, nō ergo illis fruendum. Quidam alij censent virtutibus esse fruendum, cum sint per se amãdæ, & expetendæ, habet enim D. Ambr. super illũ locum Epistolæ ad Gal. Fructus autem spiritus, est charitas, pax, pacientia, &c. Igitur his fruendum erit. Pro intellectu huius difficultatis, quibus, & quot fruendum sit, scire debetis. Primo ergo voluntate frui possumus, vt mouente, & imperante, non tamen ut beatificante: hoc enim modo solo Deo fruendum. Deinde charitate, vt premium eliciente, & perficiente. Tertio homine iusto, ut representante Deum per gratiam. Tandem virtutibus dispositiue, quatenus nos disponunt ad beatitudinem obtinendam. Post hec epilogus ponitur his verbis. De rebus, quibus fruendũ sit, & q̄bus vtendum, diximus: similiter, quæ res vtantur, & quæ fruantur. In sequenti, si quid aliud consideratione erit dignũ, non omittetur.

DE

DE REBVS, ETC.

Lectio XII.

HEri verba fecimus de rebus, quibus fruendum, nunc quibus actus fruitionis competere uideatur, primò docebimus. Secundò diximus Deum nos diligre, propterea, quo modo, & quo amore dicemus. Tertiò de fruitionis obiecto, quęsitum excitabimus. Quantum ad primũ, quinq; uidentur esse, quibus actus fruitionis, siue frui competat: bruta, peccator, iustus, beatus, & Deus. Pro cuius rei intellectu debetis notare, quot fruitio importet. Nam primo cognitionem includit, defectu cuius insensibiles creaturæ cum non cognoscant delectari nequeunt, neque frui. Insuper fruitio delectationem quandam importat in vltimo fine, & quia bruta finem vltimum non apprehendunt, nec finem proximum ordinare ualent, in vltimum finem cum cognitione careant, cuius est ordinare, propterea non propriè, sed impropriè bruta frui dicuntur, inquantum delectantur in fine aliquo ab eis apprehenso, non tamen in vltimo fine simpliciter. Pręterea fruitio solet delectationem in fine importare, verum quia peccator finem verum non habet, cum vltimum finem ponat vbi non est, ideo non verè fruitur, sed impropriè, ut existens in mortali crimine. Deinde fruitio perfecta esse non põt, nisi perfecta sit delectatio, nec perfecta esse põt ante finis cõsecutionem, ideo iustus homo quam diù est viator, uerè frui dicitur, & propriè, non tamen perfecte, quia in spe fruitur, & delectatur sub spe habendi Deum, quo nos fruimur, ut beatos effectiuè nos faciat; fruimur ẽt Dei uisione, siue

assecu-

assecutione inquãtũ ipsa uisio dicitur Dei assecutio quędam. Beati verò, qui iam finẽ sunt consequuti suum, & propriè, & perfectè frui dicuntur, cum sint in cõpleta delectatione, & quiete finis iam habiti. Demùm Deus frui perfectius quacunq; creatura dicitur, & ratio assignatur, nam in creatura fruens, & id quo fruitur in essentia diuersa sunt, at in Deo, siue in Dei fruitione, nõ sic euenit: igitur, &c. Explanato iam primo puncto, sequitur secundum in ordine, vbi apertè declaratur, quo modo nos Deus diligat. Pulsat enim primo Deus ad attritionem, secundo ad cõtritionem, statim gratiam conferendo. Ecclesia hinc sancta Romana canit: Misereris oĩum domine, &c. dissimulans peccata hominum, &c. Nos igitur, vt auditis Deus diligit. Verum quia non adhuc certi sumus, quo nos amore diligat, propterea velim uos scire: Dei amorem quadruplicem esse: generalem, ęternalem, virtualem, inęqualem, vel specialem. Primo, amor Dei ad creaturas generalis nuncupatur, quia generaliter oẽs diligit creaturas, uolendo eis bonum, quod est amare. Insuper, quantùm ad creationem, quia oẽs creauit. Deinde quantùm ad conseruationem, nam quia dedit esse, deinde informauit esse, consequens erat conseruare. Pręterea per locũ à sufficienti amoris diuisione Deum oẽs creaturas diligere ostendo; oĩs enim amor, vel est beneuolentię, vel amicitię, uel concupiscentię, uel charitatis. Primo amore, Deus diligit creaturas, quia oĩbus creaturis vult aliquod bonum. Secundo amore amicitię oẽs creaturas rationabiles, cuius ratio est, quia amor amicitię requirit redamationem, & cõmunicationem in operibus uitę. Tertio amore concupiscentię Deus oẽs creaturas animatas, & inanimatas, rationales,

tionales, & irrationales ordinando inanimatas, & irrationales ad rationales, & creaturas rationales ad se ipsum. Secundus amor Dei ad creaturas est ęternalis, nam Deus ab ęterno oēs creaturas dilexit, ratione notitię, quā de ipsis habuit. Insuper ratione gratię, & glorię. Tertius amor ad creaturas virtualis, seu causalis dicitur, quatenus Dei amor rerum bonitatem causat. Quartus Dei amor ad creaturas inequalis uocatur, & talis dupliciter consideratur. Vno modo ex parte diligentis, & sic Deus oēs ęqualiter diligit. Alio modo ex parte dilecti, quo modo quędam magis, & quędam minus diligere dicitur: sicut quando magis bonum, & minus bonum vult huic, & non illi: tunc sic amando secundum affectum amor iste specialis nuncupatur: omnes ergo diligit Deus creaturas; sed dicetis. Vnde inequalitas Dei amoris ad creaturas pendet? Respondeo, quòd ex parte creaturę, nam ut aer, qui à Sole deberet illuminari, non illuminatur propter interpositum corpus Opacum, ita homo obicem in se ponendo minus dignus amari dicitur: nec illud obstat, quòd Deus de se sit semper gratiam dare paratus oībus, nam de potentia ordinaria adhuc quid aliud ex parte rationalis creaturę requiritur, scilicet dispositio ad gratiam, siue pręparatio, & hęc de segmentis duobus. In tertio, & vltimo quatuor continentur. primo de obiecto fruitionis quęsitū. Argumenta pro parte negatiua secundo: notanda tertio: solutiones argumentorum quarto. Quantum ad primum, quęritur, Vtrum fruitionis obiectum, per se, sit vltimus finis, id est, ut res absoluta. Proposito quęsito, nunc secundo loco pro parte negatiua ratiocinijs quatuor sic arguendum. Nam D. Aug. 83. quęstionum 9. 30. ait: Bonis inuisibili-

inuisibilibus esse fruendum, sed bona inuisibilia plura sunt: igitur non erit fruendũ tantùm vltimo fine. Insuper finita natura, finito habet satiari obiecto, at fruẽtis capacitas sic se habet: igitur aliquo bono finito poterit satiari, non itaq; vltimo fine infinito fruendum. Deinde, illo fruendum esse videtur, per quod cũa possunt haberi, at per pecuniam omnia habere possumus, ipsa ergo, & non alio fine fruendum. Demùm illo tanquàm verò fine fruendum, quòd cẽs appetunt, sed honor sic se habet: igitur honore, ut fine fruendum. Pro intellectu huius difficultatis non nulla hic notanda sunt primo, quot modis sumatur fruitio, duobus enim capi solet modis: vno modo in communi: alio modo in speciali. Fruitio in communi illa dicitur, quando voluntas, siue potentia non determinatur ad actum ordinatum ex se, & secundum debitas circunstantias, circunstãtiæ verò fruitionis ordinatæ istę videntur, V. g. qđ idem sit efficiens, & finis, qđ plenitudo perfectionis obiecti insit ipsi, quod sit perfectè quietatiuum, & quòd tanquàm primo, & incommutabili bono sit ei assentiendum. Sine quibus fruitio in communi, & inordinata dicetur. Pręterea, quia hic est sermo de frui, quod est amore alicui rei inherere ꝓpter se, iccirco duplicem dari amorem sciendum: scilicet beneuolentiæ, & concupiscentiæ. Amor beneuolentiæ dicitur ille, quo voluntas fertur in Deum cognitum obiectiuè, & hic amor est vnus actus voluntatis. Alter actus amorem concupiscentiæ respicit, qui dicitur actus, quo cõcupiscimus Deũ, vt bonum, & quo voluntas fertur in Deum cognitum, & in cognoscere ipsum obiectiuè. Tertio notandum, quòd sicuti duplex amor, ita nostræ fruitionis duplex obiectum, proximum, & remotum,

motum, siue vltimum. Proximum obiectum, vocatur finis vltimus quo, & est rei assecutio. Remotum verò dicitur finis vltimus, qui est res assecuta, sub quo sensu Deus dicitur noster vltimus finis; si verò primo modo sumatur, tunc dicendum erit, qđ aliud à Deo possit esse finis vltimus, & hęc de notandis. Supersunt modo rationes soluendæ, deinde erit finis. Quantùm ad primam de bonis inuisibilibus dici pōt: minorem duobus posse considerari modis, nam in diuinis bona inuisibilia dupliciter capi possunt, vno modo essentialiter: alio modo perfectionaliter. Si primo modo argumentum negatur, at si secundo modo, conceditur: ibi enim sunt plura bona pluralitate perfectionum, non tamen pluralitate essentiarum D. ergo Aug. debet intelligi sub primo sensu, non sub secundo. Ad alteram rationem in ordine secundam, minor distinguenda venit, nam capacitas fruentis subiectiuè quidem est finita, & sic ab intrinseco bono habet satiari finito. At obiectiuè infinita est, quia ordinatur ad obiectum infinitum, qđ est Deus, & ita ab extrinseco eget bono infinito, vt satietur. Ad tertiam rationem, vt respondeamus ad minorem dicemus: nos oīa per pecuniam posse habere, duobus posse id concipi modis: vno modo loquendo de venalibus: alio modo de spiritualibus: primo modo argumentum conceditur, at secundo modo negatur. Ad vlimā rationem de honore, quem omnes appetunt, potest dici, quod frui capitur dupliciter: ordinatè, & inordinatè. Argumentum currit, de frui communiter loquendo, & inordinatè non de frui ordinatè, & per se. Honor enim huius vitæ presentis non terminat, nec terminare potest nos, vt vltimus finis, licet quodam modo sit via ad vltimum finem. A

Deo,

Deo, ergo nullo, vt verè quietatiuo, ac perfectiuo obiecto fruendum; Et hęc satis.

DE MYSTERIO TRINITATIS, ET VNITATIS.
Distinctio II.
Lectio XIII.

HAec est distinctio huius libri primi in ordine secunda, circa quam versaturi, quo modo à prima dependeat, primo docebimus, insuper ad diuisionem accedemus. Inuenta igitur materia, de qua in hoc volumine est agendum: Magister sent. aggreditur secundum ordinem promissum in pręsenti pertractare de rebus fruibilibus; insuper de rebus vtilibus in secundo loquetur: pręterea de rebus ordinantibus vtibilia ad fruibilia, demùm in quarto de signis. Nos in pręsenti distinctione tria perpendemus: modum in primis inuestigandi vnitatem in Trinit. nec non Trinit. in vnitate. Secundo loco Trinit. vnitatem testimonio veteris testamenti probabimus. Tertio, & vltimo noui testamenti authoritate eiusdem Trinit. vnitas declarabitur. Quantum ad primum. Oēs fatentur, pia, veraq; fide tenendum ęternam Trinitatem in vnitate esse. An uerò hoc affirmandum sit, in hunc modum doceo. Illud fide Nobil. Audit. affirmandum uenit, quòd nec sciri, nec inuestigari pōt, nisi fide, & credendo, atqui ęterna Trinitas in summa unitate sic se habet: igitur ęternā Trinitatem in summa unitate quemlibet catholicum pia fide oportet affirmare, atq; tenere. Hoc idem authoritate D. Aug. capite 2. de Trinitate

confirmari

confirmari pōt: vbi habetur, quod Trinitas est vnus solus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quæ Trinitas vnius, & eiusdem substantiæ, uel essentiæ dicitur, creditur, & intelligitur. De hac itaq; summa, & excellentissima re cū modestia, & cum timore agendum uenit, nec non attentissimis auribus, atq; deuotis audiendū, vbi queritur unitas Trinitatis, Patris scilicet, Filij, & Spiritus sancti. Nam nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius quid dicitur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Ingrediamur igitur simul charitatis viam tendentes ad eum, de quo dictum est, querite faciem eius semper. Hoc oēs Catholici tractatores, vt D. Aug. lib. primo de Trinitate testatur, intendebant secundum scripturas docere, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnius sint substantiæ, nec non inseparabili equalitate vnus sint Deus, ita vt vnitas in essentia cōcedenda sit, & in personis pluralitas. Pater ergo, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus naturaliter, non tamen Pater est Filius, nec Filius est Pater, neq; Spiritus sanctus pōt dici Pater, vel Filius: personaliter enim distinguuntur, non tamen essentialiter. Sed dicetis: quisnam ordo seruandus, cum de Trinit. agetur? Docet hic D. Aug. lib. primo de Trinit. primo sacrarum scripturarum authoritates premittendas, insuper aduersus garrulos catholicis rationibus, & congruis similitudinibus ad fidei defensionem forè utendum, & hoc maximè, ut curiosè inquirentibus satisfaciamus. Explanata iam huius distinctionis prima parte: altera in ordine secūda accedit, ubi per testimonium sanctorum ueteris testamenti vnitas, & personarum Trinit. suadetur; Nam Exodi xx. legitur. Audi Israel dominus Deus tuus

vnus est. Rursus. Ego sum Deus tuus, q eduxi te de terra Egypti. Preterea secundum Ambr. Deus est nomen naturæ, & dominus potẽtiæ: igitur vnus. Insuper Deus charitas est, &c. Ergo vnus. Deinde dicitur dominus Deus Sabahot, ecce vnitas essentiæ, vnus est ergo Deus. Trinitas deinceps, siue personarum pluritas detegitur Genesis, capite primo, vbi hęc uerba leguntur: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: ibi faciamus, tangitur pluralitas diuinarum personarum, scilicet Patris, Filij, & Spiritus sancti, & per imaginem, essentiæ vnitas. Solet quoq; hoc uerbum, faciamus hominem, &c. quinq; alijs modis exponi: primò secundum glosam, quæ dicit, quòd imago penes naturalia attenditur, similitudo uerò penes gratuita. Secundum Aug. in lib. de anima, imago attenditur in cognitione, similitudo uerò in dilectione, quæ duo Damascenus Doctor egregius tetigisse uidetur, dixit enim, hominem factum esse ad imaginem Dei quantum ad intellectum, & similitudinem, quantum ad liberum arbitrium. Tertiò secundum Hugonem, homo dicitur ad imaginem, quatenus in ipsa anima per sapientiam, siue secundum sapientiam sunt oĩa. Ad similitudinem proinde, quia vna, & simplex est anima secundum essentiam. Quartò secundum Cassiodorum, imago penes immortalitatem attenditur, nam anima rationalis est immortalis. Similitudo deinde penes simplicitatem. Denique, anima dicitur ad imaginem Dei, quia ratio naturalis, ad similitudinem uerò, q a spiritualis. Vnus ergo Deus essentialiter, & trinus personaliter, sicuti declaratum fuit in secunda distinctionis parte. Post quam tertia in ordine subsequitur, vbi noui testamenti testimonia adducuntur,

cuntur, & primò illud Moysis, in primò Genesis super illa uerba: In principio creauit Deus cęlum, & terram. Ibi per Deum intelligit Patrem, & per principium Filium, de Spiritu sancto, tertia persona in diuinis extant testimonia, nam Genesi legitur: Spiritus domini ferebatur super aquas, & David dicit: Quo ibo à spiritu tuo? Insuper apud Esaiam dicitur: Spiritus domini super me. His additur Saluatoris nostri dictum, dùm Apostolis pręcepit dicens. Ite baptizate oẽs gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vbi apertè personarum Trinitatem edocuit, nec non essentiæ unitatem dùm dixit: In nomine, non in nominibus, vt in expositione huius loci scriptum reliquit Ambr. multo plura pro hoc veritate confirmanda essent adducenda, sed pro pręsenti hęc pauca sufficiant.

AN DEVS SIT VNVS, ET TRINVS. Lectio XIIII.

IN pręsenti sermone pro maiori intellectu eorum, quæ dicta sunt à Magistro sent. in superiori, duo quęsita excitabimus; vnum de unitate; alterum de Trinite. Primum in segmenta tria diuidetur, & secundũ similiter in tria: scilicet in argumenta, in notanda, & solutiones argumentorũ. Circa primum, quęritur, Vtrum Deus sit vnus. Hic ut video, extant nonnullæ rationes ꝑ parte negatiua, quarum prima sic formatur. Nulla quantitas uidetur posse dici de Deo, at vnum est quantitatis principium: igitur de Deo non põt prę, dicari. Pręterea, nulla priuatio debet poni in

Deo,

Deo, cum dicat imperfectionem, at vnum dicit multitudinis priuationem, non ergo Deus debet dici vnus. Tertio arguitur Apost. authoritate ad Cor. Si quidem sunt Dij multi, non ergo Deus est vnus. Insuper magis tale, & minus tale videntur dici per relationẽ ad aliquid, qđ summe tale, at in rebus est dare magis malum, & minus malum: igitur & summũ malum: sed summe malum causari nequit à summo bono: igitur duo Dij erunt, vnus bonus, & alter malus. Demum sic arguitur. In creaturis perfectionis est naturã in pluribus suppositis reperiri, multo magis hoc idem in diuinis concedendum: si sic, non igitur vnus Deus, sed plures erunt. In oppositũ se habet illud Exodi xx. Audi Israel dominus Deus tuus vnus est. Similiter illud Athanasii in Symbolo Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, non tamen tres Dij, sed vnus est Deus. Deinde secundum Ambr. Deus est nomen naturæ, & dominus potentiæ: igitur vnus Deus. Ibi quoq; dominus Deus Sabahot, tangitur vnitas essentiæ, similiter dùm dicitur, Ego sum qui sum. Est ergo vnus Deus purgans nos lumine gratiæ, & perficiens in gloria; de quo Author Arist. in sua diuina Philosophia dixit: entia nolunt malè disponi, vnus ergo princeps. Pro determinatione igitur huius difficultatis velim primò uos cõsiderare, quot modis sumatur vnitas: mihi enim uidetur, qđ duobus modis capi possit: vno modo limitatè, alio modo illimitatè, & transcendẽter. Insuper notètis, quòd esse naturæ in multis perfectionis est, at plurificari imperfectionis dicitur esse, ut in solutione vltimi argumẽti audietis. His ita dispositis supersunt modo rationes in tertia parte nostri sermonis soluendæ: dùm ergo in prima dicebatur ratione,

 quòd

quòd vnum est quantitatis principium, &c. concedi pōt argumētum de vno limitato, non de illimitato, & formali, de quo nos intendimus loqui, vel dicatis, qđ vnum, ut est considerationis Mathematicæ, & pendens à materia, benè dicitur principium quantitatis discretæ, at vnum, ut conuertitur cū esse Dei, nullamq; habens pendentiam à materia secundum esse, nequaquam dici poterit in proposito quantitatis principium. Erat secundum argumentum, qđ vnum dicat priuationem, quæ nō ponitur in Deo: igitur Deus non vnus. Ad hoc dici pōt, quòd vnum dicere priuationem duobus potest cōsiderari modis: vno modo ex parte nostræ apprehensionis, modiuè apprehendendi: alio modo ex parte rei: primò modo nullū sequitur incommodum, ut hic; at si ex parte rei sumeretur, tunc sonaret imperfectionem, & curreret argumentum. Ad illud Pauli pro tertio argumento adductum dicitur, quòd ibi loquebatur de Dijs nuncupatiuè, non essentialiter. Ad quartum de magis tali, & minus tali, paucis respondeo uerbis, dicendo, quòd maior ꝑpositio habet locum solum in effectibus positiuis, non priuatiuis, & huius rei ratio assignari potest, nam vnumquodq; habet reduci in suam causam, à qua procedit, at effectus positiui, causam habēt positiuā, & influentē, propterea positiuè in eam habent reduci. Ideo magis tale, & minus tale si positiuè capiantur: tunc oportebit dare aliquid summe tale: priuatiua uerò, cum causam non habeant positiuam, & influentem, sed magis deficientem: iccircò in causam positiuam deduci non habent. Ad vltimum argumentū de perfectione naturæ in pluribus suppositis, &c. habet concedi, quòd esse in pluribus, signum sit perfectionis quantum at ad esse naturæ, quo ad

plurificari, nequaquam: hoc enim secundum imperfectionis est, nec non limitationis, at primum est signum illimitationis: quare hoc admittendum, & alterum contemnendum. Explicato primo quęsito, alterum subsequitur in tres distinctum partes; in quarum prima quęritur, Vtrum in diuinis tres sint concedendæ personæ. In altera notanda ponuntur. In tertia, & vltima argumenta formata diluuntur. Ex quo ergo vidimus, quo modo sit vnus Deus essentialiter, nunc inquirēdum est, Vtrum Trinus, idest, Vtrum sint ibi concedendæ plures personæ. Mihi sanè videtur posse dici, quòd non, nam in diuinis tantùm sunt duæ personæ, non ergo tres; assumptum si negetur in hunc modum probabitur: Pater enim totum, quod habet, & quod potest, dat Filio, at qui dat totum, q̄d potest, amplius dare non potest: igitur nec aliam producere personam, cum illud sit dare: sunt ergo duæ personæ, nō tres in vnitate essentiæ. Arguitur secundo ad probandum, quòd ibi non sint tres personæ in diuinis, sed potius quatuor. Filius emanat per generationem, & non per processionem, ideo quamuis non generet, spirando tamen producit, hac eadem ratione videtur posse dici, q̄d Spiritus sanctus quamuis spirando non producat, possit generare, vel quod generet, cùm nō generetur: quatuor ergo in diuinis erunt personæ, non tres, nec duæ tantùm. In oppositū se habet Athanasius dicens. Alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti. Rursus. Tres sunt, qui testimonium dant in cęlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & ij tres vnum sunt: vnus ergo Deus essentialiter, & trinus personaliter. Pro determinatione huius quęstionis velim notetis, in hac secunda parte multiplicem dari trinitatē, vt in sacris

 scripturis

scripturis inuenitur. Est enim Trinitas increata, de qua in Symbolo suo Athanasius ait: Increatus Pater, Increatus Filius, Increatus Spiritus sanctus, & hęc summa, & ineffabilis est, de qua hic nos intendimus. Aliæ Trinitates sunt creatæ, inter quas vna est, quæ cecidit, scilicet rationalis, concupiscibilis, & irascibilis. Alia est, per quam homo cecidit, scilicet suggestio diaboli, delectatio sensualitatis, & consensus rationis, quæ tria significata sunt per Serpentem, Mulierem, & Virum in paradiso. Tertia est, in quam cecidit, scilicet ignorantia veri, impotentia boni, & concupiscentia mali. Quarta est, per quā resurgit, scilicet, Fides, Spes, & Charitas. Insuper datur Trinitas, per quam ad gratiam reparamur, scilicet, triplex substantia, quæ est in Christo, V.g. diuinitas, anima, & caro. Deinde est alia, per quā regeneramur; scilicet, Spiritus, Aqua, & Sanguis. Spiritus inquam sanctificationis, aqua ablutionis, sanguis redemptionis, vt legere est apud Io. in Epistola sua cap. 5. Est quoq; alia Trinitas, per quam ad gloriam reformamur, vt sunt tres animæ dotes, V.g. Cognitio, Dilectio, & Comprehensio, de quibus hic non est sermo, sed tantùm de illa increata, & ineffabili diuinarum personarū, quæ sunt tres cum vnitate diuinæ essentiæ, & tot credendas nobis fides catholica proponit. Nunc argumenta soluenda tertio occurrunt loco, deinde erit finis. Ad primā ergo quando probabatur, duas tantùm esse diuinas personas, eo quia Pater det Filio totum, quod potest: respondetur: hoc dupliciter posse accipi, vno modo absolutè, alio modo cum addito. Si primo modo argumentū curreret, at secundo modo nullum est, nam Pater licet det filio totum, quod potest, non

tamen

tamen dat ei omni modo, quo põt: ideo in illatione est accidẽs, dùm dicitur, quòd non potest amplius dare, ergo nec aliam personam producere: hoc enim non est amplius dare, sed alio modo. Ad secundum argumentum, quo probari videbatur quaternitas, in diuinis per illud, quòd Spiritus sanctus debeat generare, facile respondetur. Nam non est simile, quia persona filij precedit spirationẽ: ideo habet rationem primitatis: persona aũt Spiritus sancti sequitur generationem: ideo non generat. Vnus ergo Deus, & in personis trinus.

INCIPIT OSTENDERE, ETC.

Distinctio III.

Lectio XV.

EXpofituri tertiam in ordine huius lib. primi distinctionem, de nexu primo uerba faciemus: insuper distinctionem diuidemus. Quantum ad primum. Is nexus dicitur esse, ex quo enim Magister sent. in precedenti distinctione, ostendit diuinarum personarum Trinitatem, & vnitatem per sacras scripturas: consequenter hoc idem per rationes, & creaturas manifestare intendit, & hec de nexu vna cum intentione Magistri in presenti. Nunc ad diuisionem festinantes, dicimus in puncta quatuor hodiernam consummi posse distinctionem: in quorum primo rationibus naturalibus diuinæ essentiæ vnitas ostenditur; Insuper similitudine desumpta à uestigio diuinarum personarum pluralitas inquiritur. Tertio vtrunq; per assimilationem imaginis mentis

creatæ. Quarto detegitur, ac depronitur oĩs assimilatio creaturarũ ad Deum. Circa primum de quatuor propositis, duo vobis polliceor: axioma primo, insuper eiusdem declarationem, axioma sit tale. Diuinæ essentiæ vnitas, vijs quodammodo naturalibus indagari põt. An ita res sese habeat, audite: Apost. enim ita fatur: inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur: homo igitur creaturarum inspectione; nec non rationis auxilio in Dei cognitionem eleuari potest. Insuper, rationibus quatuor hoc idem manifestari posse videtur: quicunq; enim fecit, qđ nulla creatura põt, ille potentissimus, atqui Deus cęlum, & terrã ex nihilo fecit, solus igitur potentissimus Deus. Pro cuius rei confirmatione, extat testimonium Ambr. dicentis, quòd Deus, qui natura inuisibilis est, vt à visibilibus posset sciri opus fecit, quòd visibilitate sui opificẽ manifestauit: Deus ergo cognoscibilis, qui fecit, qđ ab homine impossibile erat fieri. Pręterea, qui oĩa mutabilia fecit, solus immutabilis est, at nullus hoc fecit, nisi Deus: solus igitur immutabilis. Hęc ratio uerbis D. Aug. in lib. de ciuitate Dei confirmari põt, nam inquit ipse: summi Philosophi viderunt nullum corpus esse Deum: hinc cuncta corpora transcenderũt quęrentes Deum, & videntes nullum mobile posse esse summum bonũ, omniumq; principium, sed oẽ tale oportere esse ab alio, hinc mente humana Deum cognoscere potuerunt; Pręterea, qui oĩa bona, & meliora fecit, is optimus est. At à Deo ipso, nullus hęc potuit, siue spiritualia, siue corporalia facere: solus ergo Deus optimus. Tandem, qui omnia pulchra, & pulchriora fecit, ipse pulcherrimus est, sed solus Deus, is est, pulcherrimus igitur, & sic ex dictis potest concludi, diuinæ

essentiæ vnitas. Nam Deus solus potentissimus est, immutabilissimus, optimus, & pulcherrimus, atqui impossibile est dare plures immutabilissimos, optimos, & pulcherrimos: solus ergo Deus talis, & vnus essentialiter. Quòd si duo tales ad minus cōsiderarentur, procul dubio vnus superfluus foret, & alter diminutus, sed vtrūq; dissonum est: vnus ergo Deus. Et hęc de duobus punctis satis.

QVO MODO IN CREATVRIS APPARET VESTIGIVM TRINITATIS. TEX. Lectio XVI.

HAec est secunda pars principalis huius distinctionis, quæ in tres subdiuidi pōt, in quarum prima apparebit uestigium Trinitatis in creaturis, in altera modus diuinæ essentiæ vnitatē contemplandi, in tertia uerò ex dictis principale intentū concludetur. Quantum ad primum. Videtur, qđ Trinit. diuinarum personarum quodammodo per uestigium creaturarum inuestigari possit, quæ enim diuina virtute sunt facta, & arte: vnitatem quandam præseferunt in se: ordinem deinde, atq; speciem, quæ tribus personis appropriantur, nam sicut sunt naturæ corporum, & animarum, ita quodlibet horum creatorum, & aliquid vnum erit aliqua specie formatum, vt sunt figuræ, & corporū qualitates, & doctrinę, ac animarum artes: deinde talia ordinem aliquem petunt, ac tenent, vt sunt pondera, collocationes corporū, & amores, vel delectationes animarum, quæ tria tribus diuinis personis appropriantur, & ita in creaturis relucet uestigium Trinitatis,

nitatis, quo intellectus noster ad Trinitatis cognitionẽ eleuari põt, non tamen sufficienter absq; interioris inspirationis reuelatione, Et hęc de prima parte. In altera ponitur modus contemplandi diuinæ essentiæ vnitatem, ac personarum Trinitatem. Quæ ergo in imagine creata videntur posse cognosci, similiter illa ẽt, de increata imagine, lumine rationis naturalis, poterunt speculari, atque in mẽte nostra quatenus imago est deitatis, cognoscere possumus, quodammodo vnitatem in Trinitate, & Trinitatẽ in vnitate: igitur in mente nostra poterimus expressè contemplari, ac meditari Trinitatem in vnitate, & vice versa. Quo autem modo hoc nobis possibile appareat, audite: mens nostra nonne ad Dei imaginem producta? insuper nonne meminit sui, intelligit, & diligit? quæ tria ad se collata dicuntur, nec ob id sunt tres vitæ, sed vna vita, non tres mentes, sed una mens. In diuinis quoq; personis excellentiori tamen modo, ita loquendum, quòd ibi sit una essentia, & vita vna: non tres vitæ, nec tres essentiæ, sed benè, quod ibi sint tres personæ, inter se distinctæ, & hoc secundum varias processiones. Nam Pater intelligendo se per modum naturæ producit verbum. Insuper cum filio Pater diligendo seipsos per modum voluntatis spirat Spiritum sanctum. Non secus mens nostra, cum se actualiter intelligit ex memoria, dicitur intellectum producere, & ex memoria, & intellectu voluntatem. Et sicut diuinæ personæ inter se ęquales sunt, ita quòd vna non sit minus, quam oẽs, neq; oẽs magis, quàm vna: ita quęlibet harum potentiarum capit oẽs tres, & oẽs tres vnam quamq; ipsarum capiunt: quare in tertia parte pręsentis sermonis propositum principale videtur posse concludi,

quod

quod per imaginem mentis creatæ vnitas diuinæ essentiæ, personarumq; Trinitas possit inuestigari, quod nobis concedat benedictus Deus. Amen.

QVOD IN ILLA SIMILITVDINE EST DISSIMILITVDO. TEX.
Lectio XVII.

EX quatuor partibus, in quas cõsumebatur hęc distinctio, hactenus tres enodatas habetis. Superest quarta, & nouissima explicanda; quæ in duas secari habet partes, in cõclusionem primo, & in probationem secundo. Si ergo memoriæ tradidistis vestræ, in superiori parte loquebatur Magister sent. de imagine creata, qua mens humana in Deum poterat eleuari: hinc ne quis arbitraretur talem mentis humanæ creatam imaginẽ absq; dissimilitudine inueniri, propterea Magister sent. hanc voluit apponere conclusionem. Nulla imago Trinit. creatæ est sine magna dissimilitudine Trinit. increatæ. Ad quam probandam, ita erit ratiocinandum; Vbi est dare realem differentiam cũ notabili dissimilitudine, ibi est concedere similitudinem cum deformitate, siue cum magna dissimilitudine, sed inter imaginẽ Trinit. creatæ, & Trinitatem increatam, datur talis differentia realis cũ notabili dissimilitudine, vna igitur, non erit alterius adequatè repręsentatiua. Quoniam minor ꝓpositio videtur suspecta quantum ad illã particulam de dissimilitudine, iccirco dupliciter habet manifestari, & primo sic. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus

sanctus

ſanctus dicuntur Trinitas increata, noſtra verò creata, ecce ergo prima diſſimilitudo. Inſuper in diuinis, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus tres ſunt perſonæ, at memoria, intellectus, atq; voluntas nõ ſunt in nobis tres perſonæ, ſed tantùm potẽtiæ vnius perſonę; patet itaq; diſſimilitudo reperta inter Trinitatem increatã, & creatã, qua mens noſtra, vt aliàs tactũ fuit, videtur eleuari poſſe ad creaturis ſui notitiam, nam in anima noſtra conceditur mens, notitia, & amor, quæ tria, Trinitatem increatam nobis repręſentant: mens enim ſe habet, vt parens, & eius notitia, vt proles. Nam mens cũ ſe cognoſcit, ſui notitiam gignit, & ita ſuæ notitiæ parens dicitur. Extat tertio, amor, qui de ipſa mente, & notitia procedit, quibus tribus, anima rationalis in Deum creatorem ſuum eleuatur, qui trinus, & vnus in perſonis eſt, vt perbellè docet D. Aug. lib. nono de Trinitate, his uerbis. Dicimus credendum eſſe vnum Deum, vniuerſæ creaturæ conditorem, & rectorem, nec Patrem eſſe Filium, nec Spiritum ſanctum, vel Patrem, vel Filium eſſe. Nam fides Patriarcharum, & Apoſtolorum, vnum Deum, & in perſonis trinum prędicat. In illa itaq; ſanctiſſima, & indiuidua Trinitate vnus eſt Pater, qui ſolus de ſua ſubſtantia vnum filium genuit, & vnus eſt filius, qui natus dicitur, & vnus Spiritus ſanctus, qui ſolus eſſentialiter, à Patre, filioq; procedit: & hęc de tota diſtinctione ſatis, quam in ſequenti (Deo fauente) examinabimus.

DE

DE QVINQ; DEVM REPRAESENTANTIBVS. Lectio XVIII.

EX verbis Magistri sent. in prędeclarata distinctione occasionem nactus: silentio minimè, illa quinque Deum repręsentatia inuoluam; quorum primum est vestigium. Alterum imago. Tertium ad imaginem esse: quartum similitudo. Demùm ęqualitas. Vestigium est similitudo partis. Vnde impressio pedis in puluere relicta ab equo, vestigium nuncupatur. Imago verò est similitudo repręsentatiua totius, & ita discrimen inter hęc duo apparet, quia vestigium non repręsentat totum, cuius est vestigium, nisi secundum partem, nec ex vestigio pōt immediatè cognosci totum, sed coniectura tantùm pro quanto illud, quod repręsentatur per vestigium, cognoscitur aliquid esse totius. At per imaginem illud clarè, & expresśe repręsentatur, à quo dicitur ꝓducta clarè, & expresśe imago, quòd duobus euenit modis: vel in speciei, vel in figuræ similitudinē, vt patet de Regis imagine expressa in sigillo, vel numo, vel in naturæ identitate, vt V. g. de Regis imagine in filio. Ad imaginē uerò esse attinet ad rationalem creaturam Deum repręsentatem. His additur, quòd similitudo repręsentat eandem qualitatem, sed non vt expressam, V. g. ouum alteri simile: non tamen dici pōt imago. Demùm ęqualitas illa est, quæ habet repręsentare illud, à quo expressum est perfectè, qualis est Dei filius, qui est uera Patris imago in propria natura inuenta: ex quibus colligi potest, quędam dari, quæ nec sunt imago, nec ad imaginem producta, ut irrationalis creatura, quæ Dei tantùm uestigium

ſtigium dicitur; homo uerò ad imaginem Dei ꝓpter ſimilitudinis imperfectionem, iccirco talis natura, vera Dei imago non eſt appellanda. At ingenio pollentes hic dubitabitis dicentes, quæ ſunt creaturæ ad Dei imaginem dictæ? ad hoc reſpondetur, quòd illę ſunt, quæ Dei capaces ſunt, V. g. homo: Angelus, & mulier, quæ ſecundum mentem ad Dei imaginem dicuntur, at ſecundum alias partes, per modum ueſtigij ad Deum ſe habent. Prętерea ad maiorem euidentiam eorum, quæ prius tacta fuerunt, triplex diſtinctio de imagine apponetur, nam in homine imago triplex reſplendet: naturę ſcilicet, gratiæ, & gloriæ. Prima naturalis eſt, ſecundum quam homo dicitur habere ꝓpenſionem, ſiue inclinationem naturalem ad Deum intelligendum, quæ naturalis aptitudo conſiſtit in ipſa natura mentis omnibus hominibus communis. Altera imago gratię, qua quis actu Deum cognoſcit, & amat, vt patet de iuſtis in via, in quibus imago gratię viget. Tertia imago gloriæ beatis conuenit, qui actu Deum immediatè cognoſcunt, & amant perfectè. Adhuc imago videtur eſſe triplex: creationis, recreationis, & ſimilitudinis. Prima omnibus hominibus eſt communis, & hoc quia in his naturæ aptitudo inuenitur ad Deũ cognoſcendum, & amandum. Altera eſt imago recreationis, quę in iuſtis conceditur, quatenus per gratię conformitatem, Deum actu cognoſcunt, & amant, imperfectè tamen, quia in via ſunt. Illa verò imago ſimilitudinis, quę ſic nuncupatur, per conformitatem glorię, ſcilicet, in quantum beati in patria perfectè Deum cognoſcunt, & amant, ſimilitudinis imago dicitur. His tandẽ videtur poſſe addi theoria de quadruplici diſtinctione imaginis, quarum prima quaſi abolita

eſt:

est: secunda obscurata, tertia clara, quarta perfecta. Prima est in his, qui adhuc rationis vsum non habent, in quibus licet sit imago, quasi tamen abolita, vel deleta dicitur. Secunda est deformata, vel obscurata per peccatum; & hęc est in peccatoribus. Tertia clara, & pulchra, vt in iustis per gratiam. Quarta vt perfecta est in beatis, qui actualiter, & immediatè feruntur in Deum per memoriam, intelligentiam, & amorem. In sequenti quędam alia consideratione digna audietis; hęc interim satis.

VTRVM IMAGO DEI DICATVR ESSE MAGIS IN ANGELO, QVAM IN HOMINE. Lectio XVIIII.

PErcurrenda erit primo loco perbreuis illa quęstio de imagine Dei. Vtrum scilicet magis in Angelo, quàm in homine habeat esse. mihi sanè videtur esse dicendum, quòd in Angelo simpliciter, quàm in homine resplendeat, natura enim intellectualis nobilior, ac perfectior in Angelis, quàm in in homine reperitur, in quo licet sit ratio intellectualis luminis, obumbrata tamen est: quare dicendum venit, quòd Dei imago magis resplendeat in Angelo, quàm in homine. Hoc idem videtur confirmari posse per Gregorium, illud Ezechielis xxviii. Exponentem, Tu signaculum similitudinis, &c. Si verò uelimus loqui secundum quid, tunc aliter erit dicendum, scilicet, quòd Dei imago sit magis in homine, quàm in Angelo, & ne sine causa loquentes erubescamus: iccirco quinq; vijs hoc ꝓbabimus, & primò sic: vt ex Patre filius, & ex vtroq; Spiritus sanctus, ita ex mente notitia, & ex

vtroq;

vtroq; procedit amor; secundo, Deus dominatur in toto vniuerso, ita homo inferioribus creaturis, non aũt Angelus. Tertio, vt Deus est totus in qualibet parte vniuersi, ita anima tota dicitur esse in qualibet corporis parte; quarto, vt Deus est finis simpliciter oĩum, ita homo quodam modo finis est creaturarum, & non Angelus. Postremò, sic quis vestrũ poterit ratiocinari dicendo, ꝙ imaginis ratio ibi sit, vbi possit esse ratio processionis vnius ab altero, sed in homine per generationem põt ratio processionis concedi, & non in Angelis, videtur ergo, saltem secundum quid, quòd Dei imago magis resplendeat in homine, quàm in Angelo: quare, &c. Explanato iam primo puncto à nobis paucis verbis proposito, accedit secũdo loco expositio illius authoritatis, Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram: primò per ly ad imaginem, naturalia intelligenda sunt, & ly similitudinem, gratuita. Insuper dùm dicitur ad imaginem: habet hoc referri ad cognitionẽ, imago enim attenditur in cognitione, & similitudo in dilectione. Deinde homo factus dicitur ad imaginem Dei, quoniam oĩa in ipsa anima sunt secundũ sapientiam; ad similitudinem verò dicitur, quia una, & simplex est anima secundum essentiam. Quartò imago videtur posse referri secundum Cassiodorum ad immortalitatem, quia est immortalis; similitudo verò ad simplicitatem. Quintò, & vltimò anima dicitur ad imaginem Dei, quia ratio naturalis, ad similitudinem verò, quia spiritualis. Homo igitur ad Dei imaginem est erectus, quatenus, vel actualiter fertur in Deum cognoscendo, & amando, vt beati in patria, vel aptitudinaliter, vt viatores. Et hęc de promissis satis.

VTRVM DEVS RATIONE HVNANA SIT A NOBIS COGNOSCIBILIS?

Lectio XX.

IN proxima preterita lectione de multis non leui consideratione dignis actum fuit, & maximè de ratione naturali, per quam Deus pōt inuestigari. Insuper de vestigio, nec non de imagine, Trinitatem, & vnitatem in diuinis representantibus. Hodierna verò die primò queremus, Vtrum Deū esse ex his, quæ sunt in creaturis, possibile sit probare. Deinde, Vtrum de Deo, q d est, queat cognosci. Postremò, Vtrum Deum esse sit per se notum. Quantum ad primum, declinantes ad partē negatiuam dicimus, possibile minimè esse probare Deum esse ex his, quæ relucent in creaturis. Nam Arist. diuinæ Philosophię lib. octauo habet, quòd rerum species sunt vt numeri, sed in numeris non est dare supremum: igitur neq; in entibus: quare nec inuestigari, nec Deus poterit cognosci per ea, quæ videmus in creaturis. Arguitur secundò sic. Sensus noster nullo modo cognoscere ualet rem spiritualem: igitur nec intellectus noster Deū benedictum: quare, &c. Tertiò sic arguitur, authoritate Boetij in lib. de consol. dicentis, qđ ratio simplicem non capit formam, at Deus est forma simplex: igitur, &c. Quartò sic arguitur per Arist. in tertio de anima dicentem, qđ anima nō intelligit sine fantasmate, at Deus nō habet fantasma, quia est incorporeus, ratione igitur naturali non poterit à nobis cognosci. Vltimò sic arguitur. Illa cognitio, q̃ habetur per rationē naturalem, cōmunis dicitur esse bonis, & malis, veluti natura illis

est cõmunis, atqui Dei cognitio competit tantùm bonis, vt habetur apud Aug. primo de Trinitate, quòd mentis humanę acies in tàm excellente luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur: non ergo Deus per rationem naturalem cognoscibilis. Ex alio latere in oppositũ se habet Apost. ad Rom. primo. Inuisibilia Dei à creatura mundi, idest ab homine, per ea, q̃ facta sunt, idest p creaturas intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius, & diuinitas. Pro solutione igitur argumentorũ, quęsitiq; determinatione, scire debetis primò, nos in Dei cognitionem tripliciter deuenire posse; & hoc maximè per illa tria, quæ in creaturis habent considerari. Creatura enim primò dicitur ens productum à Deo, insuper dicitur perfecta, tertiò vertibilis in nihil. Hinc triplex oritur via ad cognoscendum Deum. Prima est eminentiæ, secunda causalitatis, tertia anichilationis. Via eminentiæ in Deum sic eleuamur dicentes: corpus est bonum, anima melior, Deus ergo optimus. Via deinde causalitatis sic. Nam authore Aristotele octauo Physicæ auditionis, in causis per se ad vnam immobilem primam est deuenire, cũ non sit ire in infinitum, sed Deus est prima causa oĩum efficiens, à qua cuncta sunt producta, per talia ergo, vt per effectus humana ratio, siue ius naturalis ad Deum ascendere poterit, vt ad causam per se efficientem. Tertia via remotionis dicitur omne enim, quòd est ab alio, quantum est de se, potest non esse per subtractionem cuiuslibet influentiæ, at Deus non sic se habet, quia non ab alio, immò suum esse est necesse esse. Deus itaq; ex creaturis põt cõuinci hac triplici via, eminẽtiæ, causalitatis, & remotionis, quam triplicem viam videtur tangere beatus Dionysius vii. Cap.

de

de diuinis nominibus. Nam per primam desumptam ex via eminentiæ, concluditur in Deo oïs perfectio. Per secundam omnium productio. Per tertiam semouetur ab eo dificiendi possibilias. His addite vos notandum de duplici notitia, videlicet comprehensiua, & apprehensiua, illa est comprehensiua, quando aliquid cognoscitur, quantum est cognoscibile. Apprehensiua verò, quãdo aliquid cognoscitur, licet non perfectè, & hęc duplex est, intuitiua, & abstractiua. Intuitiua est de re in se ipsa, inquãtum est existens, & pręsens, & mouens intellectum, & immediatè causans actum intelligendi. Abstractiua verò notitia est de re in suo repręsentatiuo limitato: notanter dicitur limitato, quia notitia, quã habent beati de creaturis in essentia diuina, tanquam in repręsentatiuo supereminenti, & illimitato non est abstractiua, sed intuitiua. Pręterea beatus Bonauentura notat, aliud esse cognoscere Deũ in creaturis, & cognoscere per creaturas. Cognoscere enim Deum in creaturis est cognoscere pręsentiam eius, & influentiam in creaturis, quod viatorum est semiplenè, beatorum aũt perfectè. Cognoscere verò Deum per creaturas est à cognitione creaturarum eleuari ad Dei cognitionem, quasi per scalam mediam, vt dicit Bern. qđ propriè viatorum est. Nunc his pręmissis cõclusiones septẽ erunt ponendæ, deinde argumenta soluenda. Prima igitur sit hęc. Neq; à viatoribus, neq; à beatis põt Deus cognosci notitia comprehensiua, quia intellectus finitus est, & ens est infinitũ. Secunda conclusio. Non potest homo naturaliter cognoscere Deum notitia intuitiua, quia Deus quantum ad hanc notitiam non est naturale obiectum, sed voluntarium. Quòd si dicatur naturale, hoc tantùm erit respectu

ſui intellectus. Tertia concluſio. Deus eſt à nobis naturaliter cognoſcibilis, non ſolum in conceptu, quaſi per accidens, videlicet in attributo, ſed in aliquo conceptu per ſe, & quidditatiuo. Patet, quia, ſi intelligamus Deum ſapientem, oportet prçintelligere aliquẽ conceptum quidditatiuum, cui ſapientia ineſt. Quarta concluſio. Deus eſt à nobis cognoſcibilis, non ſolum in conceptu ipſius analogo ad creaturas, verũ etiam in conceptu vniuoco; patet de conceptu entis, qui eſt vniuocus Deo, & creaturis. Quinta concluſio. Deus non eſt naturaliter cognoſcibilis à nobis conceptu proprio quidditatiuo, quia, quantum ad hoc, eſt obiectum voluntarium reſpectu noſtri intellectus, nec aliqua creatura cognoſcibilis à nobis ſufficit diuinam nobis oſtendere eſſentiam, vt eſt hçc. Sexta concluſio. Deus eſt à nobis cognoſcibilis per aliquos conceptus ſibi proprios, vt patet de conceptu entis infiniti. Septima concluſio. Illa, quæ de Deo cognoſcimus, naturaliter per creaturas cognoſcimus. Nunc ad argumenta, & primò ad primum, vt reſpondeamus, ita dicemus, quòd ordo rerum ſe habet ſecundum ſpecies numerorum, quantum ad gradus earum, & quantum ad habitudinem ad vnum principium, veluti omnes numeri, qui deriuantur ab vnitate, vt ab vno principio: quare proceſſus numerorum ab unitate in infinitum non eſt ad negandum primum principium numerorum, ſed benè ad negandum terminum, quod eſt per accidens, eo quia additio in numeris ſequitur continui diuiſionem, quæ procedit in infinitum, qui proceſſus, non datur in ſpeciebus rerum verſus principium, & ita ratio prima nihil contra nos concludit. Ad ſecundam de ſenſu, & intellectu, aſſumptũ negatur, & ratio eſt, ꝙ a ſpirituale ad ſenſum

non

non se habet vt obiectum, sed sensibile, & spirituale, intelligibile ad intellectum. Ad illud Boetij in tertio argumento adductum sic respondetur, quòd benè humana ratio non capit formam simplicē, vt est Deus; quātum ad quid, at, quantū ad quia, negatur. Primo igitur modo Boetij authoritas intelligenda, & non secundo modo. Ad argumentum quartum dico, quòd minor eget declaratione: nam licet Deus non habeat fantasmata propria, habet tamen communia, videlicet effectus, & ita cognoscibilis. Ad vltimum argumentum, quo concludebatur, Dei cognitionem bonis tantùm conuenire, ad aures D. Aug. dico, dari duplicem cognitionem, quarū vna per essentiam, & hęc per gratiam tantùm bonis conuenit, & de tali loco citato D. Aug. intendebat. Altera est per rationem naturalem, quæ communis est bonis, & malis, quia humana ratio communis; & hęc satis. In sequenti ad alia duo quęsita properabimus, quæ in pręsenti omisimus breuitatis causa.

VTRVM DE DEO, QVID EST, POSSIT COGNOSCI.

Lectio XXI.

NE vos longo sermone meo heri (Nobil. Aud.) delassarem, duo examinanda omisi quęsita: alterum quorum attinebat ad quid est ipsius Dei Secundum verò ad eiusdem notitiam: propterea, nequid vitio mihi dari possit, circa ipsa aliquantulum morabor, quęrendo primò, num quid de Deo cognoscere valeamus, deinde, Vtrum Deum esse, sit per se notum.

Quantum ad primum: quibusdam videtur, quòd Deus possit cognosci, quo ad quid est ipsius: quicunq; enim cognoscit ea, quæ sunt rei propria, dicitur propriam, perfectamq; cognitionem illius, quo ad quid sit, habere. At ex creaturis quędam propria Deo, nulliq; alij conuenientia, cognoscimus, V.g. quòd Deus sit creator, quod oĩpotens, quòd infinitus, ęternus, & similia: igitur de Deo quid per creaturas põt cognosci. Deinde, vbi si est, & quid est, sunt idem, tunc vno cognito, cognoscitur, & reliquũ, at hęc duo identificãtur in Deo: ergo qui, si est, cognoscit, nec nõ, q d est, cognoscet. Insuper illud, quod est oĩno simplex, vel totaliter scitur, vel totaliter ignoratur, sed Deus oĩno est simplex, ergo vel totaliter ignoratur, vel totaliter scitur, non enim partim põt cognosci, & partim ignorari; cum itaq; totaliter Deum non ignoremus, quia scimus ipsum esse substantiam, quæ pertinet ad quid est: igitur de Deo totaliter, quid est, cognoscitur. In oppositum se habet veritas, quæ est, quòd rei cognitio, quantum ad quid est, perfecta dicitur esse, at nos viatores de Deo talem nequaquam possumus habere: igitur nec quid de Deo cognoscere. Pro responsione igitur argumentorum distinctio de duplici quid pręmittenda venit: duplex enim quid, videlicet nominis, & rei. Quæ distinctio põt accipi, vel ex parte rei, vel nostra: si sumatur ex parte rei, hoc dupliciter fiet, vno modo, ut quòd quid rei dicatur, quãdo res per essentialia principia explicatur. quid uerò nominis, dùm res per accidentalia declaratur, quæ licet nos in cognitionem rei ducant, nõ ob id talia accidentalia principia quidditatis, & essentiæ nuncupanda erũt. Alio modo hęc distinctio quid nominis, & quid rei uidetur posse

considerari,

considerari,& sic intelligi,q̄d quid nominis,sit tàm entium,quàm non entium, V.g. hominis, & equi, deinde chimeræ, & vacui. Illa uerò quid rei, solum habere dicuntur, quæ ueras importāt res existentes extra, qui modus est proprius. Insuper quo ad nos hęc eadem distinctio duobus adhuc videtur posse capi modis: vno modo, ut cognitio quid nominis vocetur confusa, & communis, & illa quid rei sit cognitio specialis, atq; determinata. Solet deinde quid nominis referri ad cognitionem nominis, siue significationis, licet ignoretur res habere esse extra actu, vel non. Notetis deinde dari duplex quid in genere, & in specie, siue sub propria forma. Exemplum primi, V.g. quando hominem cognoscimus, animal cognoscentes. Exemplum secundi, V.g. dùm res per proprium genus, & propriam differentiam cognoscitur. Insuper notetis, nos cognitionē de aliqua re duobus posse modis habere, vel quo ad q̄a, vel quo ad quid. Primo modo cognoscitur Deus à nobis, secundo modo minimè,& ratio assignatur, q̄a si sic res non se haberet; tunc Deus limitatus esset ad aliq̄d genus, quod dici non debet: quare, &c. Nunc ad argumentum primum formatum ut respondeamus, maiorem propositionem concedemus: dummodo, quæ soli Deo, ut propria cōueniunt positiuè, & absolutè dicant essentiam: hinc minor deinde falsa apparet, nam quæ de Deo cognoscimus, non sub ratione absoluta, sed per habitudinem ad extra cognoscimus, quæ cognitio in genere dicitur, non in specie, quo modo quid de D·o à nobis viatoribus pōt cognosci. Ad secundum de si est, & quid est, respondetur, quòd eo modo, quo de Deo, quia est, cognoscitur, non secus, quo ad quid est, pōt cognosci, cum sint idem hęc duo in Deo.

Nego tamen, quòd sub ratione speciali habeant cognosci. Ad vltimum dicitur, quòd Deus totaliter scitur, siue cognoscitur, & totaliter ignoratur, sciri enim dicitur totaliter in vniuersali, siue in genere, & totaliter ignorari in specie. Duplex ergo datur totalitas generica, & specifica, si de prima loquamur, argumentum aduersariorum currit, si de altera, nullum est. Completa iam prima quęstione, accedit altera in ordine secunda, dùm quęritur. Vtrum Deum esse sit per se notum. Pro parte affirmatiua sic arguitur: illa per se nota dicuntur, quorũ cognitio nobis naturaliter inest, ut illa primorum principiorum, sed Dei cognitio, authore Damasceno in principio libri sui oĩbus est inserta: ergo Deum esse erit per se notum. Insuper, nonne veritas per se nota est? at Deus est veritas, vt habetur Io. xiiii. Ego sum via ueritas, & vita. Deum igitur esse per se notũ uidetur dici posse. Ad huius quęstionis euidentiam duo pręmittenda sunt, quorũ primũ respicit, q̃d sit dicere, ꝓpositionẽ esse per se notam, vbi notandum venit, illud minimè dici posse per se notum, q̃d per aliud sit notificandum, siue sit tale incomplexum, siue cõplexum, V. g. quando fit notitia propositionis per simplices terminos. Illa verò propositio, cui assentitur absq; hoc, quod probetur per aliam propositionem prius, ac magis notam, dicetur per se nota, & hoc adhuc dupliciter considerari habet, vno modo secundum se, & rei naturam, alio modo, quo ad nos. Si primo modo propositio sit nota, cognoscetur ex hoc, quando pręedicatum erit de ratione subiecti secundum rei veritatem. Si quo ad nos, propositio tunc per se nota erit, quando statim terminorũ cõnexio apparebit, nam cognitis terminis, intellectus statim veritatem sub illis cõten-

tam

tam terminis apprehendit, & hęc cognitio per se nota dicitur, quo ad nos. Nunc ad argumenta veniamus, & primò primum è medio tollamus, dicentes: duplicem dari cognitionem vniuersalem, siue confusam, & distinctam. Si loquamur de cognitione vniuersali, & confusa, habet cōcedi, qđ talis nobis sit insita de Deo cognitio à natura, sub quo sensu Damascenus uenit intelligendus. At si velimus uerba facere de illa cognitione simpliciter capta, hoc modo Damasceni sententia est nulla. Ad secundum argumentum de ueritate per se nota pōt dici, quòd ueritas in communi sit per se nota, illa uerò prima ueritas, de qua currit argumentum, nō sic se habet, nā licet de se Deus sit per se notus, & in se, nō tamen pōt dici per se notus, quo ad nos, nisi eo modo, quo alàis diximus; Et hęc satis.

DE VESTIGIO, ET IMAGINE.
Lectio XXII.

SVperius de duobus facta fuit mentio, videlicet de uestigio, & de imagine, iccirco in animum induxi meum quęsita duo modo excitare. Vnum de uestigio, alterū de imagine. Quęritur ergo primò. Vtrum in omni creatura trinitatis uestigium sit cōcedendum. Pro parte negatiua in primis sic arguitur. Vestigium rei illud est, per quod res inuestigatur, sed personarū Trinitas ex creaturis inuestigari nequit: igitur in omni creatura uestigium nō inuenitur. Insuper authoritate Ambr. in hexameron sic arguitur. Lucis natura non est creata in numero, pondere, & mensura, & tamen penes huiusmodi uestigium attenditur, non itaque in omni

creatura

creatura uestigium reperitur. In oppositum se habet illud Sapientis xi. Oia in numero, &c. Pro solutione igitur argumentorum, quòd quid est uestigij, & secundum quas attendatur partes, considerãdum erit; nam uestigium nunc videtur transumptiuè sumi ad similitudinem uestigij propriè dicti, quod est impressio ducens in cognitionem illius confusè, cuius est, veluti hominis pedis impressio in puluere derelicta, ducens nos in cognitionem hominis. Vnde vbicunq; erit aliqua Trinitat. repręsentatio, si non distinctè, saltem confusè, ibi quoq; uestigium ponendum, at talis repręsentatio in omni creatura est: igitur, & uestigium. Nunc penes quid habeat sumi, audite. Nam penes numerum, mensuram, & pondus attenditur, quæ tria in oibus sunt creaturis, secundum magis perfectum, & minus perfectum, ita uestigium primò de creaturis perfectioribus dicetur, deinde de minus perfectis, cuiusmodi sunt accidentia. Ad argumenta nunc festinantes minorem primi argumenti considerabimus, dicentes: Trinit. ex creaturis inuestigari non posse, vel confusè, vel distinctè. Primo modo negatur, secundo modo argumentum conceditur. Ad illud uerò ex mente Ambr. de luce respondetur, quòd lucis natura simpliciter considerata est creata in numero, pondere, & mensura. At si consideretur, quatenus eius effectus est minus limitatus, quàm aliarum creaturarum, tunc dicetur non creata in numero, pondere, & mensura, quo modo loquebatur D. Ambr. quòd aũt oĩa sint producta à Deo in numero, in pondere, & mensura, audite: quęlibet enim creatura dicitur in suo esse subsistere, & formam, per quam ad speciem determinetur, habere, insuper ordinẽ, in eo ergo, quod est quędam substantia

creata,

creata, causam, & principium repręsentat, & ita persona Patris, qui est principium, non de principio demonstratur: in eo uerò, q̄d quandam habet formā, & speciem, verbum in diuinis secundam personam demonstrat: secundum deinde ordinem, quem habet, Spiritum sanctū nobis repręsentat. In vnaquaq; igitur creatura debet uestigium Trinit. concedi, quantum ad illa tria iam tacta à nobis, & ita finitur quęstio prima. Succedit huic altera, dùm quęritur. Vtrum in homine Trinit. imago sit concedenda. Hilarius libro de Synodis videtur ratiocinari ꝓ parte negatiua his verbis. Imago dicitur eius rei, ad quam imaginatur species indifferens, sed nulla videtur inueniri posse species indifferens Trinit. & animæ nostræ: quare Trinitatis imago in homine non erit ponenda. In contrarium se habet illud Genesis capite primo. Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinē nostram: in homine ergo est Trinit. imago. Pro responsione debetis scire de ratione imaginis esse repręsentare rem cum aliqua tamen dissimilitudine in creatis. Quo stante, potest dici ad argumentum desumptum ab Hilario in libro de Synodis, quòd minor propositio duobus considerari potest modis: vno modo participando eandem naturam secundum speciem, vt filius in diuinis, qui Patri est similis, & eius imago. Alio modo non participando eandem naturam secūdum speciem, sed alteram, quo modo conceditur Trinit. imago in creaturis: Hilarius verò loquebatur primo modo, nos verò secundo modo. Et vt clarius hoc appareat, dicemus duplicem dari imaginem: vnam eiusdem naturæ, alteram diuersæ: primo modo in diuinis solus filius est imago Patris respectu eiusdem naturæ. Alio modò creatura dicitur imago

Trinit.

Trinit. non ut habet esse in eadẽ natura, sed in altera; Et hęc satis.

HIC QVAERITVR, VTRVM DEVS SE GENVERIT.

Distinctio IIII.

Lectio XXIII.

HAec est distinctio quarta huius libri, circa quam versaturi cõtinuationem primò ponemus: secundò ad distinctionis diuisionem festinabimus: tertiò singulas partes sigillatim aperiemus. Ostenso igitur, q̃d essentiæ vnitas in diuinis, & personarum Trinitas, authoritate vtriusq; testamenti, nec nõ per uestigium, & imaginem in creaturis inuentas inuestigari põt, consequenter hodierna die determinandum erit de personarum origine, & distinctione. Habito in hunc modum nõ magno verborum apparatu nexu presentis distinctionis cum superioribus, nunc diuidi habet hęc distinctio in segmenta tria, in questionem vnam primò. In oppositionem secundò. In reprobationemq; opinionis cuiusdam tertiò. Quęritur ergo, num catholicè possit concedi, Deũ se ipsum genuisse, vel à se alium Deum essentialiter produxisse. Proposito dubio, Magister pollens ingenio, hoc esse negandũ, tali ratiocinio docet; illud enim penitus apud fideles negandum esse videtur, quo concesso sequeretur procul dubio, idem se ipsum generasse, aut plures esse Deos, at Deum se, vel à se alium essentialiter Deum genuisse, est huiusmodi: non itaq; modus iste loquẽdi debet apud catholicos concedi. At dicetis vos, nonne ista vt vera concedenda?

denda? Deus genuit Deum. Ad hoc respondetur, quòd sic. Nam Deus Pater genuit Deum filium, nec ob id sequitur: ergo genuit se Deum, vel alium in deitate, Deum: benè alium in persona. Et hęc de primo segmento. In altero in ordine secũdo garruli pręmissæ quęstioni vt contradicant, quęrunt dicẽtes. Si Deus genuit Deũ, aut igitur Deus Pater genuit Deum, qui est Pater, & ita idem genuit se ipsum, quod impossibile dicitur, vt habetur lib. primo de Trin. apud Aug. vel erit dicendum, quòd Deus Pater genuerit Deum, qui non est Deus Pater, & ita plures Dij erunt: ne hoc admittatur ꝑpter incommoda, quæ sequerentur, propositio paulò ante adducta, quòd Deus genuit Deum, non videbitur admittenda: At ne sub dubio relinquatur Magistri sent. opinio, garrulis ita erit respondendum, quòd Deus Pater genuerit Deum, qui non est Deus Pater, idest filium, qui non est Pater, qui Deus est, & iste sensus verus est, ibi enim non notatur essentiæ alietas, sed personæ tantùm. Extat alius sensus huius propositionis, Deus genuit Deum, qui non est idem Deus cum Patre, tunc falsa dicitur propositio, & neganda, quia in ipsa alietas naturæ, siuè essentiæ denotatur, inde plures Dij, quòd fides catholica non admittit; Et hęc pro puncto secundo. In vltimo quorundam reprobatur opinio dicentium: nomen essentiale in diuinis posse prędicari de nomine personali posse dici de nomine essentiali, dicendo: Deus est Pater. Vnde concedebant istã: tres personæ sunt vnus Deus. Negabant deinde istam. Deus est tres personæ, quod tamen catholicè dici potest, vt habetur apud D. Aug. in primo de Trinitate, qui ita ait: rectè ipse Deus Trinitas intelligitur, beatus, & solus potens:

potest

potest igitur dici, quòd ipse Deus sit Trinitas, & quòd Trinitas sit ipse Deus: quare ex dictis erronea fuisse opinio aliter dicentium apparet. Et hęc de tota distinctione.

VTRVM IN DIVINIS CONCEDENDA SIT GENERATIO.

Lectio XXIIII.

INterpretātes distinctionē quartā quęrebamus primo. Vtrum esset vera hęc propositio. Deus genuit Deum. Deinde, num essentiale nomen posset dici de personali, & vice versa: iuxta quæ duo quęsita non secus proponentur duo, vnum quorum attinebit ad generationem in diuinis, alterum ad veritatem huius propositionis, Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quātum ad primum, solet quęri, Vtrum generatio in diuinis sit cōcedenda: mihi certè primo aspectu videtur esse dicendum, quòd non, à quo enim superius remouetur, & inferius, sed mutatio ad generationem ponitur superior, quæ non est in diuinis, non igitur ibi generatio. Insuper, si in diuinis foret generatio, vel vniuoca, vel ęquiuoca esset censenda, at nullum horum potest admitti: igitur neq; in diuinis generatio. Minor, quia claudicat, iccirco quo ad vtrunq; membrum declaratur, & primò, quòd non possit esse vniuoca, quia tantùm differunt gignens, & genitum, quantū proprietates eorum constitutiuæ, at paternitas, & filiatio, quæ patrem gignentem, & filium genitum cōstituunt, diuersarum sunt rationum, non igitur in diuinis poterit esse generatio vniuoca. Quo ad alterū

membrum dici potest secundum D. Aug. quòd in filio sit perfecta imaginis ratio, quoniam in eo nulla est dissimilitudo, at ratio ęquiuoca perfectam excludit similitudinem, ibi ergo in diuinis concedenda non venit generatio ęquiuoca. Demùm sic potest argui, ad manifestandum in diuinis non generationem dari, nam si daretur, tunc Deus alium Deum genuisset: generans enim distinguitur à generato, atqui Deus genuit Deum: igitur Deus genitus distinguitur à generante, & ita sequi videbitur, quòd Deus alium genuerit Deum, qđ veritati est dissonum, non enim plures Dij conceduntur, sed vnus Deus, non igitur generatio in diuinis admittenda. In oppositum verò extat illud Esaiæ vltimo. Ego, qui alijs generationem tribuo, nunquid sterilis ero? deinde admittitur in diuinis Paternitas: ergo, & generatio, licet hoc adamussim lumine naturæ, nec efficaciter queat ꝓbari. Nunc soluendæ sunt rationes, & primò prima; dùm itaq; arguebatur, quòd in diuinis non sit concedenda generatio, quia ibi non est mutatio, omissa maiore, respondetur ad minorem, hac distinctione duplicis generationis, diuinæ scilicet, & humanæ: hoc secundo modo currit aduersarij argumentum, sed primo modo est nullum. Ad secundum argumentum dico: duo in diuinis consideranda esse: vnũ ex parte naturæ, alterum ex parte diuersarum proprietatum generantis, & geniti, primo modo in diuinis generatio vniuoca attenditur, non secundo modo, vt videbatur ratiocinium concludere. Ad tertium argumẽtum dici potest, quòd maior si in hunc modum intelligatur, videlicet, qđ Deus alium genuerit Deum personaliter, tunc vera erit propositio, essentialiter verò falsa. Rursus ad minorem dici poterit,

quòd

quòd Pater, & filius, vt generans, & genitum, relatiuè distinguantur, non essentialiter, & ita ruit argumentum, nec in diuinis generationem impedit. Expleta iam prima difficultate, altera subsequitur consideratione digna, quæ est: Vtrum propositio hęc affirmatiua in diuinis sit non neganda, sed affirmanda: Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Hic procul dubio multa dicenda forent, at ne intellectum confundam uestrum, cum sacris Theologis illud tangam, videlicet in diuinis iuxta prędicationem has propositiones esse distinguendas penes veritatem formalem, & identicam: ita vt illa sit formalis, quando prędicatum suo formaliter conueniet subiecto, deinde illa identica, cuius prędicatum insit subiecto propter infinitatem diuinam: dùm itaq; quęritur. Vtrum hęc sit admittenda in diuinis propositio. Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus: Respondetur, quòd sic identicè. Licet formaliter Pater nō sit Filius, nec Filius Spiritus sanctus. Similiter hęc vera erit: Deus est Pater: Deus est Filius: Deus est Spiritus sanctus: prędicatione identica, sed non formali. Et hęc pro pręsenti.

HIC QVAERITVR, AN PATER, ETC.
Distinctio V.
Lectio XXV.

A*Rbitror vos ex pręclarata distinctione nouisse in diuinis generationē dari: propterea in pręsenti non erit inutile speculari. Vtrum essentia diuina generationis terminus*

sit

ſit nuncupanda. Habebit igitur tres partes hodierna lectio, in quas deſcendit ipſa diſtinctio. In quarum prima mouetur, ac determinatur vna queſtio. Inſuper inducitur inſtantiarum obiectio; tertiò quarundam authoritatum ſubditur expoſitio. Quantum ad primũ ſolet queri, Vtrum diuina eſſentia terminus generationis ſit: pro cuius rei intellectu hęc propoſitio ponenda erit; diuina eſſentia non eſt generans, nec generata; an hoc verum, audite: ſi oppoſitum concederetur, tunc vel diuina eſſentia non eſſet eſſentia, vel eadem res genuiſſet ſe ipſam, & à ſe ipſa genita, ſed hoc non debet concedi: igitur neq; primum admitti. Minor triplici via habet probari, & primò ſic. Quòd generat relatiuè dicitur, at eſſentia diuina non ita ſe habet, alioquin ſubſtantiam abſolutè non ſignificaret, vt ſignificat: quare, &c. Deinde Pater eſt diuina eſſentia, ſed non conceditur, quòd diuinam genuerit eſſentiam, q̄a ſe ipſum genuiſſet, non ergo diuina eſſentia eſt generata; tertiò ſic arguitur. Pater per diuinam eſſentiam dicitur habere eſſe: ſi igitur genuit eſſentiam, tunc haberet eſſe per illud, quòd eſt generatum ab ipſo, at hoc eſt falſum, quia generatum à generante habet eſſe, & non generatus à genito: quare, &c. Addit deinde Magiſter ſent. q̄d ſimili modo videtur probare D. Aug. q̄d Pater non ſit ſapiens ſapientia genita: ſi enim Pater per illam genitam ſapientiam eſſet ſapiens, cum ei ſit idem ſapere, & eſſe: tunc haberet eſſe per illud, & ab illo quod genuit: atqui hoc quid abſurdius? nõ igitur, &c. Enodata iam prima parte, altera ſubſequitur, quæ circa inſtantias verſatur, quarum prima ſit hęc. Pater vel genuit illud, q̄d ipſe eſt, vel non. Si primum concedatur, tunc ſic illud, quod ipſe eſt,

diuina essentia dicitur: igitur diuinam essentiam genuit, qđ prius fuit negatum; ad hoc secundum Magistrum in textu est respondendum, quòd Pater genuit id, quod ipse est, idest filium, qui est idem essentialiter cum ipso, non ob id habet concedi, quòd essentia sit genita in diuinis, nec quòd ipsa filium genuerit; sed dicetis, q d ad authoritates authorum, videlicet D. Aug. & Hylarij dicendum erit, quæ prędictis obuiare videntur, quòd essentia filij sit de essentia Patris? dicimus, tales ita esse exponendas, & intelligendas: filius, qui est essentia, est de Patre, qui est essentia, & sic de alijs: quare nihil contra nos. Nunc superest tertia, & vltima pars huius distinctionis, quæ versatur circa quarundam authoritatum expositionem originem trahentium ex verbis Magistri dicentis, quòd Filius, & Spiritus sanctus sunt producti, non tamen de nihilo, sed de aliquo, licet non de aliquo materialiter. Hanc ueritatē vt cognoscatis, authoritates dicentes, Patrem de sua substantia filium genuisse, in hunc modum exponemus, quòd Pater genuerit talem, qui est eiusdem naturæ cum ipso, & si mihi non creditis, authoritates positas in textu à Magistro sent. queso legatis; Et hęc de tota distinctione vobis apparebunt satis.

AN PATERNAE GENERATIONIS TERMINVS SIT ESSENTIA. Lectio XXVI.

IN animum induxi meum (Nobil. Audit.) quęstionem illam aliquantulum difficilem de Paternæ generationis termino in diuinis examinare: tria ergo vobis polliceor argumēta primò

negatiua.

negatiua. Secundò notanda. Argumẽtorũ solutiones tertiò. Circa primũ quęritur, Vtrũ paternæ generationis terminus sit essentia diuina. Mihi certè videtur, quòd nõ, terminus enim generationis per generationem accepit esse, at diuina essentia non accipit esse, igitur. Pręterea, oĩs productionis terminus posterior est productione, at essentia non est posterior generatione; igitur. Demùm essentia communis est generanti, & genito, quo igitur poterit esse terminus paternæ generationis, cum illud, in quo conueniunt generans, & genitum sit subiectum, & non terminus? In oppositum se habet, quòd omnis productio suppositi substantialis terminatur ad substantiam: quare, &c. Pro determinatione quęstionis secundo loco duo notanda occurrunt, primum secũdum nonnullos, alterum secundum veritatem. Quantum ad primum. Aliqui dixerunt, diuinæ productionis totalem terminum esse suppositum productum, sed non formalem. Nam secundum rei veritatem essentia dici debet formalis terminus generationis actiuæ Patris, quia illud est formalis terminus alicuius productionis, quod per productionem primo est in producto, sed essentia est prima perfectio filij: igitur, &c. Pręmissis his, ad argumẽta soluenda accedamus, ad primum dicentes, quantum ad maiorem, quòd terminus totalis in diuinis accipit esse in supposito. Ad secundum dicitur, quòd maior intelligenda uenit de termino totali in diuinis, nõ de formali. Ad tertium similiter dici potest, quòd maior sit vera, vbi vnum generatur ex alio, sicut ex materia transeunte: non autem vbi vnum generatur ex alio, sicut ex vniuoco producente, ibi enim vterq; communis est natura vniuoca. Et hęc satis.

AN DIVINA ESSENTIA GENERET, ET VTRVM FILIVS SIT DE SVBstantia Patris.

Lectio XXVII.

EX animi sententia Magistri sent. multa de diuina essentia, nec non de verbo in distinctione quinta tacta sunt, ꝓpterea de more nostro quęsita duo hodie percurremus: vnum pertinens ad essentiam, alterum ad verbum in diuinis. Quo ad primum. Quęritur, Vtrum essentia diuina generet: primo aspectu disputandi gratia mihi videtur, quòd sic. Vt enim se habet essentia ad personam, ita persona ad essentiam, sed attributa essentiæ prędicantur de persona, vt creare, & huiusmodi: igitur actus personæ poterunt ascribi essentiæ diuinæ, & ita dici poterit, quòd essentia generet. Insuper, si essentia non generaret, sed persona tantùm, tunc persona, & essentia non essent idem, sed per Boetium essentia, & persona sunt idem: quare, &c. At ingenio pollentes dicetis vos: nonne omne, quod generat, habet à genito distingui? sed in diuinis essentia à nullo distinguitur: igitur non videtur, quòd essentia generet. Pro decisione itaq; huius quęstionis velim notetis: actum generandi alicui duobus posse attribui modis: vno modo tanquàm ei, q̄d generat, vt suppositum, alio modo, tanquàm principio, quo generando generat; hoc magis clarum, & euidens vt vobis appareat, exemplo desumpto ab igne declaro sic. Calefacere igni conuenit, vt ei, q̄d agit; calori verò, vt principio, quo ignis clefacit. His pręmissis, duæ conclusiones sunt modo ponendæ.

nenda. Prima est. Essentia non generat, vt quod. Altera est. Essentia generat vt quo. Nunc ad argumenta soluenda, vt accedamus ad primum, dicemus: negandam esse propositionem primã, à simili depromptam, & ratio negationis assignari potest, quoniam se aliter habet persona ad essentiam, & aliter essentia ad personã, includit enim persona essentiam, at essentia in suo significato, vel nomine, personam nullo modo includit; propterea, attributa, quæ personæ conueniunt secundum illud, quòd formaliter est persona, essentiæ diuinæ conuenire minimè possunt, V. g. vt generare, & spirare. Ad alteram rationem formatam dicitur, q̃d persona, & essentia idem sunt re, sed formaliter, & ex natura rei minimè: quare argumentum primo modo captum bonum, at secundo modo, non concludit. Explanata iam prima difficultate, altera succedit, dùm quęritur. Vtrũ in diuinis filius dici debeat esse de substantia Patris; pro parte negatiua sic insto: in diuinis nulla põt assignari materia, nec quasi materia, sed ly de substantia materiam dicit: non ergo filius est de substantia Patris. Minor vt dubia, sic exponitur, nam quod subijcitur, loco materiæ se habet, at ly de, sic se habet, minor igitur patet. Pro intellectu huius quęsiti, duplicem dari generationem velim vos scire: naturalem videlicet, & supernaturalem; illa naturalis, & ista supernaturalis vniuocè minimè dicuntur; Insuper naturalis semper imperfectionem habet annexam, at diuina semota ab omni imperfectione, quia perfectissima est. Pręterea illa naturalis, cum creaturarum inferiorum sit, materiam exigit, at diuina nequaquam. His addi debet Theoria de illa particula de substantia Patris, nam propter eius multiplicem

sensum pōt esse causa erroris: quandoq; enim materiam denotat, aliquando causam agentem, tertio ordinem, & originem, sub quo sensu in proposito debet capi, videlicet pro originatione. Vnde dùm dicitur: filius est de substantia Patris: sensus est: filius originatum à Patre, & est eiusdem substantiæ cum Patre, & ita argumentum adductum his paucis tollitur verbis.

VTRVM PATER GENVIT FILIVM VOLVNTATE.

Distinctio VI. Lectio XXVIII.

VErsaturi hodierna die circa sextam huius lib. primi distinctionem nexum in primis vna cum intentione præmittemus, insuper ad distinctionis diuisionem properabimus, tertio singulas partes diuisas enodabimus; de nexu, siue cōtinuatione, q d sim dicturus, audite. Ex quo enim Magister sent. docuit diuinam essentiam terminum generationis in diuinis, esse non posse: consequenter aggreditur verba facere de generantis potentia. Habito nexu, siue continuatione, vna cum intentione, distinctio modo in puncta tria partiri habet. In quorū primo Magister docet: Patrē, nec voluntate, nec necessitate genuisse filium. Insuper obijcit. Tertio, ad principale intentum post digressionem reuertitur. Circa primum, hoc lemma ponendum. Catholicè non est tenendum: Deum Patrem, necessitate cogente, aut voluntate antecedente filium genuisse, alioquin sequerentur hęc absurda:

Deum

Deum esse miserum, aut mutabilem, insuper Dei filium nõ esse naturalem filium. At hęc non concedenda, neq; primum admittendum, quòd Pater genuerit filium necessitate cogente, aut voluntate precedente; minor propositio, quia suspecta videtur, propterea in hunc modum manifestetur. Deus est summè liber, at si in eo talis necessitas poneretur, tunc summa libertate priuaretur: hoc non est concedendum, neq; qđ necessitate genuerit filium, nec voluntate antecedente, ita vt prius voluerit filium generare, quàm genuerit; quia stante in eius libera voluntate, ac potestate generãdi si vellet, & non generandi, si nollet: tunc mutabilitas in Deum caderet, quòd oĩno est inconueniens, nõ ergo sentiendum est, Deum Patrẽ, necessitate cogente, aut voluntate antecedente filium genuisse. Explanata iam prima parte accedit secunda, quæ primæ aduersari videtur: hęretici enim quidam filij diaboli, per imitationem sic ratiocinantur: in diuinis natura, & voluntas nonne sunt idem? igitur si Pater genuit filium natura, vt habetur apud Aug. lib. xv. de Trinitate, videtur ẽt, quòd genuerit voluntate. Ad hanc interrogationem factam ab hęreticis contra Magistrum, catholici respondere volentes, ita dicerent: naturam, & voluntatem in diuinis esse idem, duobus posse cõsiderari modis: duplex enim datur identitas, vna absoluta, altera verò formalis. Primo modo natura, & voluntas in diuinis sunt idem, identitate absoluta, sed non formali, nam aliquid naturæ conuenire potest, quòd non conueniet voluntati, nullum ergo erit inconueniens dicere, quòd filius in diuinis sit natura, & non voluntate. Potest hoc idem à simili confirmari, nam voluntas Dei, & scientia eius sunt idem, sed ratione

differunt, quoniam scientia connotat aliquid esse in Deo, quod non voluntas, & è contra: ratione enim scientiæ suæ, Deo conuenit scire, & malum cognoscere, at non ob id ratione voluntatis suæ, conuenit sibi velle, & malum appropriare: quare, &c. Expositis duobus segmentis iam de tribus propositis tertium relinquitur, q̃d principale intentum respicit: dicitur ergo, q̃d Pater genuit filium necessitate suæ immutabilitatis, non necessitate coactionis; insuper, quòd Deus Pater genuit filium. Voluntate concommitate, non antecedente, neq; efficiente, ita vt prius voluerit esse volens, quàm generans, quod patuit esse falsum ex declaratis. Et hęc de tota distinctione satis.

VTRVM NECESSITATE PATER FILIVM GENVERIT.
Lectio XXIX.

IMmoraturus aliquantisper circa pręd eclaratam distinctionē, primò inquirā. Num Pater necessitate filium genuerit: circa quod tria perpendam. Argumenta videlicet in primis: Notanda secūdò: Argumentorum solutiones tertiò: Quantum ad primum. Ricardus de Trinit. negatiuè arguit, nam q̃d gratis datur, non est ex necessitate, sed Pater quicquid dat filio, vel Spiritui sancto, dat secundum gratuitum amorem: non igitur Pater filium necessariò genuit. Deinde arguitur authoritate Aug. ad Orosium, dicētis: nec necessitate, nec voluntate Pater filium genuit: quare, &c. In oppositum se habet Damascenus, qui inquit, q̃d generatio

est opus naturæ, sed natura naturali agit necessitate, igitur Pater filium genuit necessariò. Pro determinatione huius quęstionis ad aures Bonauenturæ, significata necessitatis diuersa: notanda erũt insuper argumẽta soluenda. Solet itaq; necessarium ꝓ nunc tribus considerari modis: videlicet pro necessario coactionis, vel suppositionis, vel immutabilitatis. Prima necessitas, ab alijs violentiæ vocatur, & est, V. g. quando lapis sursum proijcitur: tunc enim dicitur ad sursum necessitari. Altera necessitas suppositionis est, quãdo ex suppositione finis, nobis dicitur equus eundi Romam necessarius: vel vltra mare necessaria nauis. Tertia necessitas immutabilitatis est, quæ summa, & prima in Deo ponitur, & de qua quęsitum propositum intelligitur. Nunc tertio loco, vt argumenta soluamus, ad Ricardi authoritatẽ dicemus: duo in amore gratuito consideranda fore: primum respicit merã liberalitatem, & quantùm ad hoc, amor gratuitus in filij generatione non ponitur, sed tantùm absoluta necessitas immutabilitatis. Alterum verò est, q̃d dat sine retributione, & quantùm ad hoc, in filij generatione conceditur gratuitus amor, sub quo sensu Ricardus de trinitate intelligendus venit: Pater enim per generationem dat filio, & nihil accipit ab ipso. Ad illud in ordine secundum D. Aug. excludentis necessitatem à generatione diuina dici potest, quòd ipsius intentio erat de coactionis necessitate loqui, non de illa immutabilitatis; Et hęc satis.

VTRVM

VTRVM PATER FILIVM NATVRA GENVERIT.

Lectio XXX.

QVoniam in expositione distinctionis sextæ erat sermo de natura: propterea in præsenti parte videndũ erit, num Pater in diuinis natura filium genuerit. hodierna itaq; lectio segmenta tria habebit, in primo, pro parte negatiua argumenta ponentur, in secundo notanda, in tertio argumentorum solutio. Quantum ad primum. Dũm quæritur, Vtrum Pater natura filium genuerit, sic arguitur. Pater eo est Pater, q̃d genuit, sed Pater non est Pater natura: igitur, nec filium genuit natura. Quæ veritas Aug. authoritate de trinitate potest confirmari: ibi enim dicit, q̃d Pater non est eo Pater, quo Deus, atqui est Deus natura, non igitur dicetur Pater natura. Preterea sic instatur: in Deo natura, & voluntas identificãtur, vt patuit supra, sed Pater per Aug. voluntate filium minimè genuit: igitur nec natura. In oppositum se habent isti duo grauissimi Viri, videlicet Hilarius de Synodis, & D. Aug. de Trinitate. xv. fatentur enim verbum per q̃d oĩa facta, esse Dei filium natura. Pro determinatione igitur questionis, quot modis natura summi possit dicemus, quãdoq; enim natura pro essentia capitur, alio modo pro productionis via, siue modo: si natura capiatur primo modo, quesitum sic intelligetur, Vtrum Pater genuerit filium natura; idest, Vtrum essentia sit generationis principium, & relatiuè dicatur; sub quo sensu hic nos non loquimur, sed benè secundo modo de natura pro modo productionis:

ctionis: vbi in personarum productione tria videnda erunt, videlicet habitudo virtutis productiuæ ad actum producendi: insuper supposita producentia: tertio ordo productorũ, vel productionum. Si cõsideretur primo modo habitudo virtutis productiuæ ad actũ producendi, in hoc casu nulla persona in diuinis dicetur per modũ voluntatis procedere, sed quęlibet per modum naturæ; cuius rei ratio assignatur, quoniam quęlibet persona diuina producitur ex necessitate immutabilitatis, ex virtuteq́; determinata ad vnum per modum naturæ: quare, &c. Deinde si considerentũr supposita producentia, in hunc modum dicetur per modum voluntatis produci Spiritus sanctus, & filius per modum naturæ; si verò attendatur ordo productorum, & productionum, sic filius dicetur per modum intellectus procedere, & Spiritus sanctus per modum voluntatis, quæ duæ sunt emanationes ad intra in modo tamen differentes. Nunc tertio loco argumenta soluenda, & primò primum. Dicitur itaque, quòd ly natura aliter, & aliter accipitur, cum dicitur, Pater non est Pater natura, & Pater genuit filium natura; nam primo modo, quando dicitur Pater non est Pater natura, ibi natura sumitur pro essentia, & non pro naturali necessitate, quo modo Pater est Pater necessitate, seu generatione actiua: quare Pater non potest dici Pater formaliter essentia, sed tantùm paternitate, & Deus formaliter Deitate. Vnde cùm nomen naturæ in primo argumento varietur, quia sumitur natura pro essentia, cum debeat accipi pro modo naturalis productionis, propterea nihil concludit contra nos. Ad alterum in ordine secundum argumentum de natura, & voluntate, quòd in Deo sint idem, hoc

verum

verum esse realiter cōcedimus, formaliter verò minimè: ibi enim diuersi sunt modi pcedendi, nā filius p modū naturæ, & Spiritus sanctus per modum voluntatis procedit. Et hęc pro pręsenti satis.

VTRVM PATER POTVERIT, VEL VOLVERIT GIGNERE FILIVM.

Distinctio VII.

Lectio XXXI.

INterpręTaturus hodierna die septimam in ordine huius libri primi distinctionem, vt moris est mei, pendentiam huius à superiori primò docebo: insuper distinctionem diuidam. Ex quo ergo Magister sent. declarauit qualiter Pater filium genuerit, videlicet, quo ad virtutem, seu potentiam intellectualem, nunc consequenter vult inquirere de eius potentia generandi naturali. & hęc de pendentia satis. Diuiditur modo hęc distinctio in segmenta tria: in quorum primo inquiritur, num generandi potentia sit in filio, deinde, quo modo non generare in ipso filio, non dicat impotentiam declaratur. Tertiò ponitur conclusio, & ita finitur distinctio. Pro segmenti primi intelligentia in animum induxi meum vnum esse notandum: videlicet non esse quid simpliciter, Patrē posse, aut uelle generare filium, sed ad aliquid. Quam veritatem prosequi uolentes, vna cum Magistro quęremus. Num Pater potuerit, aut uoluerit filium generare. Si sic: igitur Pater voluit, & potuit aliquid, quod non potuit, nec filius uoluit. Aut dicendum erit, quòd filius possit, & generare velit, quod est absurdum,

dum, aut concedendum erit, quòd filius sit impotens. Huic versutiæ vt vna cũ Magistro respondeamus, ita erit dicendum: dato, quòd Pater in diuinis possit generare, & non filius, ob id non sequitur, quòd Pater aliquid possit, quòd non filius: nam posse, & velle gignere propriè non dicitur esse quid, sed benè ad aliquid: quare non posse, aut non uelle generare, in ipso filio impotentiam minimè dicit, vt assumebatur in quęstione prędicta. Pro huius rei veritate cognoscenda, scire debetis, quòd quicquid est in diuinis, vel est essentia, vel relatio: ideo quicquid Deo conuenit, hoc conuenire debet, uel ratione essentiæ, & tunc est commune tribus personis, uel ratione relationis, & tunc non oportet tale esse commune tribus personis. Cum itaq; posse generare in diuinis non dicat q͂d, idest non spectet ad essentiam, sed dicat ad aliquid, idest pertineat ad relationem, iccirco nullum erit inconueniens, si filio generare non conueniet, hęc enim relatio, siue proprietas, vt paternitas filio nequaquam conuenit: quare, &c. Explanata iam prima parte, subsequitur altera, in qua Magister sent. intẽdit docere, quo modo nullam dicat impotentiam in filio non posse generare, sed potius hoc esse ascribendum conditioni, ac proprietati paternæ. Aug. enim pro euidentia huius loci ait: filium potuisse quidem generare, sed non oportuisse, & ratio assignatur, quia in diuinis superflua, & inordinata fuisset generatio, si filius genitus Patri nepotem genuisset; vt ergo impotentiam non arguit in Patre, quia nõ potest esse filius, ita non est impotentiæ in filio, quòd nõ potest esse Pater, & hęc de duabus partibus. In tertia, & vltima ponitur hęc conclusio. Vna, & eadem, & ęqualis potentia generãdi est in Patre,

& in

& in filio, nam vna est sapientia, natura, & potentia. Vel sic dicendum, quòd potentia generandi cum natura, dicat proprietatem: quapropter referendo intellectũ ad proprietatem in filio non est potentia generandi. Nam sic dicitur aliud esse posse generare, & posse generari. At si ad naturã hoc referatur, tunc erunt idem, vt in textu Magistri sent. est videre. Et hęc satis.

VTRVM IN DIVINIS SIT GENERANDI POTENTIA.

Lectio XXXII.

NE q̃d vitio nobis dari possit, circa Magistri sent. textum aliquantisper versabimur, primò quęrentes. Vtrũ generandi potentia in diuinis sit concedenda. Pro parte negatiua formari possunt nonnullæ rationes, quarum prima sic se habet. Omnis potentia, uel est actiua, uel passiua, sed nulla harum ponitur in diuinis: igitur, &c. Minor quia suspecta, ideo quo ad vtrunq; membrum erit probanda, nam non videtur in Deo potentia passiua admittenda, quia talis est imperfecta, nec actiua, quia si poneretur, esset hoc verum dicere ex parte creaturarum, non diuinorum: quare, &c. Verum quia assumptum sub dubio relinquitur, ideo ad hoc confirmandum, siue probandum, ita erit dicendum, quod talis potentia actiua sit principium transmutandi aliud, at in diuinis non datur aliud, non itaq; potentia actiua in diuinis. Pręterea sic arguitur, potentia oĩs est respectu alicuius possibilis, at in Deo nihil est possibile, sed totum necessarium, non

igitur

igitur in Deo respectu diuinorum est potentia generandi. Ex alio latere quia omne generans generat per aliquam potentiam, & in diuinis datur generatio: igitur & generandi potentia in Patre. Pro determinatione huius difficultatis scire debetis, potentiæ nomen æquiuocum esse, & hoc respectu diuinorum, nec non creaturarũ: Potentia enim generandi in diuinis dicitur principium producendi alium per simplicẽ emanationem, non per transmutationẽ, at in creaturis potentia est principium transmutandi aliud, æquiuocè igitur, non vniuocè nomen potentiæ sumitur. Insuper notandum est, quod potentia respectu filij debet dici potentia generandi, nam filij productio est generatio, respectu verò Spiritus sancti potentia spirandi, quoniam eius productio est spiratio passiua. Nunc ad argumenta accedo, & ad primum dico, qđ tenet de potentia in humanis creaturis, non in diuinis. Nam in illis est principium transmutandi aliud, at non sic in diuinis. Ad alterum argumentum dicitur, quod possibile in diuinis necessarium non excludit, & ita argumentum ruit. In sequenti alia consideratione digna audietis, hęc interim satis.

VTRVM GENERANDI POTENTIA DICAT QVID, VEL AD ALIQVID, ET vtrum in filio concedenda.

Lectio XXXIII.

QVęstiones duas pro maiori intellectu eorum, quæ dicta sunt à Magistro sent. hodierna die examinare statui, quarũ prima erit de generandi potentia in diuinis, num

rum dicat quid, vel ad aliquid. Altera de potentia generandi, respectu filij. An scilicet in filio debeat concedi. Circa primam sanè dicendum venit, quod generandi potentia in patre sit ad aliquid, & non dicat quid: nam D. Aug. ait, q̄d eo Pater est Pater, quo est ei filius, sed Paternitate Pater est: igitur Paternitate generat, & sic generandi potentia in Patre dicetur ad aliquid, non quid. At video hic vos ingenio pollentes totum oppositum sentire, nam genitum gignenti, vt puta Patri, in natura assimilari dicitur, & non in proprietate, sed natura dicit quid, non itaque generandi potentia in patre erit ad aliquid, sed dicet quid. Pro determinatione huius difficultatis notare debetis, pro vt nostro nunc inseruit ꝓposito: potentiam duobus accipi posse modis: vno modo formaliter, alio modo fundamentaliter. Stante hac distinctione, duobus formatis iam argumentis non erit difficile respondere. Ad illud ergo Aug. dicentis, eo Pater est Pater, quo est ei filius, formaliter hoc esse verum concedimus: negamus tamen, quod sit eo fundamentaliter, & sic generãdi potentia in Patre erit ad aliquid formaliter, licet non fundamentaliter, quo modo argumentum secundum currit sicut, & alia, quæ contra hanc veritatem possent adduci. Completa iam prima quęstione de duabus, altera subsequitur, dùm quęritur. Vtrum generandi potentia in filio sit concedenda; pro parte affirmatiua sic instatur: imago perfecta, illud quoq; perfectè debet imitari, cuius imago est, sed filius in diuinis dicitur esse vera, atq; perfecta Patris imago: igitur ipsum habet imitari, sed, si generandi potentiam non haberet, perfectè eum non imitaretur, debet ergo in filio generãdi potentia cõcedi. Pręterea,

nulla

nulla scientia ponitur in Patre, quæ non sit in filio, nulla similiter potentia, quæ non sit in filio, at generandi potentia est in Patre: ergo, & in filio. Insuper authoritate Hylarij de Trinit. suadeo vobis in filio generandi potentiam nõ esse denegandam: Vir enim iste ait, quòd talis generandi potentia perfectionẽ infinitam dicit: igitur communis tribus personis erit: quare, &c. Ad hanc ergo difficultatem dirimendam, velim vos scire, potentiam duobus accipi posse modis: vno modo absolutè, idest pro forma absoluta, quæ dicitur principium ꝓductiuum, siue fundamentaliter; alio modo, pro forma sub illo respectu cum oĩbus ad generandum requisitis. Si primo modo sumatur, tunc erit fatendum, quod tribus sit communis talis potentia personis secũdum Anselmum, quæ nihil aliud est, quàm memoria fęcunda. At si secundo modo capiatur, Patri tantùm potentia generandi, siue filium producendi aptabitur. His itaq; positis, nunc ad argumentum primum est dicendum, quòd in diuinis imitatio penes essentiam, non penes generandi potentiam, siue relationem attenditur: quare nullum ex modo considerandi diuerso est argumentum. Ad alterũ, negatur modus arguendi: nam non est simile de scientia, & de generandi potentia in Patre, quia scientia est merè absolutum, propterea cõmunis est tribus personis, at generandi potentia intrinsecus relationẽ includit, ratione cuius oĩbus tribus personis conuenire non potest; alij alio modo volentes propositæ quęstioni satisfacere, ly generãdi gerundium, tripliciter accipi posse dicunt: actiuè, passiuè, vel impersonaliter. Si primo modo, generandi potentiam in Patre tantùm ponunt. Si secundo modo, in filio conceditur generandi potentia, idest vt generetur.

Si tertio modo, tunc talis generandi potentia in tribus diuinis personis esse dicetur, & ita ad instantias adductas, & ad adducendas, quid sit dicendum, ex suppositis patet.

DE VERITATE, ET PROPRIETATE, ETC.
Distinctio VIII.
Lectio XXXIIII.

QVid tenendum sit de veritate gignentis, hactenus determinatum est: Nunc loquendum de natura per actũ generationis communicata. Presens igitur distinctio partiri habet in partes tres: in quarum prima fit sermo de diuinæ essentiæ veritate: in secunda de eiusdem immutabilitate: in tertia de Dei simplicitate. Quantum attinet ad primum, propriè Deus dicitur essentiæ veritatem habere absq; alicuius non actualitatis admixtione, nam ęternus est sine preterito, atq; futuro tempore, & quod huiusmodi est essentiæ, veritatem sine vlla admixtione habet: quare, &c. Pro cõfirmatione huius veritatis sacræ paginæ testimonio vtemur: legitur enim, Ego sum, qui sum. Insuper, Qui est, misit me ad vos. Preterea extat illud Hieron. ad Damasum ita scribentis: Deus solus, qui exordium non habet, verè essentiæ nomen tenet; cuius essentiæ esse nostrũ comparatum nõ est verum esse, quia sumus mutabiles, at Deus non sic se habet: quare, &c. Sed dicetis: cum Deus non careat tempore presenti, preterito, atque futuro: igitur eius esse variabile: Nam de ipso tales formari solent propositiones, Deus est, Deus fuit, Deus erit. Ad hanc difficultatem

ficultatem respondere difficile non erit, quoniam tempora hęc, ad duo possunt referri, vel ad ostendendam Dei perpetuitatem, vel variationem; primo modo, pręsens tempus pręteritum, atq; futurum de Deo ꝑnunciantur, at secundo modo, nequaquam. Declarata iam prima parte, sequitur altera, vbi est sermo de permanentia, ac firma stabilitate Dei, qui est suum esse primum oĩum esse, & ęternum: igitur immutabilis. Qđ si non haberet verum esse, procul dubio mutaretur; at hoc à Dei natura valde remotum est: igitur, &c. Pro corroboratione huius Apostolus primò loquens de Deo dicebat, Qui solus habet immortalitatem: igitur & immutabilitatem. Insuper Iacobus: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. & Dauid, Mutabis ea, & mutabũtur, tu aũt idem ipse es. Pręterea D. Aug. super Genesim dicit, quòd Deus nec per loca, nec per tempora mouetur, creatura verò per loca, & tempora. Hoc idem habetur apud ꝓphetam ex Dei persona dicentem: Ego Deus, & non mutor: solus ergo Deus immutabilis, cuius esse ęternum, ideo verum. Explanatis adhuc duabus partibus nostri sermonis, accedit tertia, & vltima depromenda, vbi clarè manifestatur simplicitas diuinæ essentiæ absq; vlla compositione, nam Deus est materiæ, & formæ naturalis expers, & carens diuersarum partium compositione, in quo nullum accidens cum subiecto habet concedi; summè simplex igitur, quantum ad essentiam, Deus habet dici. Sed dubitabitis in hunc modum: Deus est bonus, est iustus, &c. Non igitur summè simplex. Ad hoc D. Aug. respondet dicendo: Deũ quidem esse simplicem, multipliciter tamen dici, non propter diuersitatem partium, vel accidentium,

sed solum ob nominum diuersitatem diuinam vnam in Deo naturam significantium: Deus igitur, quãtum ad suam essentiam, summam simplicitatem habet. Et hęc de tribus punctis satis.

VTRVM ESSE PROPRIE DEO CONVENIAT, ET VTRVM ESSE, ET ESSENTIA in Deo solo sint idem. Lectio XXXV.

IN *animum induxi meũ (Nobil. Audit.) dubitationẽ duas ex textu Magistri sent. nascentes expurgare, quarum vna ad Dei proprietatem attinet, altera verò ad essentiæ Dei identitatẽ. Quęritur ergo primò. Vtrum esse propriè Deo conueniat. Pro parte negatiua arguentes quidã dicunt: nos nihil nominare, nisi secundum quod concipimus, at conceptus, quem de Deo habemus, quia est, & talis maximè confusus est, & nõ ꝓprius: igitur huic conceptui, nomen correspondens videlicet esse, qui est, Dei proprium minimè erit. Preterea causa ęquiuoca cum effectu non communicat in ratione, quam effectui largitur, vt patet de Sole respectu caloris, ęquiuoca enim est causa, at Deus, esse creaturæ respectu cuius dicitur causa ęquiuoca, communicati esse igitur Dei non erit proprium, & ita male Magister sent. In contrarium se habet illud Exodi. iii. Qui est, misit me ad vos. Deinde soli Deo essentiæ nomen conuenit: igitur illud esse proprium erit. Pro determinatione huius dubitationis, quot modis proprium sumatur, erit videndum: duobus enim solet accipi modis: primò ꝓ vt diuiditur*

contra

contra commune, & cõtra translatum secundo; exemplum primi dùm dicitur, quòd homo ꝓpriè ridet: exemplum secundi, vt pratũ ridet, dùm enim floret, ridere videtur, sed translatiuè tantùm. Preterea hominis proprium est ratiocinari, at sentire nequaquam, sed commune, licet vtrunq; homini propriè possit conuenire, inquantum ꝓprium distinguitur contra translatum. Proposita ergo questio, si querat de proprio, pro vt contra translatum diuiditur, tunc esse maximè propriè Deo competet. At si sumatur proprium pro eo quod contra commune distinguitur, tunc esse Dei non videbitur proprium, sed benè aliquo modo appropriatum, quoniam soli Deo esse non conuenit, sed et̃ creaturis, licet Deo perfectiori, ac nobiliori modo; ex his argumentum primum patere potest, nam concludebat de proprio contra cõmune distincto, non de illo cõtra translatum. Ad argumentum secundum dicendum venit, qđ causa equiuoca nõ dicitur cum effectu communicare in ratione specifica, quã ei largitur, alioquin non esset equiuoca, sed vniuoca, est tamen necesse, quod communicet in rationibus communibus, & transcendentibus, quæ oĩa circumeunt, sicut esse bonum, & huiusmodi, sub quo sensu dat esse Deus creaturis, quo secundo modo, argumentum concludebat, nõ primo modo. Completo iam primo quesito, sequitur alterum de identitate diuinæ essentiæ cum Deo, dùm queritur. Vtrũ essentia, & esse sint idem in Deo realiter sicut Magister sent. in textu fateri videbatur. Mihi prima fronte videtur, quòd non, nam nihil est in se ipso, at essentia, vel natura Dei, quæ est ipsa deitas dicitur esse in Deo, non ergo videtur, quòd Deus sit idem, quod sua essentia, vel natura. Arguitur secundo. Affectus

solent assimilari suis causis, at in rebus creatis suppositũ nõ uidetur esse idem, quod sua natura, nam homo non est idem, quod sua humanitas: igitur neq; esse Dei, & eius essentia idem. In oppositum illud Io.xiiii. se habet, Ego sum via, ueritas, & vita; vt ergo se habet vita ad viuentem, ita deitas ad Deum: igitur Deus est ipsa deitas, secundũ D. Thomam prima parte summæ, quęstione tertia, articulo tertio. Pro determinatione igitur quęstionis scire debetis; aliud esse loqui de rebus compositis ex materia, & forma, & aliud de his, quæ sunt sine materia, & forma; nam in illis necesse est, qđ differant natura, vel essentia, & suppositum, quoniam vnum se habet vt materia, alterum uerò vt forma. At in his, quæ ex materia, & forma non sunt composita, quia ipsæ formæ per se indiuiduari dicuntur: hinc est, quòd ipsæ formæ sint supposita subsistentia, ideo in eis non differt suppositum, & natura: in Deo igitur esse, & sua essentia idem. Nunc ad argumenta dicendum: & primò ad primum, quòd minor sic intelligenda sit, esse videlicet, & essentiam siue naturam in Deo reperiri non per modum compositionis, sed per modum summe simplicitatis, & licet vita esse essentia, & natura in Deo diuersitatẽ aliquã ponere uideantur, totum hoc erit in nostri intellectus acceptione, & nõ ad aliquã rei diuersitatẽ. Ad secundũ argumentũ dici põt ad maiorẽ, effectus videlicet suis debere assimilari causis in eo, qđ possunt, & cũ creaturæ Deũ ipsum imitentur nõ perfectè, sed in eo, qđ possunt, qđ ad defectũ imitationis pertinet hinc qđ est vnũ, & simplex, nisi ꝑ multa repręsentari põt, & sic in eis accedit cõpositio ex qua prouenit, qđ in eis nõ sit idem suppositũ, qđ natura. Et hęc de propositis satis sint dicta.

VTRVM

VTRVM DEVS SIT OMNINO SIMPLEX, ET SOLVS IMMVTABILIS.

Lectio XXXVI.

Mihi quidem videtur continuata disputationis series non esse interrumpenda, sed deinceps quęcunq; inciderint perpendenda; duo itaq; hodierna die prędeclaratis interserere inutile minimè erit dubia: quorum primum de Dei simplicitate, alterum verò de eiusdem immutabilitate. Quęritur ergo primò, Vtrum Deus sit oĩno simplex. Insuper, Vtrum solus immutabilis. Circa primum extant rationes ex materia, & forma in Deo compositionem detegentes: quarum prima sic se habet, omne quod habet animam compositum est, sed Deus sic se habet: igitur, &c. Minor per Apostolum heb. xi. probatur ita dicentem: Iustus ex fide viuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Deus igitur ex materia, & forma videtur esse compositus. Deinde, vt legere est apud Arist. pluribus in locis, ira, gaudium, tristitia, & alia huiusmodi sunt passiones coniuncti, at Deo talia in sacra scriptura attribuuntur: igitur Deus cõpositus. Pręterea indiuiduum ex duplici natura dicitur esse conflatum, at Deus dicitur indiuiduum: ergo, &c. Quartò sic: Illud quod est melius, Deo ascribi debet, sed apud nos composita meliora simplicibus dicuntur: igitur Deo compositio vt quid melius ascribenda. Quinto sic instatur: Vbi pluralitas, ibi compositio, at in Deo relationum realium datur pluralitas: igitur Deus compositus. Demum sic arguitur: Ea, quæ sunt à Deo, imitari habent ipsum, nam à primo ente sunt oĩa entia,

& à primo bono sunt oĩa bona, sed in rebus, quæ à Deo sunt, nihil est oĩno simplex: ergo nec Deus oĩno simplex. In oppositũ se habet primò Magister sent. in textu, & D. Aug. deinde lib. sexto de trinitate dicens, qđ Deus verè, & summè simplex est; Preterea supponendum hoc vnum venit, quod Deus in se minimè sit compositus, nec alteri componibilis, nec aliud sibi. Nunc ad argumenta respondendum, & primò ad primum de anima, quæ duobus habet considerari modis: vno modo pro parte compositi: alio modo pro similitudine actus: si primo modo capiatur, argumentum nihil cõcludit in proposito: si secundo modo, ita ut anima Deo attribuatur per similitudinem actus, tunc poterit admitti; & in hunc modum per animam debemus Dei voluntatem intelligere. Ad secundum respondetur, quòd ira, & gaudium, &c. in nobis passiones sunt, at in Deo nequaquam, & licet Deo attribuantur, hoc non fit defectiuè, sed effectiuè solum, siue metaphoricè. Ad tertium de indiuiduo, dici potest duplex esse indiuiduum, vnum formale, alterum materiale: primo modo Deus dicitur indiuiduum, at secundo modo minimè, & ita nullum est argumentum. Ad quartum dici põt apud nos composita esse meliora simplicibus, quatenus perfectio bonitatis creaturæ non inuenitur in vno simplici, nec põt inueniri, sed in multis sic. Perfectio verò diuinæ bonitatis, benè in vno simplici inuenitur, propterea simpliciter loquendo composita meliora dici nequeunt: quare, nec ipsi Deo attribuenda. Ad quintum de pluralitate relationum realium põt dici, quòd duplex detur pluralitas relationum realium, vna suppositorum, quæ in eodem compositionẽ facit, altera est pluralitas relationũ inter se, vel cũ absoluto,

quæ

quæ in Deo ponitur sine vlla tamen sui compositione, at illa suppositorum benè compositionē dicit, sed talis in Deo non ponitur. Ad vltimum conceditur, quòd ea, quæ sunt à Deo debeant ipsum imitari, vt causata primam causam, non ob id sequitur, q̄d debeat dici Deus compositus, compositione partium quantitatiuarum, vel alio modo, quia non est corpus, sed summè simplex. Enodato dubio primo, queritur secundò, Num Deus sit solus immutabilis. Mihi certè rationibus quibusdam videtur, q̄d non, nam mouet se: igitur mutabilis. Antecedens patet per Aug. iiii. super Genesim ad literam ita dicētem: Spiritus creator mouet se nec per locum, nec per tempus aliquo ergo modo: Deus mutabilis. Insuper arguitur authoritate Sapien. vi. vbi dicitur de sapientia, q̄d est mobilior oībus mobilibus, sed ipse Deus est sapientia: igitur mobilis, & ex consequenti non est solus immutabilis. Tandem sic arguitur, Appropinquari, & elongari motum significant, at talia in sacra pagina de Deo dicuntur, vt habetur Ia. iiii. appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: Deus igitur mutabilis. In oppositū se habet illud Malachiæ prophetæ tertio, Ego Deus, & non mutor: rectè ergo sensit Magister sent. in textu dicendo: Deum solum immutabilem esse. Nunc ad argumenta dicamus: & primò ad primum, q̄d D. Aug. loquutus sit secundum Platonis modum, qui volebat primum mouens mouere se ipsum nominando omnem operationem motum, penes quod intelligere velle, & amare quidam motus dicuntur: & quia Deus intelligit vult, & se ipsum amat: propterea dixerunt Platonici Deum se ipsum mouere, licet non eo modo, quo sumitur motus, & mutatio existentis in potentia. Ad secundum,

quòd

quòd mobilis vt ſapientia dici poteſt: hoc eſſe verum ſimilitudinariè, & actiuè, ſed paſſiuè nequaquam Ad tertium reſpondetur, quòd appropinquari, & elongari de Deo in ſcripturis dicuntur metaphoricè, videlicet inquantum percipimus ipſius bonitatis influentiam, vel ab eo deficimus. Deus ergo ſummè ſimplex, & ſolus immutabilis, vt Magiſter ſent. dicebat. Et hęc ſatis.

DE DISTINCTIONE TRIVM PERSONARVM.
Diſtinctio IX.
Lectio XXXVII.

HActenus *ad aures Magiſtri ſent. de natura communicata per generationem verba fecimus: Nunc in diſtinctione nona loquemur de genitoris, & geniti coeternitate, tria facientes; nam primò Patris, & filij coeternitatẽ oſtendemus: Inſuper ꝓpoſitionem ponemus: Tertiò incidentis quęſtionis ambiguitatem diſſoluemus. Circa primum hoc lemma ponitur. Dei filius ab ęterno à Patre genitus, Patri ſimpliciter coeternus. At ſine ratione loqui ne videamur, propterea ſic dicemus, id coeternum eſſe Deo, ſine quo Deus nunquam fuit, nec eſſe potuit, at hic eſt filius genitus à Patre: igitur ipſi Patri coeternus. Nec illud obſtat, quòd filius ſit alius à Patre in perſonalitate, & ab illo diſtinctus perſonaliter, nam non ante fuit Pater, quàm filius, cum perſonæ diuinæ ſint ſibi inuicẽ coeternæ, & in natura idem. Huic veritati videtur aduerſari ille maledictus Arrius dicendo ſic. Si filius eſſet natus principium haberet, nõ itaq; Patri coeternus. Ad*

hunc

hunc errorem excludendum, velim ita vos dicere cum Aug. q̃d filius si Patri non esset coeternus, Pater aliquando fuisset sine sapientia, eo quia filius est sapientia Patris: Vel Pater fuisset aliquando sine filio, deinde filium habuisset, q̃ stare nequeunt. Patri ergo filius coeternus. Verum q̃a Arrius arguebat dicẽdo: Si filius esset natus, principium haberet, & ita non posset Patri esse coeternus: quoniam ęquiuocatio est causa erroris, iccirco arbitror esse distinguendũ de duplici principio, scilicet durationis, & originis. Verbum, siue filius in diuinis, hoc secundo modo dicitur habere principium, sed non primò: quare ruit error; Et hęc de primo puncto. In altero ex dictis potest apponi talis propositio. Filij ęterna generatio est ineffabilis, quia omnem superat sensum, non solum humanum, verum ẽt Angelicum, quis etenim intellectus percipere poterit Patrem in diuinis, filio non esse Priorem? certè nullus: ineffabilis igitur verbis generatio quamuis quidã male opinentur ipsum posse per intellectum creatũ comprehendi, iuxta illud Isaiæ. 53. Generationẽ eius quis enarrabit? hic ne laboremus in ęquiuo: scire debetis: Christi triplicem generationem, siue natiuitatem dari: videlicet, diuinam, humanam, & gratuitam. Prima est ex Patre, Secũda ex matre, Tertia fit in mente. De Patre nascitur ęternaliter, de matre temporaliter, in mente spiritualiter; & istæ tres natiuitates summuntur secundum tres naturas, quæ sunt in Christo: scilicet deitas, caro, & spiritus. Nã ex Patre nascitur Deus, ex matre caro, in mente verò nascitur spiritus, scilicet per gratiam; ex Patre nascitur semper, ex matre nascitur semel, & in mente sępe. Secundum natiuitatem diuinam, filius habet Patrem

sine

sine matre, secundum humanam habet matrem sine Patre, secundum gratuitã habet Patrem, & matrem: iuxta illud Mat. 12. Qui fecerit voluntatem Patris mei, &c. Filius ergo loquendo de generatione primo modo sumpta Patri coeternus. Nec sic ab humano intellectu comprehendendus. Et hęc de punctis duobus. In tertiò dissoluenda venit ambiguitas occurrentis quęstionis: quęritur enim, Vtrũ in diuinis filius congruentius, ac rectius exprimi habeat per semper nasci, vel natum esse. Mihi sanè videtur, quòd melius filius dicatur semper natus, quàm nasci: & ratio est, quia semper natum esse dicit perfectionem sine imperfectione: igitur potius erit affirmandum ipsum semper esse natum, quàm nasci, quoniam hoc secundo modo si loqueremur, imperfectio à verbi generatione non excluderetur. Ad hanc ergo dimittendam debet fieri expressio generationis filij ꝑ verbũ pręteriti tẽporis perfecti, cuiusmodi est ly natus, qđ denominat actũ generationis trãsisse, & eius terminũ actualiter in cõpleto esse, & stare. At explicatio generationis per verbũ tẽporis pręsentis, cuiusmodi ly nascitur, dessignat, ac denominat generationis actum adhuc fieri, qđ de se minimè imperfectionẽ excludit: primo igitur modo, nõ secundo, ad filij generationẽ exprimendã loquẽdũ erit. Et hęc de tota distinctione satis.

VTRVM IN DIVINIS PATER ALIVS A FILIO DICI POSSIT.

Lectio XXXVIII.

AD maiorẽ prędeclaratę distinctionis euidentiam tria nobis impręsentiarum excitanda erunt quęsita: quorũ primum.

Vtrum

Vtrum in diuinis Pater dici possit alius à filio. Deinde, Vtrum Pater filio sit prior. Tertiò Vtrum Pater, & filius sint plures ęterni. Circa primum negatiuè procedentes dicemus: Patrem non esse alium à filio, ibi enim alius relatiuum diuersitatis substantiæ dicitur, sed à Patre filius non est in substantia diuersus: igitur nec alius à Patre, & vice versa. Huic rationi primæ aduersari videtur sententia Athanasij in Symbolo suo dicētis; Alia est persona Patris, alia filij, &c. Pro determinatione igitur huius primæ difficultatis sciendum est, in diuinis nominibus talibus esse vtendū, quibus nec personarum pluralitas tollatur, nec essentiæ pluralitas plurificetur: quare hoc nomine alius non vtemur, nisi cum substantiuorum additione, quibus hoc nomen competat, V. g. dùm dicitur: Pater est alia persona, vel alius in ꝑsona à filio. Preterea notandum venit, hoc nomen alius distinctionem in diuinis, quo ad personalia, importare, sed non, quo ad essentiam. Nunc respondeo ad primum argumentum, & dico, ly alius relatiuum quidem esse substantiæ, sumendo tamen substantiam non pro essentia, sed pro supposito, & ita pro vtroque poterit reddere locutionem veram, vel falsam, secundum tamen naturam eius, cui addetur, V. g. Si dicatur, quòd Pater est alia persona, vel aliud suppositum, tunc vera erit locutio, at si dicatur: Pater est alius Deus à filio, scilicet essentialiter, locutio non erit vera, nec admittenda, quia sic dicit essentiæ diuersitatem, q̄d non debet in diuinis admitti. Nos igitur primo modo, cum Athanasio loquamur, ne erremus. Et hęc de primo dubio. Huic succedit alterum, dùm quęritur. Vtrum Pater prior dici possit filio. Athanasij primo testimonio, vt habetur in

suo

dubitare posse video ex dicto Ioan. primæ canonicæ suæ dicentis: Deus charitas est: si ergo Spiritus sanctus est amor, siue dilectio, & charitas, cur tunc apertè Ioan. non dixit: Spiritus sanctus est charitas, sed dixit, Deus est charitas, relinquens nobis sub dubio, an ibi de tota intendat trinitate loqui, aut de aliqua persona in speciali? ad hanc difficultatem dicimus, amorem, & charitatem toti quidem, vt supra tetigimus, conuenire trinitati, aliquando tamen personæ Spiritus sancti appropriari: nam & sapientia quoq; communis est tribus, sed tamen in specie filio appropriatur, & ita instantia ruit, vt est videre in hac prima parte præsentis distinctionis. Post quam altera subsequitur hac propositione contenta. Charitas, siue amor personalis nulli alteri propriè conuenit, quàm solius Spiritus sancti personalitati. Et ratio assignatur, quia solus Spiritus sanctus per modum dilectionis procedit: igitur charitas, siue amor personalis soli Spiritui sancto conuenit. Sed hic dicetis: Ioan. in sua canonica, vbi supra, docet, dilectionem ex Deo esse, cum itaque tàm filius, quàm Spiritus sanctus, sint ex Deo, hinc dubitatur, quis illorum debeat dici dilectio, licet filius per modum naturæ procedat, & Spiritus sanctus per modum voluntatis. Cui difficultati perbellè satisfit à Ioan. in eadem canonica, vbi postquã dixit, dilectio, quæ nos facit in Deo manere, in Deo est, subiungit. In hoc cognoscimus, quòd in Deo manemus, & ipse in nobis, quia de Spiritu sancto dedit nobis; sanctus itaq; Spiritus, de quo dedit nobis, in Deo nos manere facit: Spiritus ergo sanctus dilectionem hanc, quæ est in nobis, ex Deo facit. Et hęc de duabus partibus. Postrema, & vltima tandem enodanda venit, vbi Magister sent.

edocere

edocere intendit, quod iure merito Spiritus sanctus ratione communis principij originalis sit hoc nomine Spiritus sanctus nominatus, non obstante, quod tale nomen tribus commune sit personis diuinis. Num verò res ita se se habeat, audite: illud enim, quòd communiter, nec non ęqualiter originatur à duabus, conuenienter habet nominari nomine ambobus conueniente, at Spiritus sanctus communem habet à Patre, & filio originem, iure igitur merito eis communem habet denominationem: minor quia quibusdam videri posset ambigua, ideo hanc probat Magister authoritate D. Aug. vt patet in textu, quem vos videre adhortor. Et hęc satis.

VTRVM NOMEN SPIRITVS SANCTI SIT PROPRIVM TERTIAE PERSONAE. Lectio XXXX.

NE sicco pede ea videar uelle pertransire, quæ nobis non leuem vtilitatem ualent afferre, duo in pręsenti examinabo, quorum primũ erit. Vtrum hoc nomen Spiritus sanctus debeat dici in diuinis proprium nomen tertiæ personæ. Insuper, Vtrum tres tantùm in diuinis sint concedendæ personæ. Circa primum sic proceditur, & probatur, quòd non, nam vt benè norunt Docti, spiritus contra corpus solet diuidi, at nulla persona diuina est corpus: igitur quęlibet erit spiritus, quo itaque modo in diuinis hoc nomen Spiritus sanctus propriè tertiæ personæ conuenire dicetur? Ex alio latere illud Io. v. in oppositum se habet: Tres sunt, qui testimonium dant in cęlo, Pater, verbum, &

Spiritus ſanctus: at Pater primæ perſonæ proprium nomen eſt, & verbum ſecundæ, & tertiæ Spiritus ſanctus: quare, &c. Pro huius difficultatis itaq; ſolutione notandũ erit ſecundũ Seraphicũ Doctorem, q̃d Spiritus de tribus dicitur, de corporibus, de creaturis intellectualibus, & de Deo. Si in corporibus conſideretur, atq; dicatur, adhuc hoc erit duobus modis, aut à ſpiritualitate contra corpulentiam, quo modo ſubtile corpus, puta aereum dicetur ſpiritus, vel à ſpirando, qua via flatus uocatur ſpiritus, iuxta illud Chriſti: Spiritus vbi vult ſpirat; in creaturis ſimiliter intellectualibus dupliciter ſumitur, vel à ſpiritualitate cõtra corporeitatẽ, quo modo forma intellectualis, ſiue eius potẽtia interior dicitur ſpiritus: vel à ſpirando, & ſic amor, vel affectio dicitur. Præterea ſolet dici ſpiritus, aut à ſpiritualitate contra materialitatem, quo modo tribus diuinis conuenit perſonis, aut à ſpiratione, vel actiua, vel paſſiua: ſi primo modo, duabus aſcribitur perſonis diuinis, videlicet Patri, & filio: ſi ſecundo modo, tertiæ tantùm conuenit perſonæ, quæ dicitur Spiritus ſanctus, q̃ primò ſpiritus, vt paulò ſuperius diximus, deinde ſanctus ex modo ſuæ productionis: nam eſt productus per modũ voluntatis, q̃ ſancta eſt, ideo, &c. ſanctus inſuper dicitur ad ſemouendam oẽm imperfectionem ab ipſo. His ita poſitis dici poteſt ad argumentum primum, quod procedat de ſpiritu à ſpiritualitate dicto, nõ aũt à ſpiratione paſſiua, quo modo in textu loquebatur Magiſter ſent. Alterum in oppoſitum ex iam dictis videtur notum eſſe argumentum, nam concludebat verum. Iam de duobus dubijs à me propoſitis explanato vno, ſupereſt, vt ad alterum accedam, & quid tenendum ſit, videam. Solet ergo ex

prætactis

pretactis obiter queri. Vtrum in diuinis queant esse plures personæ, quàm tres: mihi sanè primo aspectu videtur esse dicendum, qđ sic, nam potentia Patris per filij generationem non minui dicitur, si sic, ergo eo genito, poterit adhuc secundũ, & tertium gignere: quare plures in diuinis erunt personæ, quã tres. Deinde hoc idem confirmari posse videtur Boetij authoritate dicentis, qđ relatio multiplicat trinitatem, at in diuinis sunt quatuor relationes: igitur quatuor personæ, & ita plures, quàm tres. In oppositum se habet illud Io. vltimo. Tres sunt, qui testimonium dant in cęlo, Pater, verbũ, & Spiritus sanctus: igitur tres tantùm erunt diuinæ personæ: vna, quæ à nullo est, vt Pater: altera, quæ à Patre per modum naturæ precedit, vt verbum secunda persona, tertia, quæ à duobus, vt puta à Patre, & filio per modũ voluntatis, vt Spiritus sanctus. Ad argumenta nunc respondendum, & primò ad primũ sic, qđ benè Patris potentia per filij generationem non minuitur, sed semper est eodẽ modo se habens in filij generatione, propterea alium non potest producere filium, sed semper eundem, vnius enim agentis ex sua propria virtute, & semper eodem modo se habentis in se, & in sua actione, impossibile est esse, nisi vnũ productum, vt in proposito. Ad authoritatẽ verò Boetij pōt dici, qđ nō oīs relatio personas cōstituit, sed illæ tantũ, quæ sunt ponendæ ad excludendã innascibilitatẽ, quæ vni personæ conuenit: quare erunt tres solum relationes cōstitutiuæ trium personarũ. V. g. vt Paternitas, filiatio, & passiua spiratio; ad formã verò argumenti, dùm dicebatur, qđ relatio multiplicat trinitatem, respondetur, hoc esse verum, loquendo de relatione propria, non de communi. Et hęc pro presenti.

QVOD SPIRITVS SANCTVS PROCEDIT A PATRE, ET FILIO.

Distinctio XI.

Lectio XXXXI.

ARbitror hucusq; de modo, quo Spiritus sanctus procedit, actum fuisse: in presentiarum verò de principio, à quo Spiritus sanctus pcedit, agendum: vbi tria occurrunt: primum latinorum sententiam respicit. Alterum discrimen inter Latinos, & Grecos circa principium, à quo Spiritus sanctus pcedit. Tertium, & vltimum conuenientiam Latinorũ, & Grecorũ. Quantũ ad primum, secundũ rei veritatẽ est tenendum: Patrem, & Filium Spiritum sanctũ pduxisse, Nam dicit, atq; his verbis fatetur hanc veritatẽ sacra scriptura, Misit Deus Spiritum filij in corda uestra: rursus: Qui aũt spiritum Christi non habet, hic non est eius. Insuper Euangelium Ioan. dicit, Paracletus autem Spiritus sanctus, quem ego mittam uobis à Patre; preterea, quod ẽt à Patre Spiritus sanctus procedat, p illud Christi in Euangelio habet probari, Nõ enim estis uos, q loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in uobis: & alibi dicit, Quem mittet Pater in nomine meo. Deinde, Qui à Patre procedit; Et hec pro prima parte. In secunda in ordine ponitur Grecorum opinio, q falso motiuo inducti Spiritum sanctum à filio pcedere negauerunt, Nam isti dicebant illud Ioan. xvi. pro se extare dicentis; Qui à Patre procedit. Hoc idem in missa in Symbolo fidei cantari dicunt, vbi pertractatur de processione Spiritus sancti, & tamen ibi nulla fit

mentio de ipso filio: ergo, inquiunt greci, Spiritus sanctus nõ procedit à filio. Insuper opinantur isti, & malè dicentes, quicquid ibi habetur de filio à latinis appositum fuisse, & ex consequenti ꝑpter hoc nos dicunt anathematizatos, quam opinionem corroborare videntur per illud Leonis Papæ iij. dicentis: Secundũ Conciliorum traditionem apud eos celebratorum oẽs aliud dicentes de sanctiss. Trinitate, quàm in eorum Concilijs fuerit determinatum, anathematizatos esse: at nos huic caullationi, erroneæq; opinioni satisfacere volentes, dicimus: nihil à nobis illi contrariũ proferri, sed benè Sanctorum doctrina sanè explicari. Nam & si dicat Christus in Euangelio, Spiritum sanctum à Patre procedere, non ob id negatur, quin etiam procedat à Filio, sed moris sui fuit semper ad Patrem referre quicquid habuit; propterea, quia non dixit, Spiritũ sanctum à solo Patre procedere, non negauit etiam à se procedere: ex quibus veritas patet in hac secũda parte: post quam subsequitur tertia, vbi hẽtur conuenientia Grecorum cum Latinis: ex quo .n. fatẽtur, Spiritum sanctum esse spiritum Filij: hinc est, ꝙ nõ sensu, sed verbis tantùm à nobis differant; nam, si Magistro fidem adhibemus, vti debemus, aptè in textu ipsius videbimus: Athanasium, Dydimum, Cyrillum, & Io. Chrisostomum, qui fuerunt Doctores eorum, sensisse, Spiritum sanctum à Patre procedere, & Filio: verum igitur est dicere, Spiritum sanctum, & à Patre, & à Filio procedere. Et hęc de tota distinctione.

& à primo bono sunt oĩa bona, sed in rebus, quæ à Deo sunt, nihil est oĩno simplex: ergo nec Deus oĩno simplex. In oppositũ se habet primò Magister sent. in textu, & D. Aug. deinde lib. sexto de trinitate dicens, qđ Deus verè, & summè simplex est; Prçterea supponendum hoc vnum venit, quod Deus in se minimè sit compositus, nec alteri componibilis, nec aliud sibi. Nunc ad argumenta respondendum, & primò ad primum de anima, quæ duobus habet considerari modis: vno modo pro parte compositi: alio modo pro similitudine actus: si primo modo capiatur, argumentum nihil cõcludit in proposito: si secundo modo, ita ut anima Deo attribuatur per similitudinem actus, tunc poterit admitti; & in hunc modum per animam debemus Dei voluntatem intelligere. Ad secundum respondetur, quòd ira, & gaudium, &c. in nobis passiones sunt, at in Deo nequaquam, & licet Deo attribuantur, hoc non fit defectiuè, sed effectiuè solum, siue metaphoricè. Ad tertium de indiuiduo, dici potest duplex esse indiuiduum, vnum formale, alterum materiale: primo modo Deus dicitur indiuiduum, at secundo modo minimè, & ita nullum est argumentum. Ad quartum dici põt apud nos composita esse meliora simplicibus, quatenus perfectio bonitatis creaturæ non inuenitur in vno simplici, nec põt inueniri, sed in multis sic. Perfectio verò diuinæ bonitatis, benè in vno simplici inuenitur, propterea simpliciter loquendo composita meliora dici nequeunt: quare, nec ipsi Deo attribuenda. Ad quintum de pluralitate relationum realium põt dici, quòd duplex detur pluralitas relationum realium, vna suppositorum, quæ in eodem compositionẽ facit, altera est pluralitas relationũ inter se, vel cũ absoluto,

quæ

quæ in Deo ponitur sine vlla tamen sui compositione, at illa suppositorum benè compositionē dicit, sed talis in Deo non ponitur. Ad vltimum conceditur, quòd ea, quæ sunt à Deo debeant ipsum imitari, vt causata primam causam, non ob id sequitur, q̄d debeat dici Deus compositus, compositione partium quantitatiuarum, vel alio modo, quia non est corpus, sed summè simplex. Enodato dubio primo, quæritur secundò, Num Deus sit solus immutabilis. Mihi certè rationibus quibusdam videtur, q̄d non, nam mouet se: igitur mutabilis. Antecedens patet per Aug. iiii. super Genesim ad literam ita dicētem: Spiritus creator mouet se nec per locum, nec per tempus aliquo ergo modo: Deus mutabilis. Insuper arguitur authoritate Sapien. vi. vbi dicitur de sapientia, q̄d est mobilior oībus mobilibus, sed ipse Deus est sapientia: igitur mobilis, & ex consequenti non est solus immutabilis. Tandem sic arguitur, Appropinquari, & elongari motum significant, at talia in sacra pagina de Deo dicuntur, vt habetur Ia. iiii. appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: Deus igitur mutabilis. In oppositū se habet illud Malachiæ prophetæ tertio, Ego Deus, & non mutor: rectè ergo sensit Magister sent. in textu dicendo: Deum solum immutabilem esse. Nunc ad argumenta dicamus: & primò ad primum, q̄d D. Aug. loquutus sit secundum Platonis modum, qui volebat primum mouens mouere se ipsum nominando omnem operationem motum, penes quod intelligere velle, & amare quidam motus dicuntur: & quia Deus intelligit vult, & se ipsum amat: propterea dixerunt Platonici Deum se ipsum mouere, licet non eo modo, quo sumitur motus, & mutatio existentis in potentia. Ad secundum,

quòd

quòd mobilis vt sapientia dici potest: hoc esse verum similitudinariè, & actiuè, sed passiuè nequaquam Ad tertium respondetur, quòd appropinquari, & elongari de Deo in scripturis dicuntur metaphoricè, videlicet inquantum percipimus ipsius bonitatis influentiam, vel ab eo deficimus. Deus ergo summè simplex, & solus immutabilis, vt Magister sent. dicebat. Et hęc satis.

DE DISTINCTIONE TRIVM PERSONARVM.
Distinctio IX.
Lectio XXXVII.

HActenus ad aures Magistri sent. de natura communicata per generationem verba fecimus: Nunc in distinctione nona loquemur de genitoris, & geniti coeternitate, tria facientes; nam primò Patris, & filij coeternitatē ostendemus: Insuper ꝓpositionem ponemus: Tertiò incidentis quęstionis ambiguitatem dissoluemuş. Circa primum hoc lemma ponitur. Dei filius ab ęterno à Patre genitus, Patri simpliciter coeternus. At sine ratione loqui ne videamur, propterea sic dicemus, id coeternum esse Deo, sine quo Deus nunquam fuit, nec esse potuit, at hic est filius genitus à Patre: igitur ipsi Patri coeternus. Nec illud obstat, quòd filius sit alius à Patre in personalitate, & ab illo distinctus personaliter, nam non ante fuit Pater, quàm filius, cum personæ diuinæ sint sibi inuicē coeternæ, & in natura idem. Huic veritati videtur aduersari ille maledictus Arrius dicendo sic. Si filius esset natus principium haberet, nō itaq; Patri coeternus. Ad hunc

hunc errorem excludendum, velim ita vos dicere cum Aug. q̃d filius si Patri non esset coeternus, Pater aliquando fuisset sine sapientia, eo quia filius est sapientia Patris: Vel Pater fuisset aliquando sine filio, deinde filium habuisset, q̃ stare nequeunt. Patri ergo filius coeternus. Verum q̃a Arrius arguebat dicẽdo: Si filius esset natus, principium haberet, & ita non posset Patri esse coeternus: quoniam ęquiuocatio est causa erroris, iccirco arbitror esse distinguendũ de duplici principio, scilicet durationis, & originis. Verbum, siue filius in diuinis, hoc secundo modo dicitur habere principium, sed non primò: quare ruit error; Et hęc de primo puncto. In altero ex dictis potest apponi talis propositio. Filij ęterna generatio est ineffabilis, quia omnem superat sensum, non solum humanum, verum ẽt Angelicum, quis et enim intellectus percipere poterit Patrem in diuinis, filio non esse Priorem? certè nullus: ineffabilis igitur verbis generatio quamuis quidã male opinentur ipsum posse per intellectum creatũ comprehendi, iuxta illud Isaiæ. 53. Generationẽ eius quis enarrabit? hic ne laboremus in ęquiuo: scire debetis: Christi triplicem generationem, siue natiuitatem dari: videlicet, diuinam, humanam, & gratuitam. Prima est ex Patre, Secũda ex matre, Tertia fit in mente. De Patre nascitur ęternaliter, de matre temporaliter, in mente spiritualiter; & istæ tres natiuitates summuntur secundum tres naturas, quæ sunt in Christo: scilicet deitas, caro, & spiritus. Nã ex Patre nascitur Deus, ex matre caro, in mente verò nascitur spiritus, scilicet per gratiam; ex Patre nascitur semper, ex matre nascitur semel, & in mente sępe. Secundum natiuitatem diuinam, filius habet Patrem

sine matre, secundum humanam habet matrem sine Patre, secundum gratuitā habet Patrem, & matrem: iuxta illud Mat. 12. Qui fecerit voluntatem Patris mei, &c. Filius ergo loquendo de generatione primo modo sumpta Patri coeternus. Nec sic ab humano intellectu comprehendendus. Et hęc de punctis duobus. In tertiò dissoluenda venit ambiguitas occurrentis quęstionis: quęritur enim, Vtrū in diuinis filius congruentius, ac rectius exprimi habeat per semper nasci, vel natum esse. Mihi sanè videtur, quòd melius filius dicatur semper natus, quàm nasci: & ratio est, quia semper natum esse dicit perfectionem sine imperfectione: igitur potius erit affirmandum ipsum semper esse natum, quàm nasci, quoniam hoc secundo modo si loqueremur, imperfectio à verbi generatione non excluderetur. Ad hanc ergo dimittendam debet fieri expressio generationis filij p verbū preteriti tēporis perfecti, cuiusmodi est ly natus, qđ denominat actū generationis trāsisse, & eius terminū actualiter in cōpleto esse, & stare. At explicatio generationis per verbū tēporis presentis, cuiusmodi ly nascitur, dessignat, ac denominat generationis actum adhuc fieri, qđ de se minimè imperfectionē excludit: primo igitur modo, nō secundo, ad filij generationē exprimendā loquēdū erit. Et hęc de tota distinctione satis.

VTRVM IN DIVINIS PATER ALIVS A FILIO DICI POSSIT.

Lectio XXXVIII.

AD maiorē predeclaratæ distinctionis euidentiam tria nobis imprēsentiarum excitanda erunt quęsita: quorū primum.

Vtrum

Vtrum in diuinis Pater dici possit alius à filio. Deinde, Vtrum Pater filio sit prior. Tertiò Vtrum Pater, & filius sint plures ęterni. Circa primum negatiuè procedentes dicemus: Patrem non esse alium à filio, ibi enim alius relatiuum diuersitatis substantiæ dicitur, sed à Patre filius non est in substantia diuersus: igitur nec alius à Patre, & vice versa. Huic rationi primæ aduersari videtur sententia Athanasij in Symbolo suo dicētis; Alia est persona Patris, alia filij, &c. Pro determinatione igitur huius primæ difficultatis sciendum est, in diuinis nominibus talibus esse vtendũ, quibus nec personarum pluralitas tollatur, nec essentiæ pluralitas plurificetur: quare hoc nomine alius non vtemur, nisi cum substantiuorum additione, quibus hoc nomen competat, V.g. dùm dicitur: Pater est alia persona, vel alius in ꝑsona à filio. Pręterea notandum venit, hoc nomen alius distinctionem in diuinis, quo ad personalia, importare, sed non, quo ad essentiam. Nunc respondeo ad primum argumentum, & dico, ly alius relatiuum quidem esse substantiæ, sumendo tamen substantiam non pro essentia, sed pro supposito, & ita pro vtroque poterit reddere locutionem veram, vel falsam, secundum tamen naturam eius, cui addetur, V.g. Si dicatur, quòd Pater est alia persona, vel aliud suppositum, tunc vera erit locutio, at si dicatur: Pater est alius Deus à filio, scilicet essentialiter, locutio non erit vera, nec admittenda, quia sic dicit essentiæ diuersitatem, qđ non debet in diuinis admitti. Nos igitur primo modo, cum Athanasio loquamur, ne erremus. Et hęc de primo dubio. Huic succedit alterum, dùm quęritur. Vtrum Pater prior dici possit filio. Athanasij primo testimonio, vt habetur in

suo

suo Symbolo, videtur esse tenendum, quòd non, nam dicit ipse, qđ In hac trinitate nihil est prius, aut posterius: non ergo Pater erit filio prior, siue secundum intellectum, siue secundum rem. Ex alio latere in diuinis cum filius habeat principium à quo, quoniam est genitus à Patre, videtur posse dici, quod Pater sit filio prior. Pro responsione igitur debetis scire, duplicem dari prioritatem, originis videlicet, & ęternitatis: Nunc ad Athanasium dicimus, in diuinis nihil esse prius, aut posterius loquendo de prioritate ęternitatis. nã ęternus Pater, ęternus Filius, ęternus Spiritus sanctus. De altera verò originis nullus sanæ mentis oppositum teneret, & hęc de duabus difficultatibus, quibus tertia additur, dùm inquiritur. Vtrum Pater, & filius sint plures ęterni. Mihi videtur, quòd non, & ratio assignatur, quia sicuti trium personarum vna est deitas, ita vna ęternitas, non igitur plures ęterni. Insuper vt Pater, & filius non sunt plures Dij, ita nec plures ęterni. In oppositum videtur se habere in suo Symbolo Athanasius, dùm dicit, quod Tres personæ sibi sunt coeternæ, & coequales, Vir enim iste in numero plurali loquutus: hinc visum est quibusdã, qđ sint tres ęterni. Pro veritate ipsa cognoscenda duo nobis cõsiderãda erunt, & primò dictũ Athanasij dicẽtis, Aeternus Pater, ęternus Filius, ęternus Spiritus sanctus, nõ tamen tres ęterni, sed vnus ęternus. Insuper, cur Athanasius in suo Symbolo sit loquutus in numero plurali dicẽdo, qđ Tres ꝑsonæ sint sibi coeternæ, & coequales; dicamus ergo Athanasiũ adiectiuè loquutũ esse, nõ substantiuè; licet ergo talia adiectiua in plurali numero ꝓdicẽtur, nõ tamen importata ꝑ ea substantialiter plurificantur. Et hęc de tribus quęsitis satis.

HIC

HIC DE SPIRITV SANCTO AGITVR, ETC.

Distinctio X.

Lectio XXXIX.

EXplanata distinctione nona huius lib. primi accedit decima exponenda, vbi Magister sent. in hunc modum procedit, nam primò dicenda dictis continuat, deinde, quæ tractanda, pponit. Ex quo ergo de Filij ęterna generatione à Patre verba fecit, incipit nunc agere de Spiritus sancti processione ab vtroque, videlicet à Patre, & filio, tria nobis proponendo. Primò Spiritum sanctum amorem esse Patris, & filij, per modumq; voluntatis procedere. Insuper amorē conuenienter personæ Spiritus sancti appropriari. Tertiò Spiritum sanctum nomine communi nominari, tàm Patri, quàm filio conuenienti. His ita pręmissis, exponenda prima pars erit, pro cuius euidentia ita dicendum, qđ claritas, siue essentialis amor Spiritui sancto appropriatus, toti trinitati sit communis. An hoc verum, quęso audite: vt enim se habet sapientia ad totam trinitatem, & ad filium, ita se habebit amor ad totā trinitatem, & ad Spiritum sanctum, at sapientia essentialiter dicta toti trinitati conuenit, & tamen filio appropriatur: igitur charitas, siue amor licet communis sit toti trinitati, tamen Spiritui sancto appropriari poterit, Nam Spiritus sanctus amor, vel dilectio Patris, & filij dicitur, vt doctè manifestat D. Aug. xv. de Trin. dicens, quòd Spiritus sanctus, nec Patris est solius, nec est filij solius, sed amborum: propterea communem, quo inuicem se diligunt Pater, & filius, nobis insinuat charitatem. At vos hic

dubitare

dubitare posse video ex dicto Ioan. primæ canonicæ suæ dicentis: Deus charitas est: si ergo Spiritus sanctus est amor, siue dilectio, & charitas, cur tunc apertè Ioan. non dixit: Spiritus sanctus est charitas, sed dixit, Deus est charitas, relinquens nobis sub dubio, an ibi de tota intendat trinitate loqui, aut de aliqua persona in speciali? ad hanc difficultatem dicimus, amorem, & charitatem toti quidem, vt supra tetigimus, conuenire trinitati, aliquando tamen personæ Spiritus sancti appropriari: nam & sapientia quoq; communis est tribus, sed tamen in specie filio appropriatur, & ita instantia ruit, vt est videre in hac prima parte præsentis distinctionis. Post quam altera subsequitur hac propositione contenta. Charitas, siue amor personalis nulli alteri propriè conuenit, quàm solius Spiritus sancti personalitati. Et ratio assignatur, quia solus Spiritus sanctus per modum dilectionis procedit: igitur charitas, siue amor personalis soli Spiritui sancto conuenit. Sed hic dicetis: Ioan. in sua canonica, vbi supra, docet, dilectionem ex Deo esse, cum itaque tàm filius, quàm Spiritus sanctus, sint ex Deo, hinc dubitatur, quis illorum debeat dici dilectio, licet filius per modum naturæ procedat, & Spiritus sanctus per modum voluntatis. Cui difficultati perbellè satisfit à Ioan. in eadem canonica, vbi postquã dixit, dilectio, quæ nos facit in Deo manere, in Deo est, subiungit. In hoc cognoscimus, quòd in Deo manemus, & ipse in nobis, quia de Spiritu sancto dedit nobis; sanctus itaq; spiritus, de quo dedit nobis, in Deo nos manere facit: Spiritus ergo sanctus dilectionem hanc, quæ est in nobis, ex Deo facit. Et hęc de duabus partibus. Postrema, & vltima tandem enodanda venit, vbi Magister sent.

edocere intendit, quod iure merito Spiritus ſanctus ratione communis principij originalis ſit hoc nomine Spiritus ſanctus nominatus, non obſtante, quod tale nomen tribus commune ſit perſonis diuinis. Num verò res ita ſe ſe habeat, audite: illud enim, quòd communiter, nec non ęqualiter originatur à duabus, conuenienter habet nominari nomine ambobus conueniente, at Spiritus ſanctus communem habet à Patre, & filio originem, iure igitur merito eis communem habet denominationem: minor quia quibuſdam videri poſſet ambigua, ideo hanc probat Magiſter authoritate D. Aug. vt patet in textu, quem vos videre adhortor. Et hęc ſatis.

VTRVM NOMEN SPIRITVS SANCTI SIT PROPRIVM TERTIAE PERSONAE.
Lectio XXXX.

NE ſicco pede ea videar uelle pertranſire, quæ nobis non leuem vtilitatem ualent afferre, duo in pręſenti examinabo, quorum primũ erit. Vtrum hoc nomen Spiritus ſanctus debeat dici in diuinis proprium nomen tertiæ perſonæ. Inſuper, Vtrum tres tantùm in diuinis ſint concedendæ perſonæ. Circa primum ſic proceditur, & probatur, quòd non, nam vt benè norunt Docti, ſpiritus contra corpus ſolet diuidi, at nulla perſona diuina eſt corpus: igitur quęlibet erit ſpiritus, quo itaque modo in diuinis hoc nomen Spiritus ſanctus propriè tertiæ perſonæ conuenire dicetur? Ex alio latere illud Io. v. in oppoſitum ſe habet: Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cęlo, Pater, verbum, &

Spiritus ſanctus: at Pater primæ perſonæ proprium nomen eſt, & verbum ſecundæ, & tertiæ Spiritus ſanctus: quare, &c. Pro huius difficultatis itaq; ſolutione notandũ erit ſecundũ Seraphicũ Doctorem, q̃d Spiritus de tribus dicitur, de corporibus, de creaturis intellectualibus, & de Deo. Si in corporibus conſideretur, atq; dicatur, adhuc hoc erit duobus modis, aut à ſpiritualitate contra corpulentiam, quo modo ſubtile corpus, puta aereum dicetur ſpiritus, vel à ſpirando, qua via flatus uocatur ſpiritus, iuxta illud Chriſti: Spiritus vbi vult ſpirat; in creaturis ſimiliter intellectualibus dupliciter ſumitur, vel à ſpiritualitate cõtra corporeitatẽ, quo modo forma intellectualis, ſiue eius potẽtia interior dicitur ſpiritus: vel à ſpirando, & ſic amor, vel affectio dicitur. Prĝterea ſolet dici ſpiritus, aut à ſpiritualitate contra materialitatem, quo modo tribus diuinis conuenit perſonis, aut à ſpiratione, vel actiua, vel paſſiua: ſi primo modo, duabus aſcribitur perſonis diuinis, videlicet Patri, & filio: ſi ſecundo modo, tertiæ tantùm conuenit perſonæ, quæ dicitur Spiritus ſanctus, q̃ primò ſpiritus, vt paulò ſuperius diximus, deinde ſanctus ex modo ſuæ productionis: nam eſt productus per modũ voluntatis, q̃ ſancta eſt, ideo, &c. ſanctus inſuper dicitur ad ſemouendam oẽm imperfectionem ab ipſo. His ita poſitis dici poteſt ad argumentum primum, quod procedat de ſpiritu à ſpiritualitate dicto, nõ aũt à ſpiratione paſſiua, quo modo in textu loquebatur Magiſter ſent. Alterum in oppoſitum ex iam dictis videtur notum eſſe argumentum, nam concludebat verum. Iam de duobus dubijs à me propoſitis explanato vno, ſupereſt, vt ad alterum accedam, & quid tenendum ſit, videam. Solet ergo ex

prĝtactis

prętactis obiter quęri. Vtrum in diuinis queant esse plures personæ, quàm tres: mihi sanè primo aspectu videtur esse dicendum, q̃d sic, nam potentia Patris per filij generationem non minui dicitur, si sic, ergo eo genito, poterit adhuc secundũ, & tertium gignere: quare plures in diuinis erunt personæ, quã tres. Deinde hoc idem confirmarì posse videtur Boetij authoritate dicentis, q̃d relatio multiplicat trinitatem, at in diuinis sunt quatuor relationes: igitur quatuor personæ, & ita plures, quàm tres. In oppositum se habet illud Io. vltimo. Tres sunt, qui testimonium dant in cęlo, Pater, verbũ, & Spiritus sanctus: igitur tres tantùm erunt diuinæ personæ: vna, quæ à nullo est, vt Pater: altera, quæ à Patre per modum naturæ procedit, vt verbum secunda persona, tertia, quæ à duobus, vt puta à Patre, & filio per modũ voluntatis, vt Spiritus sanctus. Ad argumenta nunc respondendum, & primò ad primũ sic, q̃d benè Patris potentia per filij generationem non minuitur, sed semper est eodẽ modo se habens in filij generatione, propterea alium non potest producere filium, sed semper eundem, vnius enim agentis ex sua propria virtute, & semper eodem modo se habentis in se, & in sua actione, impossibile est esse, nisi vnũ productum, vt in proposito. Ad authoritatẽ verò Boetij põt dici, q̃d nõ oĩs relatio personas cõstituit, sed illæ tantũ, quæ sunt ponendæ ad excludendã innascibilitatẽ, quæ vni personæ conuenit: quare erunt tres solum relationes cõstitutiuæ trium personarũ. V.g. vt Paternitas, filiatio, & passiua spiratio; ad formã verò argumenti, dùm dicebatur, q̃d relatio multiplicat trinitatem, respondetur, hoc esse verum, loquendo de relatione propria, non de communi. Et hęc pro pręsenti.

QVOD SPIRITVS SANCTVS PROCEDIT A PATRE, ET FILIO.

Distinctio XI.
Lectio XXXXI.

ARbitror hucusq; de modo, quo Spiritus sanctus procedit, actum fuisse: in presentiarum verò de principio, à quo Spiritus sanctus ꝓcedit, agendum: vbi tria occurrunt: primum latinorum sententiam respicit. Alterum discrimen inter Latinos, & Grecos circa principium, à quo Spiritus sanctus ꝓcedit. Tertium, & vltimum conuenientiam Latinorũ, & Grecorũ. Quantũ ad primum, secundũ rei veritatẽ est tenendum: Patrem, & Filium Spiritum sanctũ ꝓduxisse, Nam dicit, atq; his verbis fatetur hanc veritatẽ sacra scriptura, Misit Deus Spiritum filij in corda uestra: rursus: Qui aũt spiritum Christi non habet, hic non est eius. Insuper Euangelium Ioan. dicit, Paracletus autem Spiritus sanctus, quem ego mittam uobis à Patre; preterea, quod ẽt à Patre Spiritus sanctus procedat, ꝑ illud Christi in Euangelio habet probari, Nõ enim estis uos, ꝙ loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in uobis: & alibi dicit, Quem mittet Pater in nomine meo. Deinde, Qui à Patre procedit; Et hec pro prima parte. In secunda in ordine ponitur Grecorum opinio, ꝙ falso motiuo inducti Spiritum sanctum à filio ꝓcedere negauerunt, Nam isti dicebant illud Ioan. xvi. pro se extare dicentis; Qui à Patre procedit. Hoc idem in missa in Symbolo fidei cantari dicunt, vbi pertractatur de processione Spiritus sancti, & tamen ibi nulla fit

mentio

mentio de ipso filio: ergo, inquiunt greci, Spiritus sanctus nõ procedit à filio. Insuper opinantur isti, & malè dicentes, quicquid ibi habetur de filio à latinis appositum fuisse, & ex consequenti ꝑpter hoc nos dicunt anathematizatos, quam opinionem corroborare videntur per illud Leonis Papæ iij. dicentis: Secundũ Conciliorum traditionem apud eos celebratorum oẽs aliud dicentes de sanctiss. Trinitate, quàm in eorum Concilijs fuerit determinatum, anathematizatos esse: at nos huic cauillationi, erroneęq; opinioni satisfacere volentes, dicimus: nihil à nobis illi contrariũ proferri, sed benè Sanctorum doctrina sanè explicari. Nam & si dicat Christus in Euangelio, Spiritum sanctum à Patre procedere, non ob id negatur, quin etiam procedat à Filio, sed moris sui fuit semper ad Patrem referre quicquid habuit; propterea, quia non dixit, Spiritũ sanctum à solo Patre procedere, non negauit etiam à se procedere: ex quibus veritas patet in hac secũda parte: post quam subsequitur tertia, vbi hẽtur conuenientia Grecorum cum Latinis: ex quo .n. fatẽtur, Spiritum sanctum esse spiritum Filij: hinc est, ꝙ nõ sensu, sed verbis tantùm à nobis differant; nam, si Magistro fidem adhibemus, vti debemus, aptè in textu ipsius videbimus: Athanasium, Dydimum, Cyrillum, & Io. Chrisostomum, qui fuerunt Doctores eorum, sensisse, Spiritum sanctum à Patre procedere, & Filio: verum igitur est dicere, Spiritum sanctum, & à Patre, & à Filio procedere. Et hęc de tota distinctione.

VTRVM VOLVNTAS DIVINA SIT PRINCIPIVM SPIRITVS SANCTI, ETC.

Lectio XXXXII.

EX Theologorum voto Magistri sent. dicta examinanda erunt, & primò, Vtrum volũtas diuina Spiritus sancti sit principium. Insuper, Vtrũ Spiritus sanctus procedat à solo Patre, aut à solo Filio, aut ab vtroque. Quãtum ad primum, ꝓ parte negatiua sic argumẽtor. Voluntas ponitur, & dicitur potentia operatiua, non igitur productiua: consequentia patet, quia operatiua potentia ideò sic dicitur, quia eius operatio est actus immanens: non ergo productiua, & ex conseqũnti Spiritus sancti talis voluntas diuina nõ poterit dici principium. Insuper natura est ius insita rebus ex similibus similia procreãs, sed Spiritus sanctus est producenti similis in natura: igitur per naturam, & non ꝑ voluntatem Spiritus sanctus habet produci. Tertò sic insto. Si voluntas diuina esset principium productiuum Spiritus sancti, tunc vel necessariò, vel contingenter produceret; at hęc duo nõ vidẽtur posse cõcedi: igitur, &c. Minor, q̃a ab aliquibus denegari posset, iccirco sic probatur, quantum ad primum; nã liberè producit, at libertati videtur necessitas opponi: igitur, &c. In oppositum se habet ex alio latere D. Aug. lib. v. de trin. dicens. Spiritus sanctus exiuit à Patre, & à Filio, non quo modo natus, sed quo modo datus, at exire ꝑ modum dati, siue doni, ad voluntatis actum pertinet, cuius est liberè donare: igitur, &c. His ita p̃missis, conclusio hęc ponẽda venit. Voluntas diuina necessariò Spiritũ sanctum producit; quoniam

niam omnia diuina formaliter sunt necessaria. Nunc ad rationes in oppositā partem adductas respōdeamus, primò dicentes ad primam, voluntatem non solum esse operatiuam, verum etiam productiuam: quare iure merito & antecedens, & consequentia formata negabantur. Ad illud in ordine secundū de similitudine naturæ respondetur, ꝙ Spiritus sanctus benè dicitur similis Patri in natura propter naturæ identitatem, non tamen ex vi productionis suæ: producitur enim per modum voluntatis: stat igitur similitudo in natura, sed non in modo producendi. Ad tertium argumentum distinguendum est de duplici necessitate, coactionis scilicet, aut immutabilitatis. Si primo modo loquamur de necessitate coactionis, vel exigentiæ, tunc dicendum, ꝙ libertati opponatur, at si secundo modo, nequaquam: Spiritus ergo sanctus per modū voluntatis ꝓcedit, & necessariò, vt diximus. Explanata iam prima parte nostri sermonis, altera in ordine secūda accedit, dùm q̄ritur, Vtrum Spiritus sanctus à Filio procedat. Mihi sanè videtur, quòd non: Spiritus .n. sanctus non minus dicitur cum Patre, q̄ Filius conuenire, sed Spiritus sanctus non communicat cum Patre in Filij generatione: igitur neq; Filius communicabit cum eodem in Spiritus sancti spiratione. Deinde arguitur sic: vnum, & idem simplex non videtur posse esse à duobus, alioq̄n effectus tunc temporis foret sua causa simplicior, at Spiritus sanctus sic se habet: non ergo poterit esse à duobus. vlterius authoritate Damasceni sic arguitur. Vir .n. iste ait: ex Filio Spiritum sanctum non dicimus: spiritum verò Filij nominamus: igitur secundum istum Spiritus sanctus nō erit à Filio. In oppositum se habet illud Ioannis xv. Ille me clarificabit,

ficabit, quia de meo accipiet; at in diuinis nulla admitti debet acceptio, nisi per originem: Spiritus itaq; sanctus originatur à Filio, & constat ex superioribus dictis, quod à Patre. Superest modo, vt argumētis formatis satisfaciamus, deinde erit finis. Ad primū ergo dicitur, quod Spiritus sanctus, quantum ad essentiam, penes quam similitudo attenditur, & æqualitas tantùm conuenit cū Patre, quātùm Filius, at oppositionibus deinde relatiuis plus differunt: quare non tot uidetur communicare Pater Spiritui sancto, sicut Filio de actibus notabilibus, quæ importāt, siue relationes exigunt. Licet ergo Spiritus sanctus non communicet cum Patre in Filij generatione hoc modo, ob id non debet inferri, quod ipse Filius non debeat communicare cū eodem Patre in Spiritus sancti spiratione. Ad secundum argumentum, quando dicebatur, quod vnum & idem simplex non potest esse à duobus, &c. Respondetur ad hoc: Spiritum sanctum à duobus certè spiratoribus non spirari, neq; procedere, benè tamen à duobus spirantibus sub ratione vnius principij simplicis, quod est ipsa spiratiua virtus. Postremò ad illud Damasceni pōt dici, quod vir iste animaduertens dissidium inter Latinos, & Grecos, cautè dixit, nullam partem asserendo: Spiritū ex filio nō dicimus, propter hoc negauit, quod Spiritus sanctus non sit ex filio; sed instarent Greci dicentes: alibi Damascen. expressè dixisse, Spiritum Sanctum nō esse ex filio: igitur, &c. ad hoc dicunt Latini, hoc dictum fuisse ante promulgationem, & huius articuli declarationem: vel dicatis non esse à filio authoritatiuè, & quandam authoritatem, quia sic est à Patre: hęc interim in sequenti ad alia festinabimus. Hęc in tantùm.

VTRVM

VTRVM PATER, ET FILIVS SINT VNVM SPIRITVS SANCTI PRINCIPIVM, ETC.

Lectio XXXXIII.

COnsentaneum esse duxi ad altercationem tollendam de principio in diuinis Spiritus sancti tria hic examinare in primis. Num Pater, & Filius debeant dici vnum principium Spiritus sancti. Insuper, Num prius origine Pater spiret, quàm filius. Deinde, Num Spiritus sanctus si non procederet à filio realiter ab eo distingueretur. Circa primum videtur posse probari, quod Pater, & Filius non sint Spiritus sancti vnũ principium: q̃ enim non cõueniunt, sed distincta sunt, talia vnum principium dici nequeunt respectu tertij, at Pater in diuinis, & filius sic se habent respectu Spiritus sancti, non ergo vnum erunt principium. De maiori propositione non video hęsitandum esse, at de minori sic, propterea in hunc modum habet declarari. Pater, & filius non sunt vna persona, sed distinctæ, non ergo video, quo modo vnum habeant poni respectu Spiritus sancti principium. Verum quia in oppositum solet dici: Patrem, & filium per vnã, & eandem vim spiratiuam spirare, propterea ꝓ veritate cognoscenda adnotanda, ac pręsupponenda erunt nonnulla, & primò vnum de principio productiuo, qđ est duplex, videlicet quod, & quo, principium quod dicitur ipsum suppositum, quo verò, principium illa potentia productiua. Vlterius est notandum: Patrem, & filium vnum esse tripliciter intelligi posse vel in essentia, vel in persona, vel in vi spiratiua. His pręmissis ponendæ quatuor

conclu-

conclusiones erunt. Prima sit hęc. Pater, & filius non sunt vnũ principium, qđ Spiritus sancti: secunda sit hęc. Pater, & filius non sunt formaliter vnum principium, quo ipsius Spiritus sancti, quia principium quo formaliter est vis spiratiua, sed Pater, & filius non sunt formaliter vis illa spiratiua: ergo, &c. Tertia conclusio. Pater, & filius identicè sunt vnum principium spiratiuum quo, quoniam identicè sunt vna, & eadem vis spiratiua. Quarta conclusio. Pater, & filius spirant, in quantum vnum sunt, in vi spiratiua, non autem inquantum vnum in essentia, aut in persona. Nunc ad argumentum prius adductum dicimus, currere de principio qđ. Et hęc de primo quęsito. Accedit alterum, vbi queritur. Num Pater prius origine spiret, quã filius. Mihi certè videtur, quòd non, inter ea enim, quæ vnum sunt, non videtur esse ordo, nam ordo distinctionem pręsupponit, at quia Pater, & filius spirant, inquantum vnum sunt, ibi ergo ordo non erit: quare Pater prius origine ipso filio non dicetur spirare. In oppositum dicitur: Patrẽ à se habere, qđ spiret, filius verò hoc à Patre; quo stante tres conclusiones ponendæ, deinde veritas manifestabitur. Prima hęc sit. Pater est prior filio origine, quia Pater est à quo filius. Altera conclusio. Pater natura prius non spirat, quàm filius, & ratio assignatur, quia sunt relatiua, quæ simul natura. Tertia conclusio. Pater prius origine spirat, quã filius, nam spirandi actum Pater habet à se, filius verò à Patre: quare, &c. Nunc ad argumentum formatum potest dici, quod maior sit vera ex parte illius, in quo sunt vnum, non tamen debet deinde concedi, quantum ad modum habendi illud vnum, nam est alius, & alius, quo modo

Pater

Pater prius origine dicitur spirare, quàm filius. Et hęc pro secundo dubio. Postremò solet queri. Vtrum, si Spiritus sanctus non ꝓcederet à filio, realiter distingueretur ab eo. Circa difficultatem hanc, cum diuersorum rationes altercantium inter se videam, existimaui pro veritate determinanda, hanc sub his ponendam esse conclusionem. Si Spiritus sanctus non procederet à filio, hoc dato, sed non concesso, adhuc tamen realiter distingueretur ab eo. An hoc verum, audite probationem. Omne, qđ est principium essendi, est etiam principium distinguendi, at posito, quod Spiritus sanctus non procederet à filio, adhuc filius filiatione esset filius, & Spiritus sanctus spiratione esset spiritus: igitur realiter distinguerentur filiatione, & spiratione. Rursus quorum productorum productiones realiter sunt distinctæ, illa quoq; realiter distincta, at si Spiritus sanctus non ꝓcederet à filio, adhuc filius, & Spiritus sanctus distinctas realiter ꝓductiones haberēt, nā filius naturaliter ꝓducitur, & Spiritus sanctus liberè. Ex his ergo, quid tenendū, patet.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS, ETC.
Distinctio XII.
Lectio XXXXIIII.

N*Obis duodecima huius libri primi proponitur distinctio exponenda, cuius nexus cum superiori talis esse dicitur: ex quo Magister sent. agit de principio, à quo Spiritus sanctus procedit: nūc consequēter verba facere de ordine processionis eius intendit, & circa hoc laconicè vt procedamus, temporum*

ordinem

ordinem primò excludemus. Insuper dignitatis ordinem postremò declarabimus originis naturalis ordinem. Quantũ ad primum, hoc lemma ponendum. Spiritus sanctus tertia persona in diuinis duratione tẽporis nec prius, nec posterius à Patre, q̃ à filio processit, vbi .n. nullum interuenit tempus, ibi tẽporis duratione neq; prius, neq; posterius, at in processione Spiritus sancti à Patre, & Filio, nullum penitus interuenit tempus: igitur Spiritus sanctus non à Patre prius procedet, neque posterius à filio. Sed diceret quis in presenti, si Spiritus sanctus à Patre procedit, vel iam nato filio, vel nundum filio nato, si nato filio: igitur filij natiuitas Spiritus sancti processionem precessit, si nundum nato filio, igitur Spiritus sancti processio filij generationem precessit. Si sic: ergo Spiritus sanctus prius dicetur à Patre, q̃ à filio processisse. Vt iam proposita difficultati satisfiat, dicendum erit, ꝙ ab huiusmodi materia sit omne tempus amouendum: in diuinis .n. omnia sunt eterna: quare ibi nullus temporis ordo, vel prioritatis durationis cõcedendus, vt probè docet D. Aug. lib. de Trin. & patet in textu. Iam explanato pũcto primo, alterum subsequitur, vbi dignitatis ordo excluditur: nam maiori dignitatis perfectione nec plenius Spiritus sanctus procedit à Patre, q̃ à filio, nec perfectius, vt enim non dicitur ante procedere à Patre, q̃ à Filio, ita nec magis ꝓcedet, nec plenius à Patre, q̃ à Filio: & sic punctun secundum patet paucis verbis. In tertio ponenda erit conclusio, ex cuius manifestatione, siue dilucidatione veritas apparebit. Sit ergo hec. Spiritus sãctus, qui æque perfectè simul à Patre, & Filio procedit, principaliter, & propriè à Patre per filium mittitur auctoritatis orginatione.

An

An hoc sit verum, audite: Pater enim hoc habet à se, & à nullo alio, quòd ipsum mittit, & quòd ab ipso procedat: conclusio igitur vera. video uos hic dubitare posse sub hac forma. Si ita est, vt in textu multis videtur authoritatibus probare Magister: igitur Pater plus videbitur habere in processione Spiritus sancti, quàm filius, & ita plenius à Patre procedet Spiritus sanctus, quã à filio. Hic nobilissimi Auditores diligenti animo, ne in errorẽ labamini, uelim perpendatis, oẽs scilicet authoritates in textu adductas sic esse intelligendas, non quod Spiritus sanctus minus plenè, vel minus perfectè procedat à filio, quàm à Patre, sed benè, quod filius hoc à se ipso non habeat, scilicet, qđ Spiritus sanctus ab ipso procedit ęquè plenè, & perfectè, vt à Patre, sed quod hoc sit à Patre, qui prius origine dicitur spirare; Et hęc de tota distinctione.

AN PATER, ET FILIVS SINT NATVRA SPIRITV SANCTO PRIORES.

Lectio XXXXV.

CIrca prędeclaratam distinctionem tria quęsita excitanda forent, at nos breuitati studentes, duo tantùm perpendemus, & primò. Vtrum Pater, & filius Spiritu sancto natura sint priores. Secundò, Vtrum Spiritus sanctus perfectius procedat à Patre, quàm à filio. Quantum attinet ad primum tripliciter potest argui pro parte negatiua, & primò sic. Spirans, & spiratum sunt simul natura, at Pater, & filius sunt spirantes, & Spiritus sanctus est spiratus: igitur, &c. Preterea Pater, producens

producens filium natura filio non est prior: igitur neq; Pater, & filius Spiritum sanctũ producentes erunt natura priores Spiritu sancto. Tandem sic arguitur. Filius non est prior natura spiratione actiua, neq; ẽt Spiritu sancto. Pro intellectu huius difficultatis notandum erit primò, ordinem naturæ in diuinis duobus posse capi modis: vno modo inter naturas, & sic non admittitur ibi, quia vnica est natura. Alio modo dicitur ordo naturæ, idest ordo naturalium perfectionum, aut proprietatum, quo modo ordo naturæ ponitur ab illis admittentibus aliquam distinctionem inter perfectiones, ac diuinas proprietates. Ex his ponenda venit hęc conclusio. Pater, & filius priores sunt, ne dùm origine, sed etiam natura, Spiritu sancto. Primum patet, quia Pater, & filius sunt à quo est Spiritus sanctus. Quod ẽt natura sint priores, patet; nam quandocunq; aliqua duo simul natura sunt, quicquid est vno prius natura, est ẽt natura prius reliquo: at spiratio actiua, & spiratio passiua sunt simul natura, & Pater, & filius priores sunt natura spiratione actiua: igitur ex consequenti Spiritu sancto. Nunc argumenta soluenda, & sic primæ quęstionis erit finis. Ad primum igitur argumentum potest dici, quòd maior propositio vera sit de spirante formaliter sumpto, videlicet, in quantum est spirans, at non de supposito, quod est spirans. Ad alterum in ordine secundum consequẽtia interimitur, non enim est simile. Nam Pater dicitur in esse cõstitui personali per filij productionem, & spiratio actiua, quasi suppositis constitutis aduenire intelligitur: quare, &c. Ad vltimum argumentum negari potest antecedens, & ad probationem poterit dici, quòd spiratio actiua non sit in Patre, tanquam

eius

eius cõstitutiua, sed benè tanquam natura posterior. Determinato in hunc modum quęsito primo, circà secundum versabimur, partem affirmatiuam defendentes, nam propter vnumquoq; tale, & illud magis, sed filius habet, qđ ab ipso Spiritus sanctus procedat: igitur tenendum erit, qđ plenius, & perfectius, Spiritus sanctus procedat à Patre, quā a filio. Ex alio latere, quo modo ibi magis, & minus erit, vbi summa datur ęqualitas? non ergo perfectius, & imperfectius hac in parte admittenda. Ad euidentiam itaq; huius negotij duo consideranda occurrunt, primū est, qđ Spiritus sanctus non procedit plenius, vel perfectius a Patre, quàm a filio. Alterum est, qđ ex ipso principalius procedit. Nunc ad argumentum respondetur, quod illà regula propter vnumquodq; tale, &c. non habet locum in agentibus numero eandem formā participantibus ęque perfectè, sed tantùm in habentibus eadem formam specie, secundum diuersos gradus, quorum vnus altero sit perfectior. At quia in diuinis Pater, & filius numero eandem vim spiratiuam habent, quæ est eiusdem gradus perfectionis, licet filius eam habeat a Patre, & ex consequenti eam Pater principalius, quàm filius, non ob id potest dici, nec debet dici, quod Pater perfectius, aut plenius spiret, quàm filius, benè concedi poterit, quod Pater principalius spiret, quàm filius, quia a se spirat. In sequenti aliud dubium proponemus, & quamprimum fieri poterit ad subsequentem distinctionem accedemus.

VTRVM

VTRVM SPIRITVS SANCTVS SIT A PATRE PER FILIVM.

Lectio XXXXVI.

NE *vitio quid mihi dari possit (Nobilissimi Auditores) in animum induxi meum hodierna die breuem illam percurrere quęstionem de Spiritu sancto. Num scilicet debeat dici procedere a Patre per filium, siue mediante filio. At primò de more nostro dicamus sermonem pręsentem in tres particulas vsurpari posse, siue partiri. In quarum prima argumenta ponentur. In altera notanda. In tertia responsio. Circa primam videtur posse dici, Spiritum sanctū à Patre per filium, siue mediante filio procedere, illud enim, quod conuenit principio, & (vt ita loquar) principiato, eis ęquè immediatè cōuenire non pōt, nec primo. At spirare Spiritum sanctum Patri, & filio cōuenit, vt principio, & principiato (vt hoc vtar vocabulo) nō ergo æquè primò, & immediatè. Cum itaq; filio non cōueniat mediante Patre, igitur conueniet Patri mediante filio: quare, &c. Pro determinatione huius difficultatis duo consideranda erunt in Patre, & filio respectu actus spirādi; talis .n. actus egredi dicitur ab aliquo supposito mediante forma: ideo actus spirandi videtur posse ad formam referri, quæ spirationis principium est, vel ad supposita spirantia. Si ad formam sic Pater Spiritum sanctum nō producit mediante filio, sed immediatè ab vtroq; producitur: vna enim, & eadem numero in Patre, & filio vis spiratiua est. Si aūt spirandi actus comparetur ad supposita, à quibus egreditur: sic cum inter*

Patrem,

Patrem, & Spiritum sanctum, filius sit tanquam media persona, virtutem spirandi à Patre recipiens, tunc dici poterit, qđ Pater Spiritum sanctum producat mediante filio. Insuper sub eodem sensu, videbitur posse dici, quòd Pater Spiritum sanctum producat per filium, vbi notandum, quòd propositio talis per duplicē potest habere sensum, vnum videlicet, quòd quis agat per aliud tanquam per formam, V. g. quando dicimus ignem agere per calorem, non inquantum ignis est, sed benè inquantum calidus. Sub quo sensu, Pater non dicitur producere Spiritum sanctum per filium, vt per principium formale, non enim ratio talis Patri conuenire potest. Alio modo, ly per, si referatur non ad agentis rationem, sed ad ꝓductum, tunc erit sensus, qđ Pater spiret Spiritum sanctum per filium, eo quod filius habeat rationem principij respectu Spiritus sancti, licet hoc à Patre. His itaq; in hunc modum dispositis, ad argumentūm formatum ab aduersarijs nunc respondendum est, qđ aliquid possit principio, & principiato ęque immediatè cōuenire, sed non ęque primo, sumendo ly primo pro principio, & ita quęstio clara remanet.

QVARE SPIRITVS SANCTVS, ETC.
Distinctio XIII.
Lectio XXXXVII.

E*Xpositurus uobis hodierna die distinctionem decimā tertiam continuationem primò perpendam: deinde ad diuisionē accedam. Postquā ergo Magister sent. loquutus est*

 de prin-

de principio, & ordine processionis Spiritus sancti, Nunc de processionis, & generationis differentia in diuinis agere intendit, vbi tria nobis pollicetur. Nam primo docet Spiritum sanctum à Patre, & filio non procedere, vt eorum filius. Insuper inter generationem, & processionem diuersitatem manifestat. Tertio infert quo modo Spiritus sanctus dici nequeat genitus. Quantum ad primum, sic proceditur: illud à nullo catholico videtur posse dici, ad qđ maxima sequeretur absurditas, videlicet inter Deum aliquid nasci à duobus, vt à Patre, & Matre. At si Spiritus sanctus, Patris filius, & filij diceretur, hoc sequeretur: igitur Spiritus sanctus nõ debet dici à Patre, & filio ꝓcedere, vt eorũ filius. Sed dicetis vos: cur Spiritus sanctus non debet dici natus, vel filius, cũ ita benè de substantia patris procedat sicut filius? ad hoc responderi potest, qđ si Spiritus sanctus filius diceretur, amborum vtiq; diceretur, at quippe filius nullus est duorũ, nisi Patris, & matris, tale aũt inter Deum Patrem, & Deum filium non est, quòd suspicemur, amborum enim filius diceretur, si ambo eum genuissent, quod maximè abhorret oĩum sanctorum sensus: non ergo à Patre, & filio Spiritus sanctus procedit, vt eorum filius. Enodata iam prima parte, altera in ordine secunda subsequitur, vbi inter generationem, & processionẽ diuersitas declaratur. Nam licet vterq; ipsorum, puta filius, & Spiritus sanctus, procedant à Patre, hoc tamen est diuersimodè, nam filius procedit per modum naturæ, & ideo dicitur genitus, & procedens, omne enim, qđ generatur procedit, sed non è contra, Spiritus verò sanctus procedit per modum voluntatis, vt datus, & non vt natus. Cum itaq; non omne qđ

donatur

donatur ab aliquo dicitur nasci ab ipso, propterea Spiritus sanctus tantùm procedens, & non natus debet dici. Potest insuper confirmari hoc idem tali ratione, quia filius à solo Patre procedit, & Spiritus sanctus ab vtroque .s. Patre, & filio, & hęc est diuersitatis ratio. Quæ quia vtraq; ineffabilis, iccirco à creatura inexplicabilis. Declaratis iam partibus duabus, superest tertia, & vltima, in qua Magister intendit declarare, quo modo Spiritus sanctus non possit dici genitus: alioquin duo essent Patres, & duo in diuinis filij. At hoc quid absurdius? non ergo Spiritus sanctus debet dici genitus. Sed dicetis vos: si non debet dici genitus: igitur ingenitus: ad hoc respondetur, quod neq; ingenitus debeat dici, ne duo patres in diuinis videantur esse, nam secundum disputantium consuetudinẽ, ingenitus solũ pro persona Patris accipitur; rùrsus authoritate beati Hier. instabitis dicentes: Spiritum sanctum ingenitum posse dici; ergo: pro solutione notetis hic velim, q̄d aliter sumitur à beato Hier. ingenitum, & aliter à beato Aug. beatus enim Aug. accipit ingenitum, pro vt ingenitum dicit ens non ab alio, sub quo sensu soli Patri conuenit, & non Spiritui sancto. Beatus verò Hier. accipit ingenitum, pro vt, dicit ens ab alio, non per generationem, quo modo solum Spiritui sancto conuenit, vt videre est, apud eundem Hierony. in eodem tractatu. Hęc intantum de distinctione pręsenti.

VTRVM IN DIVINIS CONCEDENDA SIT ALIQVA PROCESSIO, ETC.

Lectio XXXXVIII.

Circa declaratam distinctionem quesita duo enodanda erunt: quorum primum. Vtrum in diuinis aliqua processio sit concedenda. Deinde: Vtrum generatio filij, & Spiritus sancti processio debeăt dici emanationes distinctæ. Circa primum, mihi videtur, quod ibi non sit aliqua processio, quia vel localis, vel causalis foret, non primo modo, quia ibi non est motus personæ de loco ad locum, nec causalis, quia in diuinis non vtimur causæ nomine, neq; causato. Preterea, si in diuinis concedenda esset aliqua processio, vel esset eadem cum generatione filij tantùm, & sic Spiritui sancto non conueniret, quod est falsum, nam dicit in Symbolo suo Athanasius, qđ Spiritus sanctus, non est genitus, sed procedens; vel diuidi habet contra generationem, & ita filio minimè conueniret, quod non est verum, quia apud Ioan. capite viii. legitur: Ego enim ex Deo ꝓcessi, & veni. Insuper, aut esset in plus, & sic non uideretur Spiritui sancto debere appropriari: quare, &c. In contrarium extat illud Ioan. xv. dicentis: Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam uobis, Spiritum ueritatis, qui à Patre procedit, &c. concedenda ergo ibi erit processio aliqua. Pro intellectu cuius, duo notanda erunt: primum. Quo modo in diuinis ꝓcessio admittenda: deinde videndũ cur Spiritui sancto ascribatur. Quantum ad primum, velim sciatis: nomen processionis primò fuisse impositum ad motum progressiuum animalium significandum,

candum quo se ipsa mouent, & sic dici solet ꝓcessio, quasi propria virtute incessio. Inde postea translatum est ad significandum oẽm localem motum, & mutationẽ, quæ est ex quodam in quidam, vel ad oẽm emanationem secundum quod, aliquid dicitur ab alio, vt à sua causa, vel principio, quo modo consueuimus dicere effectum à sua causa procedere, & cẽm rem à suo principio. Quibus modis in diuinis non uidetur posse cõcedi processio, nisi hoc vltimo modo, seclusa tamen quacunq; imperfectione, quæ inuenitur in creaturis, idest motu, siue mutatione, nec nõ innouatione, tunc enim Spiritus sancti ꝓcessio, vt ab alio concedenda foret. Preterea scire debetis, quòd quamuis processio ex vi nominis filio, & Spiritui sancto sit cõmunis, filij enim emanatio proprium nomen habet, quia dicitur generatio: appropriatur nihilominus Spiritui sancto, siue emanationi Spiritus sancti. Nunc argumẽta formata soluenda: & primò primum. dùm ergo arguitur, q̃ nec processio localis, nec causalis in diuinis habeat concedi: Respondetur hoc esse verum; datur tamen alius modus processionis per simplicem emanationem, qui est in diuinis, de qua nos loquimur in proposito, & sic argumentũ ruit. Ad secundum conceditur, quòd emanationis, siue processionis nomen commune sit emanationi filij, & Spiritus sancti, sed tamen appropriatur Spiritui sancto triplici de causa; vna est nominum penuria in his, quæ ad Spiritum sanctum pertinent, ideo emanatio eius retinet nomen cõmune, q̃a deficit proprium. Altera desumpta est ex conuenientia nominis processionis, motum enim primo uoluntarium significat, capiendo uoluntatem pro appetitu cognitionẽ sequente: Spiritus autem sanctus per modum uoluntatis procedit,

propterea conuenienter ei ꝓcessionis nomen appropriatur. Tertia causa, siue ratio excerpta fuit inde, q̃a Spiritus sanctus à pluribus procedit, quàm filius, iccirco per excellentiam quandam, ei competit processio. Et hęc de primo quęsito. Cui succedit alterũ, dùm quęritur. Vtrum filij generatio, & Spiritus sancti emanatio, sint distincta. Pro parte negatiua duæ mihi rationes occurrunt, quarum prima sic se habet. In rebus perfectis vnus est tantùm communicandi modus, sed diuina natura perfectissima est, vnum ergo communicandi modum habebit: quare in diuinis non erunt plures processiones, & ex consequenti indistincta. Pręterea, si inter processiones in diuinis foret distinctio, aut ex parte essentiæ, aut ex parte relationũ ꝓueniret. At nullum horum: igitur, &c. Minor vt suspecta sic probanda, primò ex parte diuinæ essentiæ, quæ vna est: deinde, ex parte relationum, nã secundum Boetium de Trin. in diuinis oĩa sunt vnum vbi relationis oppositio non obuiat, at inter processiones non est dare relationũ oppositionem: igitur nec realis distinctio. In oppositam partem rectè considerantibus apparebit in diuinis distinctio emanationũ realis, ibi enim duæ sunt personæ ꝓcedentes, & realiter distinctæ: igitur & processiones duæ distinctæ. Nunc dirimenda sunt argumenta, & primò primũ, cuius maior conceditur de rebus finitis, ac limitatis, at de natura illimitata, vt in proposito est, nihil contra nos concludit: quare nõ ibi modus communicandi multiplex in natura creata cõcedendus, sed benè diuersus in diuinis, ratione suæ illimitationis. Ad secundũ argumentum potest dici, q̃d processionum distinctio, debeat sumi ex parte relationum, & quando subinfertur, quòd in diuinis oĩa

sunt

ſunt vnum, vbi non obuiat oppoſitio relationis, debet dici, quòd ibi Boetius loquutus ſit de ſola identitate, quo ad ſuppoſitum. Licet ergo ita res ſe ſe habeat, non ob id negari debet, quia tales proceſſiones differant realiter. Et hęc ſatis.

QVOD GEMINA EST PROCESSIO SPIRITVS SANCTI.

Diſtinctio XIIII.

Lectio XXXXIX.

EX *Doctorum ſententia, & maximè Magiſtri ſent. in ſuperiori parte de Spiritus ſancti proceſſione ęterna ſumus loquuti; verum quia datur altera proceſſio, ſcilicet temporalis, iccirco in pręſenti diſtinctione de tali verba faciemus, in ordine tria perpendentes. Nam primò exponemus Spiritum ſanctum, à Patre, & filio ſimul temporaliter procedere. Inſuper docebimus, quo modo iſdem Spiritus ſanctus in ſuorum donorum communicatione detur. Tertiò, qđ à nullo alio niſi à Deo. Circa primum non videtur poſſe negari, quòd Spiritus ſanctus à Patre, & filio, ſimul temporaliter non procedat, cum in creaturarū ſanctificatione mittitur. Quandocunq; igitur Spiritus ſancti gratia hominibus confertur, tunc Spiritus ſanctus, à Patre, & filio, temporaliter procedit. Vnde eiuſdem Spiritus ſancti gemina exponitur proceſſio, ſcilicet ęterna, & temporalis. Illa ęterna ineffabilis eſt, quā à Patre, & filio ęternaliter procedit ſine tempore. Temporalis verò illa dici debet, quando Spiritus ſanctus mittitur, ſiue*

datur ad rationalem creaturam sanctificandum, & tunc Spiritus sanctus procedit à Patre, & filio simul in illa ęterna processione, vt perbellè uidere est apud D. Aug. in fine primi capituli. Quod aũt gratiæ Spiritus sancti collatio, sit eius tẽporalis missio, à Patre, & filio, authoritate Bedæ in Homelia primæ Dominicę post ascẽsionem declaratur: ibi enim legitur, Cum gratia Spiritus sancti hominibus datur, profecto Spiritus sanctus, à Patre mittitur, & à filio, nam procedit à Patre, procedit ẽt à filio. Ex his põt concludi, vt testatur D. Aug. libro xv. de Trin. Spiritum sanctum his datum fuisse à domino semel post resurrectionem, cum insuflauit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, vt patet Ioan. xxii. post suam ascensionem, scilicet in die pentecostes, & hoc ad Dei, & proximi duplicem dilectionem significandum, quam in nobis Spiritus sanctus operatur. Et hęc de primo puncto. In altero in ordine secundo Magister nititur probare Spiritum sanctum dari personaliter, cum suorum donorum distributione. An res ita se se habeat, audite. Spiritus sanctus mittitur, & datur, ita vt in sacra scriptura secundum sanctorum expositionẽ mitti, & dari affirmatur, atqui distinctè apparet in sacra pagina, quod Spiritus sanctus cum donis datur: igitur positio vera. Minor uerò, si alicui inexperto dubia foret, ei probanda testimonio D. Aug. lib. xv. de trin. nec non authoritate Ambr. in libro de Spiritu sancto cõfirmanda, vt habetur apud Magistrum sent. in textu. Declaratis iam duabus partibus huius distinctionis, ad tertiam exponendam vt accedamus iustum videtur, vbi Magister ex animi sententia intendit edocere, quo modo Spiritus sanctus à nullo alio, nisi à Deo dari possit.

possit. Nā si ab alio, procul dubio esset creatura, at hoc fieri nequit: igitur neq; Spiritus sanctus à creatura vlla, quantacunq; fulgeat, siue resplendeat sanctitate poterit conferri. Confirmari hoc idem pōt, quoniam si Spiritus sanctus posset dari à creatura, tunc creatura esset creator, & Deus, sed hoc est impossibile: igitur, & uelle primum dicere. Preterea, si Spiritus sanctus posset dari, siue cōferri à creatura, tunc ab illa ꝓcederet, at hoc est falsum: nō ergo Spiritus sanctus ab alio, quā à Deo dari dicetur. Sed vos ingenio pollentes dicetis: nonne legitur apud Apostolum Paulum ad Gal. iii. Qui tribuit vobis Spiritum sanctum, & operatur virtutes in vobis vbi Apostolus uidetur dicere, se Spiritū sanctum tribuisse: igitur ab aliquo alio ab ipso Deo poterit dari Spiritus sanctus. Ad hoc velim dicatis, quod ad Pauli concionem datus fuit Spiritus sanctus, sed hoc instrumentaliter, sub quo sensu à viris sanctis, & ab Ecclesia conferri non negatur. At principaliter à Deo, à quo procedit. Et hec satis.

VTRVM IN DIVINIS DETVR PROCESSIO TEMPORALIS, ETC.
Lectio L.

B*Reuitatis amator, de quesitis quatuor occurrentibus circa predeclaratam Magistri sent. distinctionem, duo tantùm paucis uerbis vobis exponā, querendo in primis, Vtrum in diuinis processio temporalis concedenda. Deinde: Vtrum hec in numerum ponat cum eterna. Quantum ad primum, rationibus*

quibusdam

quibusdam est probandum in diuinis Spiritus sancti processionem temporalem non esse admittendam: illud enim, qđ temporaliter procedit, ex tempore incipit esse, sed Spiritus sanctus non incipit esse, ex tempore, non ergo temporalis processio concedenda erit. Preterea, sicuti Spiritui sancto procedere competit, ita filio generari: sed filius nō dicitur genitus temporaliter, nisi ratione naturæ assumptæ, quam Spiritus sanctus non assumpsit: igitur, nec dicendum, qđ temporaliter processerit. Tertiò sic instatur. In diuinis non est mobile, nec extraneum: igitur neq; processio temporalis. In oppositum se habet Magister in textu. propterea pro determinatione ueritatis, primò quid per processionem intelligendum sit, velim notetis. Processio ergo temporalis illa dicitur, personæ à persona emanatio, ad sanctificandam creaturam per aliquid in ipsa creatum. Vnde quatenus Spiritus sanctus à Patre, & filio ęternaliter procedit, illius processio ęterna est. At quatenus dicitur procedere, vt nouo modo sit in creatura, quæ temporalis est, & noua, iccirco talis processio temporalis nuncupanda. His ita dispositis, argumentis formatis non erit difficile respondere: dùm itaq; primò dicebatur: oē quod temporaliter procedit, &c. habet hęc maior propositio concedi, quando illud, qđ temporaliter procedit, accipit esse ex tempore, per talem processionem, sed in proposito persona procedens non dicitur habere esse per processionem, vt respicit terminum ad quem, ratione cuius temporalis est, sed benè, vt respicit principium à quo, ratione cuius ęterna est, & ita argumentum est nullum. Ad secundum similitudo de generatione filij, & ꝓcessione interimitur, quia generatio dicit tantùm geniti

respectum

respectum ad eum, à quo est generatio, quod est principium communicandi naturam ipsi genito, & ideo non ponimus nisi duas generationes in filio, secũdum duas naturas, scilicet diuinam, & humanam. At processio non solum dicit habitudinem procedentis ad principium à quo procedit, verum ẽt ad terminum in quem procedit; & quia iste terminus temporalis est, vel esse potest, iccirco ratione eius processio dicitur temporalis, quanquam procedens nullam per hoc temporalem accipiat naturam. Tertium argumentum dicitur procedere de processione, quæ est motus localis, quæ in diuinis non ponitur. Et hęc de primo quęsito; Cui nectitur secundum, dùm quęritur: Vtrum Spiritus sancti processio, ponat in numerum cum ęterna. Prima fronte mihi videtur, quòd sic. Illa enim, quæ ordinem adinuicem habent, in numerum ponunt, sed temporalis processio ad ęternã ordinem habet, nam illa posterior, altera prior: ponit ergo in numerũ cũ ęterna; & ita duæ realiter erunt processiones distinctæ cõcedendæ. Preterea in filio duæ sunt generationes realiter: igitur processio passiua Spiritus sancti ęterna, & temporalis duæ erunt realiter processiones: quare secunda cum prima ponet in numerum. In contrarium videtur esse tenendum, quòd vna sit tantùm processio, non duæ. Pro determinatione igitur huius difficultatis, velim sciatis, pręsentem quęstionem duplicem posse habere sensum: vnus est, quod processio temporalis, cum ęterna ponat in numerum processionum, ita qđ sint duæ realiter differentes; alio modo considerari põt processio, qđ ponat in numerũ, nõ quidem ꝓcessionum, sed in qualemcunq; numerum rerum, vel rei, vel rationis. Primò modo quęstio si sumatur, ac

intelli-

intelligatur, vna tantùm processio realiter cum ęterna temporalis illa erit; & ratio assignatur, quia processio ęterna solum personæ à persona exitum dicit, & processio temporalis illud idem, cum nouo tamen respectu ad creaturam, qui respectus secundum se, processio dici minimè potest: nam cum Pater hunc habeat ad creaturam respectum, & ipse quandoq; temporaliter procedere diceretur, quod est falsum. Processio ergo personæ à persona, cum nouo respectu ad creaturā temporalis dicitur, & ęterna ratione solius primi, & merito secundi temporalis, vna tamen ibi est ęterna, quæ temporalis dicitur ex secundo. Insuper si processio capiatur alio modo, vt puta, secundum qualemcunq; numerum rerum, vel rei, siue rationis, põt dici, quod nec ob id temporalis ponere habeat in numerum cum ęterna, quia ibi nihil aliud consideratur, nisi nouus respectus ad creaturam, non noua res, nec noua processio, sed benè noua relatio. Nunc superest, vt argumentis occurramus duobus adductis; & primò ad primum sic, qđ ordo temporalis processionis ad ęternam, sit solum ratione connotati, ex quo consurgit circa personam diuinam procedentem nouus respectus, licet deinde secundum rationem numerus rei, & rationis, vel eiusdem accepti solum secundum rem, ad se ipsum acceptum, penes nouam rationem. Ad secundum argumentum similitudo negatur de filij generatione, & Spiritus sancti processione: Nam ibi realiter duæ sunt generationes, penes naturas diuersas acceptæ, at non sic euenit in alia parte: quare argumentum nihil contra nos concludit. Et hęc satis.

VTRVM

VTRVM PER TEMPORALEM PROCESSIONEM, SPIRITVS SANCTVS detur, vel solum eius dona, &c.

Lectio LI.

IN proximo preterito nostro sermone de duobus loquuti sumus: hodierna quoq; die de alijs duobus erit sermo. Nam primo inquiremus: Vtrum Spiritus sanctus per processionem detur, an eius dona; quod non detur, sic doceo. Illud dari dicitur, quod de nouo datur, & nouo modo habetur, sed Spiritus sanctus, secundum se nouo modo non habetur, sed tantùm secundum eius dona: igitur, &c. Preterea: Deus per authorem de causis, semp eodem modo se habet ad res, non igitur de nouo Spiritus sanctus potest dari, qui vt causa se habet per comparationem ad res. In cõtrarium tamen extat illud Pauli Rom.v. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis videtur ergo vtranq; dari per Apostolum, & Spiritus sanctus, & eius dona. Pro determinatione itaq; huius arduae questionis, tria cõsideranda occurrunt: primũ est, quo modo Spiritus sanctus detur cum donis suis, & non sua dona tantùm. Alterum est, cum quibus donis, & quibus non. Tertiò, num prius Spiritus sanctus, aut dona eius dentur. Quantum ad primum: Spiritus sanctus non datur vt forma inherens, q̃a est persona subsistens, benè vt motor, vel vt amicus, vel vt rector, & vt rationalis creaturae tuttor, cui solũ dari dicitur cũ donis gratiae perfectè, & cũ donis gloriae perfectißimè, & sic patet secũdũ. Ad illud verò tertio loco positũ, nũ

per

per prius Spiritus ſanctus detur, an dona eius, diſtinguo de priori, duplex enim datur prius, vnum ſecundum tempus, alterum ſecundum naturam. Si primo modo de priori loquamur, dicemus, quod ibi non detur prius, neque poſterius, dona enim ad beatitudinem pertinentia, ſemper in actu ſuo animam perficiunt, de donis autem gratiæ, & gloriæ aliter dicendum, nam ſi ſecundum naturam prius ſumatur, tunc fatendum erit Spiritum ſanctum per prius natura dari, quàm eius dona. Nunc ad argumenta, & primò ad primum eſt reſpondendum: Deum ſiue Spiritum ſanctum, ad creaturam duobus ſe habere modis: vno modo ſubiectiuè, alio modo obiectiuè. Hoc ſecundo modo abſq; ſui mutatione per ſolam mutationẽ creaturæ Spiritus ſanctus ſe ad creaturam dicitur habere, non primo modo. Ad ſecundum argumentum dùm dicebatur, qđ Deus ſecũdum authorem de cauſis, eodem modo ſe habet ad res, poteſt dici: hoc debere intelligi, quòd in Deo non ſint diuerſi modi reales ſubiectiuè, quibus ſe habeat nunc aliter, quam prius, ob id non debet negari, quin ex rerũ variatione, ac creaturarum, variæ relationes ſecundum rationem circa Deum obiectiuè non conſurgant, vti euenit in oppoſito. Datur ergo Spiritus ſanctus non ſolum in donis ſuis, ſed ẽt in perſona ſua, vt patet per authoritatẽ Apoſt. dicentis ad Rom. Cap. v. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Inſuper, vt donum ęternaliter procedit, ad donum aũt pertinet, qđ detur non ſolum in alio, ſed etiam in ſe ipſo, vt colligitur ex Aug. lib. xv. de trin. Cap. 18. & vltimo. Inſuper lib. ſecundo de trin. Cap. v. ſed quo modo datur? Reſpondetur, quod ſimul tempore cum ſuo effectu charitatis,

&

& gratiæ, vt in habente charitatem patet. Datur itaq; non solum per essentiam presentiam, & potentiam, sed cooperando ad specialem actum, qui est actus meritorius vitæ eterne de congruo. Hoc ergo modo Spiritus sanctus datur alicui, non vt forma informans, nec per aliquam mutationem in ipso, sed vt diuinum suppositum assistens cui datur specialiter ad talem actum. His premissis subsequitur alterum enodandum. Num scilicet, Spiritus sanctus dari dicatur à Viris sanctis: pro cuius rei solutione, breuibus vt procedam verbis dicam: Spiritum sanctum posse dupliciter dari: vno modo per modum authoritatis, & principalitatis: alio modo per modum ministerij: si primo modo, à Deo solo, & non ab alio. Si secundo modo, & à bonis, etiam à malis hominibus instrumentaliter dari potest. Et hec de propositis satis.

NVM SPIRITVS SANCTVS, A SE IPSO DETVR.

Distinctio XV.

Lectio LII.

VErsaturus circa decimã quintã distinctionem (Nobiliss. Auditores) choerentiam primò cum superiori perpendam: insuper ad diuisionẽ accedam: tertiò singulas partes diuisas exponam. Ex quo ergo Magister sent. de temporalis processionis principio egit, qua Spiritus sanctus datur à Patre, & filio, & suo modo viris sanctis, Nunc inquirere intẽdit, Vtrum à se ipso detur, vel mittatur. Habita in hunc modum choerentia

ad

ad distinctionis diuisionē accedo, in triaq; puncta diuidi posse dico: in quorum primo perscrutatur Magister, Vtrum Spiritus sanctus, à se ipso mitti debeat dici. In secundo qualiter filio mitti conueniat exponit. Postremo, Patrem non posse dici missum insinuat. Circa primum, in vniuersum solet queri. Vtrum Spiritus sanctus possit dici dari, & à se ipso mitti temporaliter; mihi sanè videtur posse dicendum, quòd sic. Nam est Deus, & donum dicitur: igitur vt Deus dat, & vt donum datur. Confirmari hoc pōt in hunc modū: opera enim trinitatis, scilicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ad extra sunt indiuisa, sed processio, & missio ad sanctificandum creaturā est opus trinitatis ad extra: igitur à tota trinitate, & ex consequenti nō solum à Patre, & à Filio, sed ēt à Spiritu sancto: idest a se ipso. Rursus, quod Spiritus sanctus mittatur, & à se ipso temporaliter detur, triplici via probatur, & primò sic, quia vt tetigimus paulò ante opera trinitatis ad extrá sunt in diuisa: secundo quia quicquid pōt vna persona, potest & altera: si ergo Pater in diuinis potest dare, & mittere Spiritum sanctum: igitur, & Spiritus sanctus poterit se ipsum dare, & mittere. Tertio per simile de filio de quo D. Aug. lib. ii. de trin. dicit, quòd non tantùm missus à Patre, & filio, sed etiam à se ipso: igitur, &c. Enodato iam primo puncto, alterum subsequitur, vbi quo modo mitti filio conuenit declaratur. Nam licet semel à tota trinitate in carnem missus sit, frequēter tamen in castas hominum mentes mitti nullatenus negatur, & hoc authoritate beati Aug. dicentis, qđ preter generationē ęternā duobus modu missus est, videlicet visibiliter in carnem, & inuisibiliter in mentem. Sed hic

velim

velim notetis, vnam missionem differre ab alia: nam missio in carnem semel est facta; missio verò in mentem pluries. Rursus ingenio pollentes forsitan dicetis: qua via poterit ꝓbari, à tota sanctissima Trinitate missum fuisse? huic dubitationi illud Isaiæ occurrit, vbi per prophetā Christus dicit: Nunc misit me dominus, & spiritus eius. Deinde, qđ à se ipso missus docet D. Aug. lib. ii. de trin. dùm dicit, quòd Mariæ conceptus, & partus opus trinitatis est. Et hęc de duobus punctis. In tertio, & vltimo declaratur, Patrem non posse dici missum, qui enim ab alio non procedit, vt Pater, missus, nec mitti dici poterit. Pręterea quo modo ille mitti dicetur, qui omnis missionis, ac processionis author, & principium est? Pater itaq; cum sit talis, mitti, nec missus dicetur. Hic ex dictis apparet quorundam error hęreticorum dicentium filium in diuinis Spiritum sanctum Patre minores esse, eo quia illi duo mittantur, & Pater non. D. Aug. lib. iiii. de trin. illis cōtradicens, his vtitur verbis. Non ideo, inquit, arbitrandum est minorē esse filium, quia missus à Patre, nec ideo minorem Spiritum sanctum, quia & Pater eum, & filius misit: siue enim propter visibilem creaturam, siue potius propter principij authoritatem, vel commendationem, non ꝓpter inęqualitatem, vel imparilitatem, vel substantiæ dissimilitudinem in scripturis hęc posita intelliguntur: quare non ideo Pater dicitur misisse filium, vel Spiritum sanctum, eo quia ille maior sit, & ipsi minores, sed maximè propter principij commendandam authoritatem. Et hęc satis.

I VTRVM

VTRVM MITTI ALICVI DIVINAE PERSONAE CONVENIAT, ETC.

Lectio LIII.

SColastici Doctores multum circa distinctionem presentem immorari solent considerantes primò. Num mitti alicui diuinæ personæ conueniat. Insuper, vtrum soli conueniat Spiritui sancto. Circa primum, mihi procul dubio videtur esse dicendum, quod mitti alicui diuinæ personæ minimè conueniat: nam in diuinis nihil pertinens ad inferioritatem ponendum est, sed missio respectu mittentis quandam dicitur importare inferioritatem, in diuinis ergo ꝓpter hoc missio concedenda nõ erit. Preterea missio, vt norunt docti, separationem missi à mittente importat, at diuinæ personæ abinuicẽ minimè separantur, quia vna semper est in alia, vt habetur apud Ioan. xiiii. igitur, &c. In contrarium se habet illud Ioan. viii. & ad Gal. iiii. vbi dicitur. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum: igitur mitti alicui diuinæ videtur conuenire personæ. Pro intellectu itaque, ac determinatione huius questionis tria consideranda erunt, & primò, quid nomine missionis importetur. Insuper qualiter diuinis competat personis. Tertiò quo modo à processione, & à datione differat. Quantum ad primum, sciendum est, quòd in creaturis, ex quibus transferimus nomina ad diuina, missio dicitur esse motus, vel exitus alicuius ab aliquo accipientis authoritatem, siue potestatem ad aliquid agendum, vel dicendum, quo modo legatus missus à Pontifice, vel nuncius à domino. Dicitur ẽt telum mitti à proiciente,

siue iaciente, eo q̃ a ab eo virtutẽ recipiat percutiendi. Hic tamen notandum est, q̃d in his oĩbus imperfectiones multæ inueniuntur, vt motus, & mutatio, separatio, & authoritatis acceptio, aut potestatis diminutio: quibus oĩbus imperfectionibus semotis ab his, tunc in diuinis missio dicetur exitus vnius ab altero absq; mutatione, & locali separatione accipientis virtutem eandem, & ęquè perfectam ad aliquid agendum, ex quo patet secundum in ordine, quod est propositum, principale, videlicet in diuinis exitum dari personæ à persona, secundum originem absq; omni mutatione, & locali separatione, eiusdem tamen virtutis ad creaturam sanctificandam, sub quo sensu in diuinis missio conceditur. Circa tertium in ordine considerandum erit, quo modo hęc tria differant, videlicet, missio, datio, & processio. Nam processio dicit exitum personæ à persona, & hoc modo filij generatio dicitur processio, & Spiritus sancti ab vtroq; similiter. Missio verò personæ missę ab aliqua alia originem importat, & in hoc cum processione cõuenit, quæ semper nouum effectum importat in creatura. Postremò, & vltimò datio non videtur originem importare in dato: nam idem se ipsum dare põt modo, quo psona diuina datur. His ita dispositis, argumenta formata de facili ruent. Dùm ergo primò dicebatur, q̃d missio importat inferioritatem in misso, quæ non conceditur in diuinis: quare, &c. Ad hoc põtest dici, q̃d argumentum concludat in creaturis, at non in diuinis. Nam licet in diuinis mitti signum sit authoritatis, & principij in vno respectu alterius: ibi ob id nõ conceditur superioritas, vel inferioritas. Ad secundum argumentum, quãdo dicebatur missionem missi separationem à mittente im-

 portare,

portare, &c. Potest concedi maior de missione creaturæ, non de missione Spiritus sancti. Et hęc de primo quęsito. In altero solet quęri. Vtrum soli Spiritui sancto conueniat mitti. Mihi certè videtur esse dicendum, quod toti conueniat trinitati, quoniam oĩs Dei relatio ad creaturas est communis tribus, at missio dicit ad creaturas relationem, quibus fit missio: venire ergo ad creaturas tribus cõmune erit personis, nec nõ, & mitti. Pręterea, dari tribus commune est personis, nam inquit D. Aug. quòd quęlibet persona dat, & datur: igitur, & mitti. Pro certitudine huius difficultatis velim primò sciatis, quòd filium mitti, nihil aliud est, quàm ipsum cognosci, quod à Patre sit. Insuper, Spiritum sanctum mitti, est manifestari, & cognosci, quod à Patre sit, & à filio procedat. Mitti ergo nil aliud est, quam manifestari, & est commune tribus diuinis personis. At si mitti sumatur ꝓ manifestari, ac procedere, tunc tribus hoc non erit commune personis. Vlterius notetis, quòd mitti, & venire mutationem in diuinis localem minimè dicit, nec missi à mittente separationem, quęlibet enim persona vbique est: quare persona diuina mitti, & venire dicetur, non tamen desinendo esse, vbi prius erat, aut incipiendo esse, vbi prius simpliciter nõ erat: benè dici poterit, quod nouo modo incipiat esse, videlicet per gratiæ inhabitationẽ in creatura, in qua prius per essentiam, pręsentiam, & per potentiam erat. Nunc ad primum argumentum vt respondeamus, minor glosanda erit, nam missio pręcisè nõ dicit relationem ad creaturam, sed etiam connotat relationem ęternam: quare non concludit contra nos. Ad alterum in ordine secundum consequentia interimitur, & ratio assignatnr, nam venire, &

dari,

dari, non sic connotant relationem processionis ęternæ, sicut mitti. Hinc colligere debetis, quod missio passiua filio tantùm, & Spiritui sancto conueniat, at actiua missio communis tribus personis est. Et hęc satis.

Lectio LIIII.

I*Llud pręterea dubitatione dignum incidit, cum superius facta sit mentio de relatione trinitatis ad creaturas: nũ relationes aliquæ reales in Deo sint ponendæ. Insuper, Num missio actiua possit dici actio immanens, vel transiens. Ad primum sic proceditur, quòd in Deo non debeant admitti relationes aliquæ reales, dicit enim Boetius lib. de trin. quod, cum quis prędicamenta in diuinam verterit prędicationem, cuncta mutantur in substãtiam, quæ prędicari possunt: ad aliquid uerò non uidetur posse p̃dicari: igitur relatio realiter in Deo non erit. Insuper Boetius in eodem libro dicit, qđ similis est relatio in trinitate Patris ad Filium, & vtriusq; ad Spiritum sanctum, vt eius, quod est idem; ad id, qđ est idem. At huiusmodi relatio rationis tantùm dicitur: igitur relationes, quæ in Deo ponuntur, non erunt reales, sed rationis. Vlterius sic instatur. Generatio in diuinis dicitur esse secundum intelligibilis uerbi processionem, at relationes, quæ consequuntur intellectus operationẽ, sunt rationis tantùm: igitur in Deo nõ reales ponendæ erunt relationes, sed rationis. In contrarium se habet veritas. Nam Pater paternitate dicitur Pater, & Filius filiatione; si igitur paternitas, & filiatio non essent in Deo realiter, tunc*

Deus non esset realiter Pater, aut filius, sed secundum rationem intelligentiæ tantũ, qđ est hęresis Sabelliana. Pro solutione igitur, ac quęstionis determinatione, debetis scire, in diuinis dari verè, & propriè relationes reales: ad cuius euidentiam cõsiderandũ est, in his, quæ ad aliquid dicuntur, inueniri aliqua secundũ rationem tantùm, & non secundum rem, qđ tamen nõ est in alijs generibus, quia alia genera, vt quantitas, & qualitas secundum rationem propriam dicuntur significare aliquid alicui inhęrens. Ea verò, quæ dicuntur ad aliquid, secundum propriam rationem significant solum respectum ad aliud, quo quidem respectus aliquando dicitur esse in ipsa natura rerum, vt potè quando res aliquæ secundum suã naturam adinuicem ordinatæ sunt, & inuicem inclinationem habent, tunc oportet huiusmodi relationes esse reales, sicut in corpore graui est inclinatio, & ordo ad locum medium. Vnde respectus quidã est in ipso graui respectu loci medij, & similiter est de alijs huiusmodi. Aliquando uerò respectus significatus per ea, quæ dicuntur ad aliquid, dicitur esse tantùm in ipsa apprehensione ratione conferentis vnũ alteri, & tunc relatio rationis tantùm dicitur, vt cum comparat ratio hominẽ animali, vt speciem ad genus. Cum aũt aliquid procedit à principio eiusdem naturæ, necesse est tunc temporis ambo, scilicet procedens, & id, à quo procedit, in eodem ordine conuenire, & sic oportet, quod habeant reales respectus adinuicem. Cum itaq; in diuinis processiones sint in identitate naturæ, necesse est fateri, ibi relationes dari, quæ secundum diuinas accipiuntur processiones. Ad primum ergo dicitur argumentum, qđ Boetius nõ negauit relationes reales in diuinis, nisi per modum

inhęrentis

inhęrentis secundum ꝓpriam rationem relationis, quo modo rectè dicitur de Deo nō prędicari: non tamen subterfugi debet, quin ibi sint relationes per modum ad aliud se habentes. Ad secundum respondetur, quod datur duplex identitas, vna, in numero quæ consideratur, altera in natura. Hoc secundo modo Boetius loquutus est loco citato, & nō primo: quare argumentū de identitate habet concedi penes naturam, sed negari penes numerum, quo modo nos hic loquimur de relationibus diuinarum personarum. Ad tertium argumeutum, minor ꝓpositio sic debet intelligi, qđ illa, quæ solam rationē, siue intellectus operationē in ipsis rebus intellectis tantùm consequuntur, dicant rationis relationem tantùm, quia ratio eas adinuenit inter duas res intellectas. At illæ relationes, quæ consequuntur operationem intellectus, quæ sunt inter verbum intellectualiter procedens, & illud, à quo procedit, non debent dici relationes tantùm, sed rei, quia ipse intellectus, & ratio est quędam res, & realiter comparatur ad id, quod procedit intelligibiliter, sicut res corporalis ad id, quod corporaliter procedit, & ita paternitas, & filiatio sunt relationes reales in diuinis. Explanato iam primo dubio succedit alterum de missione actiua. Num debeat dici actio transiens, vel immanens. Pro cuius intellectu arbitror distinguendum esse de significatis ipsius actionis: tribus enim solet accipi modis: vno modo, vt est de genere qualitatis, & sic dicetur immanens, vt intellectio, & volitio, tales enim actiones sui termini in esse reali productiuæ non sunt, sed tantùm in esse obiectiuè. Altera est de genere relationis, vt dictio actiua, quæ intellectionis est productiua. Tertiò dicitur actio de genere actionis, vt est im-

pressio actus intelligendi in intellectu possibili, vbi respectus transmutantis ad transmutatum, vel agentis ad passum importatur. Istæ duæ vltimæ dicuntur actiones transeuntes, eò quia dicunt respectũ ad terminum, vt productum, vel passum, & non quia sint in alio, quàm in agente, oĩs enim actio formaliter est in agente. Dici ergo debent actiones transeuntes, non formali transitione, sed terminatiua tantùm. His ita ordinatis, septem nunc conclusiones sunt ponendæ. Prima est. In Deo non est actio, neq; passio ad intra, loquendo tamen de actione de genere actionis: & ratio assignatur, quia ibi in diuinis non est recipere, neq; recipi; nec id mirum uobis debet videri, quia oĩa diuina sunt subsistentia, & actus purus. Altera conclusio. In diuinis ad extra conceditur respectus actionis, sed non passionis: Deus enim nihil patitur, sed tantùm influit, & causat. Tertia conclusio. In diuinis ad intra est actio immanens, quia Deus intelligit, & diligit se. Quarta conclusio. In diuinis ad extra dicitur esse immanens actio, quia Deus intelligit, & creaturas diligit, quæ sibi extrinsecæ sunt. Quinta conclusio. In diuinis ad intra est actio transiens, loquendo tamen de actione de genere relationis, quia ibi est dicere, & spirare, quæ sunt actiones sui termini productiuæ. Sexta conclusio. In diuinis ad extra est actio transiens, quoniam Deus creaturas producit, & conseruat, nec non in ipsis transmutationes facit. Septima, & vltima conclusio. Missio actiua Spiritus sancti est actio transiens ratione cõnotati, nam talis missio per se duplicẽ rationis respectũ significat, scilicet ad missum, & ad eũ, cui fit missio, ex quibus facile patebit, quid pro determinatione huius quęsiti sentiendum sit. Et hęc satis.

VTRVM

VTRVM MISSIO SIT QVID NOTIONALE, VEL ESSENTIALE.

Lectio LV.

NE quid ad nostram pertinens vtilitatem silentio omittamus, arbitror hodierna die in dubium reuocandum illud esse de missione, num quid dicat notionale, aut essentiale. Prima fronte quibusdam videtur quid notionale dicere, nam id quod vni, vel duabus conuenit personis, & non omnibus, notionale est, at missio duabus aptatur personis, filio scilicet, & Spiritui sancto, ita qđ nō omnibus. Pater enim non legitur missus: igitur missio est aliquid notionale. Preterea Beda in quadam Homelia dicit apertè, quòd Spiritus sancti missio est eius processio, atqui talis processio quid notionale est: igitur & missio. Pro determinatione huius quęsiti, quid notionale primò, quid essentiale secundò, enodandum erit: illud ergo notionale est, quod proprium alicuius personæ vnius, vel duarum includit, & dicitur notionale, à nosco noscis, quia facit notitiam de persona, quantum ad aliquid pertinens ad personarum distinctionem. Illud verò essentiale nuncupatur, quod tribus conuenit personis diuinis ratione essentiæ absolutè, vel alicuius attributi absoluti. Quo supposito, videtur posse dici, qđ in diuinis quędam nomina dentur purè essentialia, quędā alia purè notionalia, & quędam alia partim essentialia, & partim notionalia. Purè essentialia, Domini, hęc sunt, bonus, sapiens, & huiusmodi alia. Purè verò notionalia, vt generatio, spiratio, & similia, partim notionalia, & partim essentialia, sunt includentia vtrunque,

vtrunque sine pluribus nominibus, V.g. missio dicitur exitus personæ à persona, sed talis exitus est per originem, quæ pertinet ad notionem: igitur missio includit aliquid notionale. Includit quoq; aliquid essentiale, vt patebit rectè intuenti, nam missio effectum in creatura importat, & talis effectus in creatura est opus cõmune toti trinitati ratione cõmunis essentiæ, & potentiæ, missio itaq; vtrunq; includit, scilicet aliquid notionale, & essentiale, q d aũt prius, ac principalius includat, ad hoc dici poterit, quod essentiale: essentialia enim, vt norunt Docti, notionalia precedunt. His ita positis, ad argumentum primum potest dici, quod quamuis conueniens vni, vel duabus personis notionale quid importet, ob id nõ tollitur, quin etiam possit aliquid essentiale importare, vt sapientia genita, & sic est in proposito de missione. Ad secundum dicitur, quod Spiritus sancti missio sit eius processio, & quid notionale, nihilominus preter hoc, quid aliud includere, vt puta effectum in creatura quis inficias ire audebit? sed tale est essentiale: quare argumentum iam redditur solutum, & hec de quesito à nobis non magno verborum apparatu proposito satis dicta sint.

VTRVM ALIQVA PERSONA POSSIT MITTI A SE IPSA, ETC.

Lectio LVI.

NE *quid vitio mihi dari possit assumpta ex verbis Magistri sent. occasione, duo in presenti dubia excitabo: quorũ primum. Vtrum aliqua persona possit mitti à se ipsa,*

vel

vel ab illa, à qua nō procedit. Insuper, Vtrum missio visibilis filio competat. Circa primū, ita D. Aug. lib. iiii. de trin. fatur, veluti generari est filium esse à Patre, ita cognosci, filium esse à Patre, est mitti à Patre, sed cognitio ista causari potest à filio: igitur filij missio potest esse à se ipso. Nunc ostendo, quod aliqua persona in diuinis ab illa mitti possit, à qua non procedit, Nam Esaiæ dicitur ex persona filij, Et nunc misit me dominus, & Spiritus eius: igitur filius mittitur à Patre, & à Spiritu sancto, sed non procedit à Spiritu sancto: potest ergo vna persona mitti ab alia, à qua non procedat. Preterea Ambr. libro de Spiritu sancto ait. Filius datus est nobis. Datus est, audeo dicere à Spiritu sancto: igitur, &c. In oppositum se habet D. Aug. lib. tertio de trin. dùm dicit, quod ab illo mittitur filius, à quo emanat, at à Spiritu sancto non procedit, sed à Patre, non ergo pōt aliqua persona in diuinis mitti ab illa, à qua nō procedit, nec à se ipsa. Pro determinatione igitur huius difficultatis primæ, vnum notatu dignū debetis animaduertere, scilicet, nullam personam à se originari, nec se ipsam mittere posse, nisi tamen velitis largè loqui de missione, ꝓ datione, vel pro qualicunq; liberali communicatione capta, quo modo persona dicetur se ipsam mittere posse. Nam datio in hunc modum considerata, siue liberalis communicatio dati à dante, vel communicati à communicante, originem non importat. Nunc soluendæ sunt rationes, & primò prima ab Aug. adducta, qua D. Aug. non comprehendebat, quicquid ad missionis rationem pertinebat, sed illud tantùm, quòd consequi ad missionem videtur, nam per effectum in creatura causatum à persona missa, per virtutem, quā habet à persona

sona mittente, tunc per quandam appropriationem possumus in originis illius persona, quæ mittitur, cognitionem deuenire: mitti enim dicitur filius, quando in creatura sapientiæ donū fit. Spiritus verò sanctus dicitur mitti cum dono charitatis, quæ charitas Spiritui sancto appropriatur, & hoc quia procedit vt amor, & verbum, vt notitia, cui propterea appropriatur sapientia, non ergo oportet, quòd oīs persona habens super effectum istum authoritatē sit mittens, sed illa sola, quæ habet authoritatem super personam, quæ mittitur, & super missionis effectum: quare ex dictis sub quo sensu loquutus sit D. Aug. de facili patebit rectè intuenti. Illud verò Esaiæ, dicunt quidā, debere intelligi ad literam de missione prophetæ, propterea in proposito non videtur locū habere. Ex alio latere secundum glosam videtur, quod debeat intelligi de Christo, iccirco debetis scire, filij triplicem dari missionem, in carnem, in mentem, & ad prędicationem. Duæ primæ missiones filio, quo ad personā, & naturam diuinam competere dicuntur, & loquendo de his pōt dici, qđ propriè filius non mittatur, nisi à Patre. Missio verò tertio modo sumpta filio conuenit secundum naturam humanam, super quam habet Spiritus sanctus authoritatem, hinc filius ratione humanæ naturæ dici pōt à Spiritu sancto missus, & à se ipso, quia Christus ratione naturæ diuinæ, super se ipsum habet authoritatem secundum naturam humanam. Ad illud Ambr. ex dictis poterit responderi, si dixerimus: aliud esse dare, & aliud propriè loquendo mittere, quęlibet enim persona se ipsam pōt dare, mittere aūt non. Et hęc de primo dubio. Subsequitur alterū, dūm quęritur. Vtrum inuisibilis missio filio in diuinis competat. Circa

quęstionem

questionē hanc, vt video, multa dicenda essent, verū, quia studeo breuitati, & vtilitati, propterea tria in ordine prēmittā, ex quibus apparebit, quid sit tenendum. Primum igitur respicit, qđ quid est inuisibilis missionis. Alterū est, qualiter filio cōueniat. Tertium, & vltimum respicit inuisibilem filij missionem per comparationē ad illam Spiritus sancti inuisibilem missionem. Quantum ad primum, de quod quid est missionis, quid sim dicturus audite, missio enim, vt alias tactum fuit, nihil aliud est, quàm exitus vnius personæ ab altera, cui si addatur visibile signum, missio visibilis dicetur, vt visio columbæ, siue missio super Christū in suo baptismate: per priuationē uerò huius exterioris signi visibilis, tunc inuisibilis dicetur, & hęc nil aliud est, quā missio personæ à persona ad sanctificandum creaturam solo interiori opere, absq; signo exteriori visibili, & apparenti: & ita de tribus à me propositis iam primū patet. Circa secundum debetis scire, qđ inuisibilis missio videtur filio competere, sicut Spiritui sancto. Nam, vt dona uoluntatem perficientia ascribuntur, siue Spiritui sancto appropriantur, sic dona intellectum perficientia ipsi filio: filius enim per modum intellectus procedit, & Spiritus sanctus per modum voluntatis, sed Spiritus sanctus mitti inuisibiliter dicitur, cū dona alicui dantur perficientia uoluntatē absq; signo visibili, vt charitas, &c. igitur & filius inuisibiliter mitti dicetur, cum alicui absq; signo visibili dona intellectum perficientia dantur, vt sapientia, & huiusmodi. Quantū ad tertium, filij inuisibilis missio, & Spiritus sancti collatæ adinuicem duobus habent considerari modis: vno modo, quātum ad realem diuersitatem, alio modo, quantum ad actualem separationem:

parationem: si primo modo, realiter differunt: missio enim duo includit, videlicet exitum personæ à persona: Insuper effectum caussatum in creatura, & quo ad vtrunque, filij missio realiter differt à missione Spiritus sancti: nam generatio, qua filius exit à Patre, alia est à Spiritus sancti processione, qua exit ab vtroque; deinde donum, quod perficit intellectum, vt sapientia, dicitur aliud à dono, quod perficit uoluntatem puta à charitate: quare, &c. At si comparentur, quantum ad actualem separationem, tunc erit dicēdum, quòd vna missio nunquā fit sine alia, cuius ratio assignatur, quia amor notitiam supponit: quare Spiritus sanctus nunquam mitti dicetur sine filio. Et hęc satis.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI, ETC.
Distinctio XVI.
Lectio LVII.

Satis superq; de Spiritus sancti temporali processione vna cū Magistro sent. in superioribus sermonibus nostris verba fecimus. Nunc oratio dirigenda est ad eius missionem visibilem, de qua acturi tria peculiariter perpendemus. Spiritum sanctū primò visibiliter esse missum. Insuper filij, & Spiritus sancti missiones qualiter adinuicem se habeant. Demum quo modo per has missiones filius, & Spiritus sanctus se habeant ad Patrem. Circa segmenti primi explanationem hanc conclusionē ꝓpono. Spiritus sanctus duobus dicitur modis missus, scilicet visibiliter ad filij modum, & inuisibiliter. Num res ita se habeat, quęso audite. Nam

Spiritus

Spiritus sancti temporalis missio quid est, nisi creaturæ sanctificatio? sed creaturæ sanctificatio duobus fieri solet modis: igitur Spiritus sanctus dupliciter missus dici debet. Minor, quia apud nonnullos suspecta posset videri, propterea à simili habet manifestari. Vt ergo filius duplici via missus, in carnem visibiliter, & in hominum mentes castas inuisibiliter, ita Spiritus sanctus visibiliter apparuit in linguarum ignearum specie in die pentecostes, alijsque vicibus in columbæ specie; insuper quotidie fidelium mentibus inuisibiliter illabitur. Sed dicetis, visibilis illa Spiritus sancti missio quid fuit? ad hoc respondetur, quod nil aliud fuit, nisi quędam ipsius apparentia, vel manifestatio in corporali creatura, tanquam in manifestationis signo, vt inducit in textu Magister sent. & authoritate beati Aug. probat. Exposito his, & enodato paucis verbis primo puncto de tribus propositis, succedit alterum dilucidandum, vbi Magister conferendo Spiritus sancti, & Filij missiones adinuicem qualiter se habeant, perbellè docet: nõ ergo Spiritus sanctus minor realiter tota trinitate dicendus propter ipsius visibilem missionem, sicut filius propter suam, non enim Spiritus sanctus columbam assumpsit, vt columba esset, sed vt in ea tantùm appareret, necnon vt per eam inuisibilis missio insinuaretur; filius aũt humanam naturam assumpsit, non solum vt in ea appareret, verum etiam, ut homo esset: quare filius secundum visibilem illam missionẽ minor dicitur non solum Patre, sed ẽt se ipso, & angelis, vt ibi patet, Minuisti eum paulò minus ab Angelis, &c. Ad quod corroborandũ extant multæ authoritates in textu Magistri, quas vt laconicè procedam, in presenti missas facio. Et hęc de duobus segmentis.

segmentis. In tertio enucleando, & vltimo, qualiter scilicet filius, & Spiritus sanctus, penes has missiones se habeant ad Patrem, est ita dicendũ, quod Pater authoritate donationis maior sit filio sibi essentialiter ęquali: nec id mirum vobis videri debet: nam apud Hylarium nono de trin. hęc verba proposito nostro inseruientia leguntur. Donantis authoritate Pater est maior, non tamen per doni confessionem filius debet dici minor, licet donans sit maior, quo enim modo minor ille est, cui vnum esse donatur? ait etenim, Ego, & Pater meus vnum sumus. Et hęc de segmentis tribus.

VTRVM SPIRITVI SANCTO VISIBILIS COMPETAT MISSIO, ETC.

Lectio LVIII.

NE quis nos ignauiæ meritò accuset, non timebimus hodierna die quęsita duo ex prędeclaratis originem ducentia proponere, illaq; excutere, primum quorũ erit. Vtrum Spiritui sancto visibilis missio competat. Alterum, Vtrũ scilicet talis Spiritus sancti visibilis missio Christo fieri debuerit. Circa primum, rationes pro parte negatiua quędam formari posse videntur, quarum prima sic. Filius propter naturam, in qua visibiliter missus est, Patre minor dicitur, vt Io. xiiii. legitur. Pater maior me est. At Spiritus sanctus minor Patre minimè dicitur, non ergo visibiliter missus: quare, &c. Preterea, per missionem persona diuina nouo modo dicitur esse in creatura, at Spiritus sanctus nouo modo nequaquã fuit in illis creaturis, in qbus visibiliter apparuit,

apparuit, sed tantùm eo modo, quo communiter est in oĩbus rebus, scilicet ꝑ essentiam, per potentiam, & per presentiam: igitur dici nequit, qđ in illis visibiliter sit missus. In oppositum se habet illud Io. xvi. dicentis: Cum venerit paraclitus, quem ego mittam uobis: & loquitur de missione visibiliter facta in Die Pentecostes; Spiritus ergo sanctus dici debet visibiliter missus. Pro determinatione itaq; rei in dubitationem uocatæ tria videnda erunt: in primis quid sit missio visibilis, deinde ꝓpter quid fit, vel ad q̃d sit vtilis, inde tertiò propositum patebit. Quantum ad primum, est sciendum, quòd missio visibilis super missionem absolutè captam signum visibile addit, sed missio exitum personæ à persona ad aliquid causandum in creatura denotat, nec non oĩa ista includit missio visibilis: iccirco ob tale signum visibile missio visibilis nuncupaturi ex quo de facili inter apparitionẽ, & visibilem missionem differentia colligi poterit: apparitio enim personæ diuinæ solum manifestationem per visibile signum dicit: vnde cuilibet cõuenire personæ põt. At missio tantùm personis ab alio exeuntibus, vt sunt filius, & Spiritus sanctus. Quantum ad secundum attinet, intelligendum venit, quod oĩs missio tàm uisibilis, quàm inuisibilis propter gratiam fiat, & hec duplex est: ꝑsonalis scilicet, & causalis, siue uniuersalis. Illa personalis personã respicit secundum se ipsam. Altera verò respicit personam in ordine ad aliam. Si de prima loquamur, tunc dicetur ad hanc inuisibilem ordinari missionem, quæ ad solam creaturæ sanctificationem, cui fit missio. Propter secundam missio visibilis fit ad doctrinam fidei confirmandam, vtilis igitur missio visibilis. Ex quibus omnibus tertium clarum apparet, qđ Spiritui

K sancto

sancto uisibilis missio competat, & hoc ad mysterium gratiæ significandum acceptum. Nunc diluenda ueniunt argumenta, & primi dubij erit finis. Ad primum ergo similitudo negatur de filio, & de Spiritu sancto, nam filius, si Patre minor est, hoc habet, quia naturam assumpsit humanã, at Spiritus sanctus non, immò semper fuit distinctus suppositaliter à creatura, cui apparuit, & sic primum argumentũ ruit. Ad secundum minor potest negari, vt falsa, quia Spiritus sanctus, vt persona diuina, dicitur esse de nouo in creatura visibili, sicut in signo manifestatiuo inuisibilis missionis. Et hęc de primo dubio. Ad secundum accedo, & quęro. Utrum Spiritus sancti visibilis missio debuerit fieri Christo, siue ad Christum. Pro parte negatiua arguunt quidam primò ita dicentes, visibilis missio signum est interioris missionis inuisibilis, at ad Christum inuisibilis missio minimè facta fuit, nisi forte in primo illo instanti suæ conceptionis: igitur postea ad ipsum uisibilis fieri non debuit: quare, &c. In oppositum se habet illud, quod legitur de Christo: Super quem facta fuit in specie columbæ missio. Pro responsione igitur eorum ratio, quæ sunt ad finem, sumenda erit ex fine: finis verò uisibilis missionis dicitur cognitio plenitudinis gratiæ in aliquo, à quo in alios debet redundare, & hoc, ut magis ei credatur. Hinc propterea tria per ordinem apparent: primũ est, q̃d uisibilis missio ante Christi aduentum fieri non debuit, & ratio assignatur, quia ante tempus plenitudinis gratiæ signum dari non debuit, sed tempus plenitudinis gratiæ in Christi aduentu incepit: igitur ante ipsum missio uisibilis fieri minimè debuit. Et licet in ueteri testamento legatur, quod filius, & Spiritus sanctus apparuerint: nun-

quam

quam tamen leguntur uisibiliter missi. Alterũ in ordine secundum consideratione dignum est, quod missio uisibilis modo fieri non deberet, & ratio est, quia nunc fideles sumus, & fidelibus loquimur, qui non egent argumentis fidem probantibus, sicut tunc temporis. Demum notandum est, quòd missio uisibilis ad aliquam mulierem fieri non debet, & ne quis uestrum id in cassum prolatum existimet, sic declaratur, missio enim uisibilis fieri solet ad gratiæ in alios redundantiam significandam per ministerium suum, siue per prędicationem suam, at mulieri non permittitur prędicare, aut docere, iuxta illud primæ ad Thim. ii. Mulierẽ in Ecclesia docere non permitto: igitur nec missio uisibilis ad mulierem debuit fieri, nisi fortè ex speciali priuilegio. Nunc superest argumentum soluere, deinde ad alia properare. Dicitur ergo ad primum, & unicũ argumentum, quòd missio Christo pro tempore facta fuit, quo per ipsum in nos gratia diffundi debuit, & non in instanti suæ conceptionis, quãdo ad eum missio inuisibilis facta fuit. Hęc in tantùm.

VTRVM SPECIES, IN QVIBVS SPIRITVS SANCTVS APPARVIT, FVERINT veræ res.

Lectio LIX.

R*Emanent adhuc (Nobiliss. Auditores) duo in dubitationem uocanda: quorum primum sic se habet. Vtrum scilicet species, in quibus Spiritus sanctus apparuit, fuerint ueræ res. Insuper quęritur. Num in diuinis Pater filio maior*

dici possit. Quantum ad primũ, pro parte affirmatiua sic arguitur, Spiritui veritatis aliqua fictio minimè conuenit, at Spiritus sanctus est ueritatis: igitur sibi non conueniebat apparere sub speciebus, quæ non essent ueræ res. Deinde uox, quæ audita fuit super Christum baptizatũ, uera fuit, alioquin non immutasset auditum: à simili ergo columba, quæ apparuit, uera fuit; res itaq; ueræ fuerũt illæ, sub quibus, vel in quibus Spiritus sanctus visus est, siue apparuit. Ex alio latere totum mihi videtur oppositum esse dicendum, nam verus ignis uerè ēt comburit, nisi miraculosè impediatur, vt factum fuit de tribus pueris in fornace ignis ardentis. At linguæ igneæ, quæ Apostolis apparuere, aliquid minimè combusserunt, nō igitur ueræ res fuerunt. Pro intellectu huius primæ difficultatis duo mihi consideranda occurrunt: Primum est, in quibus uisibilis missio fuerit facta speciebus. Alterũ est. Vtrum species illæ fuerint ueræ res, nec ne. Quantum ad primum, dicitur, quòd apparuit in forma columbæ, nubis lucidæ, in specie flatus, & in forma ignis. Primò in forma columbæ, in signum redundantiæ gratiæ; columba enim animal ualde fęcundum dicitur. Insuper, in forma nubis lucidæ, cuius est lumen suum diffundere, & spargere veluti Doctorum lumen Doctrinæ est diffundere. In forma pręterea, siue in specie flatus, ad gratiæ diffusionem insinuandam, per eos faciendã, per sacramẽtorum administrationem: Vnde eis est dictum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: &c. Vlterius in forma ignis, Vt essent verbis perflui, & charitate feruidi, suam, & aliorum zelantes salutem: & sic habetis, quare Spiritus sancti missio in prędictis facta sit, videlicet, in nube lucida, in linguis igneis,

&

& in flatu. Circa secundum, Vtrum fuerint vera res, nec ne, certitudinaliter sciri non pōt, & ratio assignatur, quia questio est de facto; si verò de possibilitate foret, difficile tunc temporis nō esset respondere, potuit enim Spiritus sanctus in vera columba apparere, & sic in alijs. Nunc rationes diluendæ sunt, pro quarum solutione scire debetis, quod aliquid esse vera res, duobus habet considerari modis: vno modo extra, alio modo in imaginatione: si primo modo, tunc debet dici, quòd illę species in re extra res veræ fuerunt, scilicet extra existentes; alio mòdo in imaginatione tantùm, non in re extra, quo modo pręsens quęsitum non sumitur: nã extra res veræ erant, licet in imaginatione tales non essent, quales apparebant. Ex his ergo, quid ad rationes dicendum, patere potest: primæ enim duæ volenti primum tenere modum iam claræ. Secũdum aũt alium tenentes modum, tunc ad argumentum in oppositũ esset dicendum: fuisse miraculum, qđ ignis, qui sedit super discipulos, nihil combussit. Et hęc de primo quęsito. Cui succedit alterum, dùm quęritur. Vtrũ Pater sit filio maior. Hylarius apertè, & expresè cira negotium hoc ad partem affirmatiuam declinat; igitur erit filio maior. In contrarium verò se habet in Symbolo Athanasius, dùm dicit, qđ In hac trinitate, nihil maius, aut minus. Pro determinatione igitur huius negotij scire debetis: Hylarij verba in arguendo inducta fuisse: nam certum est, quòd propriè loquendo, Pater maior filio dici nō potest, ibi enim est vna summa bonitas, & infinita: quare maius, & minus ibi non erunt, nisi pro vt maius sonat originis authoritatem, ibi sumatur, quo modo Pater erit filio maior, quia est à Patre vel dicatis; Patrem filio

 maiorem,

maiorem, quantum ad naturam assumptam, sub quo sensu Athanasius in Symbolo loquebatur dicendo: Aequalis Patri secundum diuinitatẽ, minor Patre secundũ humanitatẽ. Et hęc de ppositis.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI.
Distinctio XVII.
Lectio LX.

DE *Spiritus sancti visibili missione sub speciebus creatis ex quo verba fecimus, consequenter nunc de eiusdem missione inuisibili per charitatis infusionẽ pertractandum: & hęc de nexu pręsentis distinctionis cum pręcedenti. Diuiditur deinde pręsens distinctio in segmenta septem: in quorum primo lemma cum probatione ponitur. In altero instantia quędam diluitur. In tertio conclusio cum rationibus. In quarto altera succedit pręcedenti. In quinto obijciemus, & soluemus. In sexto occasione noua assumpta, adhuc instabimus; demum quęstiones duas è medio tollemus. Quantum ad primum, lemma sit hoc. Spiritus sanctus existens charitas, tunc nobis inuisibilis datur, vel mittitur, cum Dei, & proximi in nobis efficit, vel dilectionem talem operatur. Illud enim, qđ nos in Deo manere facit, est sola charitas, & Deum in nobis. At hoc est maximum Dei donum, Spiritus ergo sanctus inuisibiliter nobis dari, ac mitti dicitur, cum Dei, & proximi in nobis dilectionem operatur. At hic velim notetis, qđ hac in parte Magister sent. non tenetur: existimat enim, qđ Spiritus sanctus, qui est amor Patris, & Filij, sit illa charitas, qua se adinuicem*

uicem diligunt, & nos Deum, & proximum diligimus, sed allucinatur, quoniam illa charitas, qua se diligunt Pater, & Filius increata est, & nostra creata: iccirco Magistri sent. opinio nulla. Explanato primo puncto, accedit alterũ in ordine secundum, vbi ex dictis instantia oritur talis. Si Deus est charitas, videtur hoc intelligi debere per causalitatem tantùm: sicut ẽt dicitur, Deus est spes mea, & patientia nostra, quia & spem, & patientiam causat in nobis: Deus ergo charitas dicetur, quatenus sit causans charitatem in nobis. Huic difficultati vt occurramus, modum hunc loquendi sacræ scripturæ cõsonum minimè esse, dicemus: nam licet reperiatur Deus est spes mea, & patientia mea, cum tali additione: nullibi tamen inuenitur iste modus loquẽdi: Deus est charitas mea, sed benè absolutè, Deus est charitas, in signum, qđ Deus est essentialiter charitas. Accedit insuper his punctum tertium hac conclusione contentum. Spiritus sanctus, qui charitas est, in nobis augeri, vel minui, secundum qđ in ipso proficimus, vel deficimus, catholicè non debet negari. Quod sic probatur: illud enim, quod communiter concessum est, & in sacra scriptura reperitur, catholicè teneri põt, atqui Spiritum sanctum augeri, vel minui, secundũ quod in ipso proficimus, vel deficimus, est huiusmodi, propterea catholicè non debet negari. At ingenio pollentes video hic uos dubitare posse, sub tali verborum forma. Si consonum foret sacræ scripturæ dicere, Spiritum sanctum augeri, & minui in nobis, hoc quoq; dissonũ non esset, Spiritum sanctũ augeri, & minui, sed hęc ualdè absurda sunt, nõ ergo Spiritus sanctus dici debet augeri, & minui in nobis. Pro certitudine huius difficultatis uelim sciatis: ly,

augeri, & minui ad duo posse referri, vel ad Spiritus sancti essentiam, vel ad nos. Si primo modo, certum est, quòd secundum se, & in se, Spiritus sanctus nec dicitur augeri, nec minui. At si quo ad nos, tunc augeri in nobis, & minui poterit dici. Dùm verò dicitur dari non habenti, hoc ob id minimè fit, vt alicubi incipiat esse, vbi prius non esset, quia vbiq; est, sed quia alio modo incipit ibi esse; id est nouo modo, qualiter prius non erat. Pro confirmatione huius veritatis in textu Magistri sent. extant multæ authoritates. Et hęc de tribus segmentis. In quarto habetur hęc positio. Spiritus sanctus diligendi actum per seipsum sine virtute media operatur in nobis. Ad probandam quam positionem Magister vti videtur eodem argumento contra prius dicta, qđ Spiritus sanctus sit charitas. Si ergo dilectio, qua nos Deum diligimus, non videtur esse dilectio, qua nos diligit Deus, non itaq; charitas, qua nos diligimus Deum, erit Spiritus sanctus. Consequentia tenet pro tanto, quia dilectio, qua nos diligit Deus, est Spiritus sanctus, & illa, qua nos Deũ diligimus, cum non sit eadem; iccirco charitas nostra non erit Spiritus sanctus. Ad qđ confirmandum posset adduci beati Aug. testimonium, vt in textu Magistri habetur, nam visus est uelle dicere, qđ alia sit charitas, qua Deus diligit nos, & alia, qua nos diligimus Deum. Et hęc de quatuor punctis. In quinto adhuc cõtra idem instantia talis adducitur. Nihil est à se ipso, sed charitas est à Spiritu sancto, non ergo charitas est ipse Spiritus sanctus: minor Aug. authoritate declaratur, qui ita fatur. Dilectio, qua Deum diligimus, est à Spiritu sancto, sicut fides, qua in Deum credimus. Proposita difficultate, nunc ut diluatur vnà cũ Magistro in

textu dicemus: nullum esse inconueniens, idem esse à se ipso: non tamen simpliciter, sed quatenus nobis à se ipso datur, sub quo sensu, loquebatur D. Aug. dum dicebat, quòd charitas à Spiritu sancto est, & quòd ipsa charitas est ipse Spiritus sanctus, diuersimodè tamen, nam Spiritus sanctus est charitas dans, & nostra dicitur data. His sexto loco noua accedit dubitatio, siue instantia, nam nulla animi affectio essentialiter dicitur Spiritus sanctus, sed charitas, qua nos diligimus Deum, sic se habet, non ergo erit Spiritus sanctus; minor patet per Aug. ita dicentem, qd̄ charitas est animi motus. Ad hanc instantiam dici pōt, qd̄ charitas sit animi motus effectiuè, quatenus nos ad Deum diligendum mouet. Nec id miſũ vobis uideri debet, quòd charitas, quæ Spiritus sanctus est, animi motus dicatur, cũ de ipsa diuina sapientia legatur, qd̄ sit mobilior omnibus mobilibus: nam actiuè sic: Passiuè non. Demùm vt manus extremà huic distinctioni imponatur, duæ quęstiones proponentur, atq; soluentur. Quęritur ergo primò. Cur Spiritus sanctus non ita benè dicatur mentis affectio ad credendũ, & sperandum, sicut ad diligendum? ad hanc primam è medio tollendam quęstionem scire debetis, quòd Spiritus sanctus dicitur operari alios actus, & virtutũ motus mediatè, idest mediantibus habitibus infusis, V. g. vt credere mediante habitu fidei, & sperare mediante habitu spei, alios verò per se, & immediatè absq; habitu quocunque, vt actũ diligendi. Nunc ad formam difficultatis primæ debet dici, qd̄ ibi non benè, & rectè affectio animi ad credendum, vel sperandum pōt Spiritus sanctus nominari, quoniam mediatè operatur, at hic immediatè; rectius ergo hic, quàm ibi animi affectio debet dici.

Accedit

Accedit altera quęstio. Vtrum per donum, quod est Spiritus sanctus, oĩa alia dona dentur? Magister vt respondeat, quòd sic, videtur fateri: negat tamen, quòd omnes, qui Spiritum sanctum habent, omnia dona habeant, sed aliqui illa, & aliqui ista, qua in parte Magister sent. nõ probatur, nec rectè satisfacit dubitationi. Dicamus igitur nos vnà cum Aug. in lib. xv. de trin. per donum, quod est Spiritus sanctus, omnibus membris Christi multa dona diuidi, non enim singuli quinque omnia habent, sed hi illa, & alij alia, prout spiritus vult: Et hęc de tota distinctione satis.

VTRVM CHARITAS PONENDA SIT, HABITVS CREATVS, ETC.

Lectio LXI.

IN animum induxi meũ hodierna die pro vberiori doctrinà eorum, quæ tacta fuere à Magistro sent. duo examinare quęsita, & primò. Vtrum de necessitate charitas sit ponenda habitus creatus ad hoc, vt homo Deo reddatur gratus, & charus. Insuper, Vtrum gratia habitualis ponenda sit ad merendum corã Deo. Circa primum extant rationes pro parte affirmatiua in medium adducẽdæ: quarum prima sic se habet: Nullus de non grato fit gratus, vel de non charo charus, nisi per aliquam mutationem, vel in ipso, vel in altero factam, sed homo fit gratus, non per mutationem factam in Deo: igitur per aliquam mutationem factam in ipso; atqui nulla fieret in homine mutatio, nisi gratia quid creatum poneretur in ipso: igitur charitas, siue gratia, qua Deo grati, vel,

chari sumus, erit ponenda habitus creatus. Deinde sic arguitur à simili, vt enim à fide quis fidelis, ita à charitate charus, sed per primum fides ponitur quid creatum: igitur & charitas propter secundum ponetur quid creatum. In contrarium dicetis vos, esse Deo gratum quid est, nisi esse dilectum à Deo? at dilectio Dei in Deo est diligente, & non in homine dilecto: ad hoc ergo, quòd homo fiat gratus Deo, non videtur aliquid in eo de nouo creatum, siue causatum, vt actus, vel habitus ponendum. Ad hanc quęstionem terminandam tria dicenda erunt, & primò, quòd homo possit Deo esse gratus, & charus, antequam gratiam, & charitatem sibi formaliter inhęrentem habeat. Insuper, quòd ad esse Deo gratum, vel charum necessariò necessitate absoluta non sequatur hominem habiturum quandoq; gratiam, vel charitatem sibi formaliter inhęrentem. Tertiò quòd ad esse Deo gratum, vel charum necessariò necessitate conditionata (scilicet ex suppositione diuinæ ordinationis) hominem quandoq; gratiam, & charitatem habitualem formaliter inhęrentem habiturum sequatur. His ita pręmissis, nulla difficultas respondendi apparet argumentis. Dùm ergo primò dicebatur, quòd nullus efficitur gratus de non grato, nisi per aliquam in eo mutationem, &c. Ad minorem potest dici: hoc esse verum, quantum ad denominationem extrinsecam, at si consideretur dilectionis actus in Deo, qui est ęternus, procul dubio aliter esset dicendum; in via ergo dilectionis effectus, quantum ad dona gratiæ, cùm non sit ęternus, propterea minoris propositionis sensus, vt diximus, erit intelligendus. Ad secundum argumentum, negatur similitudo de fideli, & grato, vel charo Deo: nam nullus videtur dici posse

fidelis ex sola denominatione extrinseca, sicut gratus, vel charus, eo quia à solo Deo dilectus, & ideo prima denominatio, qua quis fidelis dicitur, aliq̃d formaliter esse in ipso perficiens ipsum arguit, siue sit habitus, siue actus. At denominatio, qua quis Deo dicitur gratus, siue charus, non exigit, nec necessariò aliquid formaliter inhærens homini requirit, per q̃d gratus, vel charus dicatur. Sola igitur denominatio extrinseca ex dilectione diuina consurgens illa est, ad quam iuxta diuinũ beneplacitum in nobis aliquid sequitur nos formaliter perficiens. Ad tertium in oppositum dicitur, quòd quamuis Dei dilectio nõ in nobis, sed in Deo sit, ex ea tamen fiunt in nobis gratiæ dona, qua Deo sumus grati, & ideo licet à Deo dilectum esse, necessariò gratiam habitualẽ non exigat, ipsa tamen ad diuinam sequitur ordinationem, vt paulò ante diximus. Iam enodato primo quæsito, superest alterum. Quæritur ergo secundò, Vtrũ necessariò debeat ad merendum corã Deo habitualis gratia poni. Pro parte negatiua quidam ita ratiocinari videntur. Vt se habet fides ad actum credendi, ita charitas ad actum merendi, at videtur, quòd homo sine fide habituali, & infusa omnia credere possit: igitur sine charitate habituali, & infusa, poterit homo in actum merẽdi. Minor declaratur sic, nam quidam hæreticus fide infusa carens, ex articulis multos credit, & eadem ratione omnia credere posset: igitur, &c. Præterea: actus, qui sunt eiusdem speciei in essendo, sunt eiusdẽ efficaciæ in agẽdo, sed actus diligẽdi Deum ex charitate, & actus diligẽdi Deũ absq; charitate, sunt eiusdem speciei: igitur, si vnus est meritorius, & alius; non igitur charitas ad merendum necessaria; minor, quæ posset negari, sic probatur,

quoniam

quoniam habitus acquisitus actus precedentes habitus sequentibus sunt similes. Insuper in hunc modum arguitur, si charitas ad meritum, vel propter meritum requireretur, aut esset ꝑpter meritum de condigno, aut de congruo: non primo modo, q̨ a apud Deum non meremur de condigno: non de congruo, quia peccator tali merito suam meretur iustificationem, licet gratia careat: igitur charitas, vel gratia in nobis ad merendum non erit potenda. In contrarium argui pōt sic. Omnis voluntatis actus sine gratia, vel charitate purè naturalis est, tunc ex puris naturalibus, si gratia nō esset necessaria, mereri possemus, q̄d sonat heresim Pelagianam: gratia ergo ad merendum erit necessaria ad hanc heresim fugiendam. Pro determinatione igitur huius questionis charitatem increatam, & creatam dari, supponere debetis. Increata est Deus, iuxta illud Io. iiii. Deus charitas est. Creata dicitur esse gratia nobis à Deo collata. Nunc ad argumentum primum respondetur, concedendo similitudinem de illo, qui sine fide infusa credere possit, & sine charitate Deum diligere, negandum tamen est, quòd horum actus sit meritorius. Possunt ergo illi & credere, & Deum diligere, sed non meritoriè absq; gratia, & charitate infusa ex diuina ordinatione supposita. Ad secundum dicitur, q̄d actus nostri tripliciter possunt considerari: vno modo secundum esse naturæ: alio modo secundū esse moris: quo modo & boni, & mali sunt moraliter. Tertiò secundum esse meriorium, vt hic in proposito loquimur: concedi igitur potest, quòd quilibet horum actus similes sint, quantum ad efficaciam moralem sibi proportionatam, & dissimiles ex diuina ordinatione, in eo scilicet, quod opus nostrum Deo reddunt acceptum,

ptum, vt vita ęterna remunerandum: ideo actus habentis charitatem vitæ ęternæ meritorius dicitur, & alius non. Ad tertium argumentum dicendum est, quòd nec propter meritum de solo congruo, nec de condigno strictè, ac simpliciter, vel propriè sumpto debeat poni charitas habitualis, vel gratia: at propter meritum, quod est de condigno non simpliciter, sed secundũ pręsuppositionẽ ordinationis diuinæ, idest ex suppositione statuti diuini, nõ aũt ex puris naturalibus, vt dicebat Pelagius, possumus de condigno mereri.

VTRVM SECVNDVM NATVRALIVM PROPORTIONEM CHARITAS DETVR, ETC. Lectio LXII.

AD merendum corã Deo viso, quæ sit ponendi necessitas charitatem habitũ creatum, ex consequenti nunc primò quęrendum. Vtrum charitas ipsa detur, ac conferatur secundum proportionem naturalium. Insuper, Vtrum in charitate existens certitudinaliter in ea esse cognoscere possit. Circa primũ pro parte affirmatiua arguunt nonnulli sic. Vt ad gloriam se habet gratia, ita ad gratiam natura, at gloria secundum gratiæ modum, & proportionem confertur: igitur & charitas secundum naturæ proportionem dari debet. Ad huius quęsiti euidentiam est primò sciendum, charitatem à duobus pendere, scilicet à Deo influente, & subiecto recipiente, ꝓpterea charitatis mensura ex his duobus consideranda, contingit etenim charitatem inęqualiter dupliciter dari, vno modo, ex parte Dei influentis (supposita tamen ęquali

dispositione

dispositione subiecti recipientis) alio modo contingit, inequaliter charitatem dari ex parte recipientis inequaliter se habentis, quæ inequalitas penes duo potest attendi, scilicet subiecti naturam, vel eius dispositionem. Si consideretur, quo ad subiecti naturam, dicendum erit, quòd charitas secundum proportionem naturalium minimè detur, at si consideretur, quantum ad subiecti dispositiotionem, per quã homo aliqualiter reddit se charitate dignum, saltẽ de congruo, tunc dici poterit, infallibiter charitatem dari secundũ proportionem conatus ad bonum, & ad Dei amorem. Nunc ad argumentum formatum, neganda est similitudo de gratia respectu gloriæ, & de natura respectu charitatis, & gratiæ, quia gratia immediata ponitur dispositio ad gloriam, at natura non sic disponitur ad gratiam, nisi mediante conatu, qui non semper est secundũ naturæ proportionem, vt aliàs tactum fuit. Et hęc de primo quęsito. Cui succedit secundum, dùm quęritur. Vtrum existens in charitate valeat certitudinaliter se in illa esse cognoscere: pro parte affirmatiua tres solẽt rationes formari, ab Aug. prima octauo de trinitate sic dicente. Qui diligit fratrem, magis nouit dilectionem, qua diligit, quàm fratrem, quem diligit, sed fratrem certitudinaliter nouit: igitur & se in charitate esse. Pręterea homini nil sua fide est certius: igitur à simili, nil sibi certius erit sua charitate. Demum sic instatur, homo peccans certitudinaliter potest scire, se peccare: igitur diligendo certitudinaliter videtur posse scire, quãdo sit in charitate. In oppositum extat illud Eccles. ix. Nemo scit, vtrum amore, vel odio dignus sit: quare, &c. Pro certitudine itaq; huius quęstionis, debetis primò scire, quęstionem hanc non

esse

esse de quid nominis charitatis, nec quid rei, sed tantùm, quia est. Vnde sensus est. Vtrum quis cognoscere possit se charitatem habere, non cognitione quid nominis, nec quid rei, sed benè q a, idest vt affectio, quæ suo insit proprio subiecto. Post hęc cõclusio ponitur talis. Nullus, quo ad se ipsum, cognitionem habere põt de charitate per certitudinem, siue certitudo desumatur ab actu, siue ab obiecto charitatis: maximum tamen signum, nos ducere valens in gratiæ, & charitatis cognitionem, est cõscientię remorsu carere. His pręmissis ad argumenta nunc respondendum, primò ad primum, cuius maior vera dicitur, quantum ad essentiam actus, non ob id diligens fratrem nouit, vtrum actus ille acceptus sit Deo, ex quo solo sciri põt per certitudinem, qđ sit à charitate. Ad secundum, primò similitudo de fide, & charitate negatur; Insuper, sicuti nullus per certitudinem charitatem habere infusam põt, sic nullus certitudinaliter poterit scire, se fidem habere, & licet experiamur nos credere, nescimus tamen, vtrum ad hoc inclinemur per habitum infusum, nec ne; & ita ratio secunda ruit. Ad tertiam dicimus, aliud esse scire se peccasse, vel peccare, & scire, vtrum sit primum peccatum patratum; benè concedi potest, quòd quis sciat se peccasse: An verò fuerit primum peccatum, nescit: quare certitudinaliter quis scire non poterit, se primò in charitate esse, scilicet naturaliter, & certitudinaliter: benè id poterit scire supernaturaliter, siue ex reuelatione diuina, nec non coniecturaliter: & hęc de duobus segmentis in initio mei sermonis propositis satis.

VTRVM

VTRVM CHARITAS AVGERI QVEAT, ETC.
Lectio LXIII.

TRia adhuc mihi quęsita occurrunt declaranda, deinde ad subsequentem accedam distinctionē. Primum igitur erit. Vtrum charitas augeri queat. Insuper, Vtrũ per quemlibet actum augeri dicatur meritorium. Tertiò, Vtrum in infinitum augeri possit. Quantum ad primum, pro parte negatiua argumentari solent quidam primò sic. Omne, quod auctioni subditur, vel motui, idest augetur, vel mouetur, quocunq; motu variari dicitur, at charitas, & vniuersaliter omnis forma inuariabilis est secundum sex principiorum auctorem: igitur & charitas: quare, &c. Pręterea, si charitas augeretur, hoc esset penes gradus in essentia, vel in esse: primo modo non, quia hoc speciem variat, nec secundo modo, quia tale esse simplex est, vt essentia: nullo itaque modo augeri potest. In oppositum se habet Aug. ad Bonifacium, & glosa i. Corin. xi. quod charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici: igitur, &c. Pro quęstionis huius determinatione, velim vos scire: circa pręsentem hanc materiam varias inueniri opiniones, quas ego breuitatis amator, & veritatis omittam, vt rationibus adductis respondeamus. Ad primam igitur in ordine de forma secundum essentiam inuariabili dici potest in proposito, hoc duobus considerari posse modis, vel respectu formæ, vel respectu subiecti, in quo habet esse. Si primo modo, argumentum currit inuariabilis enim est forma, & charitas, quoniam non est subiectum variationis: at si consideretur variatio secundum terminum in subiecto,

biecto, tunc nullum erit argumentum: nam, vt hic loquimur nos, habet attendi charitatis augumẽtum ex parte subiecti, in quo charitas habet esse. Ad secundam rationem dicitur, quòd charitatis augumentum attenditur secundum gradus, qui speciem minimè variant; extensiuè ergo charitas augeri dicitur. Huic accedit secundum quæsitum. Vtrum charitas per quemlibet actum meritorium augeatur. Pro parte affirmatiua, primò sic arguitur. Quemadmodum per quemlibet actum charitate informatũ homo vitam æternam mereri dicitur, ita à fortiori tenendum, quòd charitatis augumentum mereatur. Insuper actus primus, vel aliquid ad habitum operatur, idest ad augumentum habitus, vel non; si sic: ergo eadem ratione tertius, & quartus. Si non, eadem ratione, nec secundus, nec tertius: igitur aut habitus nunquam augebitur, quod est falsum, aut per quemlibet actum augebitur, & ita patet intentum. In oppositũ extat illud, qđ charitatis habitus non ex actibus nostris, sed à Deo influente prouenit: quare per nullum actum nostrum poterit augeri. Ad hanc difficultatẽ terminandam, arbitror illud consideratione dignum fore, qualiter actus nostri ad habitus infusos se habeant: mihi enim videtur, quòd differenter; nam habitus acquisiti ex actibus nostris causantur: infusi verò à Deo. Quo stante, ad primum dici põt argumentum: maius esse mereri charitatis augumentum, quã vitam æternã, quia per illum actum, per quem charitatis augumentum meremur, vitam quoq; mereri dicimur, & quid aliud, scilicet charitatis augumentum, sed non è conuerso; nam nos per oẽm actum, per quem vitam æternam meremur, charitatis augumentum mereri non dicimur. Ad argumẽ-

tum

tum secundum respondetur, quòd habitus acquisitus causatur ex vnico actu, quantũ ad essentiam habitus, & per quemlibet actum sequentem augetur. De habitu aũt infuso, vt est charitas, ad quam se habent actus nostri solum meritoriè, non ita euenit, quoniam per illos actus solum meremur augumentum habitus. Ad argumentum verò in cõtrarium probans ex actibus nostris charitatem minimè augeri, potest dici: hoc verum esse effectiuè: at meritoriè, & dispositiuè secundum conatus volentis, & operantis aliter contingit. His duobus quęsitis tertium breuibus verbis quęsitum addendum. Vtrum charitas in infinitum queat augeri. Hic via resolutiua vt procedam, dicam, quòd sic, de possibili loquendo de potentia Dei; nam virtute diuina fieri potest hoc, qđ in infinitum augeatur, sic quòd nunquam ad infinitum in actu deducatur. At dicetis. Si charitas augeri põt, nunquid etiam minui poterit? ad hoc dicitur, quòd sic, & quòd non, quantum ad essentiam, non, at quantum ad actus feruorẽ, sic. Nam minuitur, sed non extinguitur per veniale peccatum, & quando extingueretur, hoc non esset ex malis actibus nostris, nisi demeritoriè, à Deo autem effectiuè, & priuatiuè per culpam nostram. Et hęc satis.

VTRVM EADEM RATIONE SPIRITVS SANCTVS, ETC.
Distinctio XVIII.
Lectio LXIIII.

E*Xpositurus vobis in pręsenti distinctionem decimam octauam choerentiam primò docebo: Insuper ad diuisionem*

distinctionis accedam. Tertiò singulis partes diuisas aperiam: quo ad primũ, ansam mihi minimè parit continuatio huius distinctionis cum superiori, ex quo enim loquutus est Magister sent. de Spiritus sancti temporali processione tàm visibili, q̃ inuisibili. Nunc intendit verba facere de proprietate, secundum quam Spiritui sancto conuenit temporaliter procedere, vz. de proprietate doni. Post nexum diuisio sequitur; nam Magister tria pollicetur, iuxta quæ distinctio vsurpatur. Primò docet, quo modo Spiritus sanctus donum, & datum dicatur. Insuper, vnde donum esse sumatur. Tertiò, quo modo Spiritus sanctus, & ad quem referatur, vt datum. Circa primi segmenti expositionem ita procedam: nam primò propositionem proponam; deinde ad probationem accedam. Propositio igitur sit talis. Spiritus sanctus, & donum, & datum dici pōt. Donum meritò suæ ꝓcessionis ęternæ, & datum ex tēporali .s. processione: an hoc verum sit, audite. Illud, quod ab ęterno ante oēm creaturam Spiritui sancto conuenit, propriè de Spiritu sācto dici pōt, sed esse donū Spiritui sancto ante oēm creaturam ex ęterna processione conuenit: igitur donum debet dici, & datum ex temporali processione, quæ connotat, & coexigit creaturarum existentiam. At pro maiori intellectu huius rei vnà cum Magistro, forsitan quęretis, Num Spiritus sanctus donum, & datum eadem ratione sit nuncupandus. Ad hoc responderi pōt, ꝙ sic: nā eiusdem rationis esse videntur donum, & datum cum vtrūq; eorum à datione dicantur: at rectè perpendenti apparebit totum oppositum, quia Spiritus sanctus alia, & alia ratione donū dicitur, & datū: donū quatenus nobis fuit donabilis in tempore, qui futuri eramus.

Datum

Datum insuper ab actuali datione, eò q a nobis temporaliter detur; sed dicetis: in diuinis fides nõne ꝓcedit à Patre? Insuper, nonne datus est nobis? certè sic. Cur ergo, & donum, & datum non dicitur, vt Spiritus sanctus? huic cauillationi vt respondeamus, ita dicemus: filium quidem processisse ęternaliter, & temporaliter, vt donabilem nobis, ob id tamen donum dici minimè posse, & ratio assignatur, quia filius non solum vt donabilis procedit, verum ēt vt genitus. At Spiritus sanctus, vt donabilis procedit non vt genitus, idest per modum uoluntatis, & filius per modum naturæ; quare ratio doni, & dati Spiritui sancto alia ratione, quàm filio debet conuenire. Et hęc de primo huius distinctionis puncto. In altero subsequēti Magistri intentio est aperire nobis viam cognoscendi, vnde singulariter donum sumatur: non enim videtur, qđ Spiritus sanctus ex quacunq; processione habeat donum dici, sed tantùm ab illa ęterna processione, qua propriè procedit à Patre, & filio. An res ita sese habeat, audite. Vt filius se dicitur ad natiuitatē habère, ita Spiritus sanctus ad processionem; at filius ęternaliter nascēdo à Patre recipit, qđ sit filius: igitur Spiritus sanctus ęternaliter à Patre, & filio procedendo recepit, quod sit Spiritus sanctus. Cum itaq; Spiritus sanctus exinde habeat, qđ sit donum, vnde habet, quòd sit Spiritus sanctus, & hoc non dicatur habere ex quacunq; processione, sed ex ęterna: igitur ab eadem, quòd sit donum. Et hęc de partibus duabus nostri sermonis. Accedit tertia, & vltima, vbi Magister sent. nititur manifestare, quo modo Spiritus sanctus secundum doni, & dati rationes se habeat, & ad quem referri: videtur enim quòd Spiritus sanctus in eo, qđ datum

 est,

est possessiuè tamen loquendo, habeat se tàm ad Patrem, quàm ad filium, quàm ẽt ad nos. Nam, vt dici solet, Spiritus sanctus Patris, & Filij, non secus Spiritus sanctus noster: & ne sine ratione loquentes erubescamus, ita dicamus, quòd Spiritus sanctus in eo, q̃d sempiternè donum est, ad Patrem, & ad filium referatur: quatenus uerò datum, vel donatum dicitur habet referri ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus datur: quare Spiritus sanctus dicetur eius, qui dat, & illorum esse, quibus datum. Vnde Aug. lib. v. de trin. ait. Q̃d datum est, ad eum, qui dedit, refertur, & ad eos, quibus dedit. Itaq; Spiritus sanctus non tantùm Patris, & Filij, qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus; Et hęc de tribus segmentis à me propositis.

AN DONVM SIT QVID ESSENTIALE, ETC.
Lectio LXV.

IN *superiori meo sermone memini, me loquutum esse de Spiritu sancto, qui & donum, & datum à Magistro sent. in textu dicebatur. Nunc pro maiori intellectu huius negotij, animi mei vehemens applicatio necessaria ad quęsitum vnum exponendũ de dono, solet ergo quęri. Vtrum donũ in diuinis quid notionale, aut essentiale sit. Mihi primo pro parte affirmatiua videtur esse dicendum, quòd sit essentiale, quia nullum notionale essentię conuenire dicitur, sed esse donum essentię conuenit: igitur. Minor declaratur per Hylarium octauo de trinitate dicẽtem, q̃d essentia est donum, quod filio à Patre datur: in diuinis ergo donum, quod*

essentiale

essentiale, non notionale erit. Preterea, quicquid percipitur in diuinis, personarum exclusa distinctione, illud essentiale est, atqui donum in diuinis intelligitur esse personarum seclusa distinctione, quia & si non esset, nisi vnica tantùm per possibile in diuinis persona, adhuc tamen se ipsam dare posset: igitur, &c. Postremò sic instatur, oē dicens respectum ad creaturam, tribus diuinis personis commune est, & essentiale, sed donum dicitur respectum includere ad creaturam, cui datur: ergo, &c. Illud tamen D. Aug. septimo de trin. opponitur, quod verbum non dicitur, nisi filius, nec donum, nisi Spiritus sanctus. At quod vni solum personæ conuenit, notionale est, non essentiale: igitur, &c. Pro argumentorum solutione, quęsitiuè determinatione, arbitror, illa quæ donum includunt consideranda fore; tria enim importat. Respectum primò ad dantem, & ad illum, cui datur secundò. Demum liberalitatis modum, quo datur: donum enim est dantis, fitq; per liberalem cōmunicationē accipientis. Notandum est preterea, cui propriè doni competat ratio: nam in diuinis, videtur solum, quòd respectu creaturarum debeat sumi doni ratio, & sic ęquè propriè essentiæ, sicut personis diuinis cōuenire dicetur, licet soli personæ Spiritus sancti appropriatē ascribatur, siue approprietur, qui vt amor, & per modum uoluntatis procedit. His ita positis, argumenta de facili soluentur; ad illud ergo Hylarij dicentis, qđ essentia est donum, qđ à Patre filio datur: ergo donum videtur sumendum respectu diuinorum, & nō creaturarum. Respondetur, qđ ibi donum sumitur largè loquendo, scilicet pro eo, quod alteri ex necessitate naturæ communicatur, nos verò hic loquimur de dono strictè sumpto, pro

ut alicui liberaliter sit communicatum. Secundum argumentum probabat, quod esse donum cuilibet personæ conueniret respectu creaturarum, qđ admittitur. Ad vltimum verò sic respondetur, non omne respectum ad creaturam importans tribus personis esse cōmune, vt patet in mysterio incarnationis, quæ soli filio competit. Et quia talis respectus in ratione termini est, ideo vni personæ conuenire potest, & non alteri; benè respectus principij effectiui necessariò; tribus communis est personis diuinis & ratio est, quia super potentiam tribus communem fundatur: hinc videtur, argumentum hoc tertium probare id, quod probabat secundum, licet defectuosè. Ad illud verò in oppositum, qđ solus filius dicitur verbum, & solus Spiritus sanctus donum, potest responderi; intelligendum non esse per aliorum exclusionem, sed benè per appropriationē, vt aliàs est dictū. Et hęc pro quęsito primo sufficiant pauca.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS EO SIT DONVM, QVO DEVS, ETC.
Lectio LXVI.

SE *se mihi duo adhuc examinanda offerunt quęsita, deinde ad subsequentem distinctionem exponendam accedam. Solet igitur quęri. Vtrum Spiritus sanctus, eo sit donū, quo Deus: Insuper, Vtrum conuenienter dicatur Spiritus sanctus noster. Circa primum solent formari rationes pro parte negatiua quędā, & prima sic. Reduplicatio inhęrentiæ pręedicati ad subiectū dicit causam, at Spiritum sanctum esse Deum, non videtur esse causa,*

quare

quàre sit donum: nam multa dantur dona, quæ nõ sunt Deus: non ergo Spiritus sanctus debet dici donum, quo Deus. At video, vos in oppositum, vt ingenio pollentes, his verbis instare. Quicquid habet filius sua generatione habet, ita quicquid Spiritus sanctus habet, sua processione habere dicetur: vtrunq; igitur videtur habere per processionem. Hic velim vnum scitu dignum notetis, quod esse aliquo, vt nostro inseruit negotio, duobus habet sumi modis: vno modo formaliter, alio modo originaliter: dùm ergo quęritur. Vtrum Spiritus sanctus sit eo donum, quo Deus; ad hoc põt dici, quod non: nam dicitur Deus quo, idest formaliter deitate, & donum donabilitate formaliter. Si rursus quęratur. Vtrum Spiritus sanctus eodem modo originaliter sit donum, & Deus, tunc respondendum, qđ sic. Nam quicquid habet Spiritus sanctus vnica origine habet, qua à Patre, & Filio procedit, siue illud sit esse Deum, siue esse donum. His ita positis, vnica omnibus volo satisfacere distinctione pręsupposita argumentis. Quæ igitur prius formata pro parte negatiua formaliter cõcludunt, & illa pro parte affirmatiua originaliter habent cõcedi. Et hęc de prima quęstione. In altera quęritur. Vtrum dici possit Spiritus sanctus est noster, sicuti Magister in textu videbatur uelle; declinando ergo ad partem negatiuam dico, quòd non: nam ly noster, est pronomen possessiuum, sed Spiritus sanctus non possidetur à nobis, sed è cõuerso non ergo, &c. Insuper non benè dicitur filius noster: ergo à simili nec dicetur benè Spiritus sanctus noster. In oppositum se habet Magister in textu. Rursus hoc idẽ dicitur iiii. Regum de Spiritũ Helię, pro quo Helíseus orabat. Pro huius ergo quęsiti veritate,

velim

velim sciatis, nominum diuinorum, quędam ad nos importare habitudinem, & quędã non: exemplum primi, vt Pater, Saluator, Redemptor, & Creator, & alia huiusmodi effectiuè ad actionem nostram spectantia: quo modo benè dici solet, Pater noster, Saluator noster, Redemptor noster, Creator noster. Quandoq; etiam sumi videntur sub habitudine finis, vt quando dicitur: Deus est finis noster: exemplum secundi in diuinis, vt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quæ inter se referuntur, & habitudinem adinuicem habent, sed ad nos minimè; propterea non benè dicitur filius noster, quoniam habitudinem habet ad Patrem, & non ad nos. Similiter non benè dicitur, Pater noster, sumendo Patrem personaliter, sic enim solum Pater filij appellatur per generationem diuinam. At si sumatur Pater essentialiter per creationem; tunc conuenienter dicetur, Pater noster, & hoc propter habitudinem principij effectiui ad nos. Insuper eodem modo non videtur posse dici conuenienter, quòd Spiritus sanctus sit noster, cum habitudinem ad nos minimè dicat primò, nisi quatenus nobis donatur secundariò. Spiritus ergo sanctus personaliter, vel essentialiter captus, noster dici non poterit, nisi vt nobis datur, & ita, quid ad argumenta formata vtriusq; partis respondendũ, patet ex dictis.

HIC DE QVALITATE TRIVM PERSONARVM.
Distinctio XIX.
Lectio LXVII.

H*Actenus loquuti sumus de personarũ diuinarũ distinctione, & origine, propterea consequẽter de earundem ęqualitate*

litate agendum. Distinctio hęc in segmenta tria vsurpari posse videtur: in quorum primo diuinarum personarum ęqualitas declaratur. In secundo, ꝓpositio ponitur. In tertio, & vltimo altera propositio ad deitatem pertinens. Primum quęso punctum accipite, vbi inquiritur diuinarum personarũ ęqualitas his verbis. Personæ diuinæ, quo ad ęternitatem, magnitudinẽ, & potentiam sunt ęquales, ibi .n. non est excessus: ergo ęqualitas. Antecedens patet, quoniam magnitudo, æternitas, & potentiã in diuinis minimè sunt excedentia: igitur ibi æqualitas: qđ non sint excedentia, patet; nam magnitudo, æternitas, & potentia sunt vna essentia in diuinis, licet tria hęc diuersimodè nominẽtur: diuinæ ergo ꝑsonæ inter se æquales. D. Aug. breuibus hanc nobis volens manifestare verbis ęqualitatem in libro de fide ad Petrum dicebat: nullus horum, aut ęternitate pręcedit, aut magnitudine, aut superat potestate; nam ęternus Pater, ęternus Filius, ęternus Spiritus sanctus. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, non tres oĩpotentes, sed vnus omnipotens, nec tres ęterni, sed vnus ęternus. Ecce ergo, in quo personarũ consistat æqualitas, scilicet, quia alia aliam nõ excellit, aut æternitate, aut magnitudine, aut potestate. Et hęc de primo puncto. In altero secũdo in ordine hęc propositio ponitur. Diuinæ personæ in essentia sunt idem, quæ sic probatur: si nõ essent idem in essentia, tunc diuersæ, & ita different, vel situaliter, vt partes integrales in toto, vel localiter, vt partes subiectiuæ in vniuersali, vel materialiter, vel formaliter. At horum nullum põt cencedi: ergo minor per sufficientem enumerationem põt sic declarari: & primò, ꝙ in diuinis, ibi partiũ diuersitas non sit, vt in toto

integrali,

integrali, quia summa naturæ vnitas conceditur, cui qualiscunque partium diuersitas repugnat: igitur ibi æqualitas. Insuper, si in diuinis concedenda foret diuersitas, vt in aliquo toto vniuersali, ita vt essentia ad personas diuina se haberet, vt vniuersale, & ꝑsonæ, vt partes, possent proculdubio formari prędicationes de Patre, & Filio, vti de Sorte, & Platone, qui homines dicuntur. At Pater, & Filius in diuinis nõ dicuntur essentiæ, nec talis modus à Theologis conceditur: quare vt plurium diuersitas in toto aliquo vniuersali minimè debet admitti, nec etiam, vt in aliquo toto materiali, ita vt vna essentia sit trium personarum materia, vt aurum multorum vasorũ, quia tunc contingeret plus de essentia in duabus personis esse, vti plus de auro in duabus statuis, quàm in vna; sed diuina essentia non plus dicitur inueniri in duabus, quàm in vna: igitur non se habet vt materia ad personas: nec est, q̃d dicatis, duas personas in diuinis conuenire in essentia, vt in formali proprietate, quia si sic, tunc id quod prius dictum fuit, subterfugere non possemus, quia duo essent aliquid magis, quàm vnum, sed in diuinis hoc est absurdum: igitur, &c. At hic video, vos dubitare posse authoritate Damasceni dicentis, diuinam essentiam vniuersalem esse, & communem, & tres personæ tria sunt particularia: quare ratio superiùs adducta erit nulla. Ad hoc vt respõdeamus, Damasceni verba similitudinarie intelligenda forè, & nonpropriè, dicemus: ibi enim quędam conceduntur, quæ rei communis similitudinem tenent. Rursus aliqua rei particularis. Exemplum primi, vt essentia, exemplum secundi, vt diuinæ personæ, quæ numero dicuntur differre. Quo aũt modo id fieri possit, velim sciatis, aliqua numero

dici

dici differre duobus modis: vno modo sic, qđ vnum non sit aliud, vel aliq̃d aliud ab alio, sicut Socrates, & Plato numero differunt, quoniam Socrates non est illud, quod Plato, quo modo diuinæ personæ numero minimè differre dicuntur. Nam vna est illud, qđ alia. Alio modo numero differre dicuntur, quæ in enumeratione, seu cõputatione à se inuicem discernuntur, V. g. cũ numeramus aliquas res dicentes: vna, duæ, tres. Secundum quem modum catholicè diuinæ personæ dicuntur numero differre. Nam possumus dicere Pater, & Filius sunt duo, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt tres, & Pater est vnus. Et hęc de duobus segmentis satis. Superest tertium hac propositione contentum Omnes diuinæ personæ simul non sunt maioris deitatis, quàm vna, & vna, nec maioris, nec minoris, quã oẽs. An ita res se habeat, audite. Diuinæ personæ ex declaratis ęqualis magnitudinis, ac ueritatis sunt: ergo etiam ęqualis deitatis, qđ authoritate beati Aug. confirmatur, vt in textu Magistri habetur. Sed dicetis vos, ex quo sermo factus est de tribus personis diuinis, & edocti hunc modũ loquẽdi sumus. Deus trinus est. An dici poterit triplex? breuiter dico, quòd non, & ratio assignatur, quia triplicitas inęqualitatem pandit, quam in diuinis inueniri posse negamus. Vnde Aug. lib. vi. de trin. ait. Nõ quoniam Deus trinitas est, ideo triplex putandus est, alioquin minor esset Pater solus, vel filius, quàm simul Pater, & Filius. Cum itaq; tantus sit Pater solus, vel solus filius, vel solus Spiritus sanctus, quantus est simul Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nullo modo triplex est dicendus Deus.

Et hęc satis pro pręsenti.

VTRVM

VTRVM INTER PERSONAS DIVINAS SIT AEQVALITAS, ETC.

Lectio LXVIII.

QVoniam mentio facta fuit apud Magistrum sent. in prędeclarata distinctione de personarum diuinarum ęqualitate, & ęternitate, iccirco iuxta ista duo quęsita ponenda, & examinanda. Solet ergo primò quęri. Vtrum in diuinis detur ęqualitas. Pro parte negatiua sic instatur: vbi ęqualitas, ibi duarum, vel plurium adinuicem commensuratio est, sed Deus est magnus sine quantitate, vt docet Aug. igitur ei mensurari repugnabit, & ex consequenti ęqualitas ibi non erit. Insuper in diuinis si danda esset ęqualitas, vel hoc fieret penes essentiam, vel relationes, non primo modo, quia essentia dicitur esse magis identitatis fundamentum, quàm ęqualitatis, vt habet quinto diuinorum: ergo, &c. Deinde hoc idem confirmari potest sic; nam vbi ęqualitas est, ibi distinctio, sed in diuinis nulla datur distinctio, quo ad essentiam: igitur nec ęqualitas; sed dicetis vos. Si non secundum essentiam ęqualitas sumenda uenit, saltem secundum relationes. Huic D. Aug. occurrit in fine sequentis distinctionis: nullo igitur modo ęqualitas ponenda in diuinis. In oppositum in textu primò se habet Magister, deinde Athanasius in Symbolo suo, vbi dicit, quòd tres personæ coeternæ sunt, & sibi coęquales: ergo in diuinis ęqualitas. Pro determinatione igitur huius rei scire debetis, duplicem ęqualitatem dari, mollis videlicet, & perfectionis. Prima in diuinis non admittitur, at secunda conceditur. Nam

licet

licet tres sint distinctæ personæ, nihilominus est vna magnitudo, vna potentia, vna æternitas, & perfectio vna, penes quam æqualitas attenditur. Nunc ad argumenta diluenda properantes dicimus: primum ualere in his, vbi est quantitas mollis, non in proposito. Ad secundum potest responderi, quòd æqualitas penes essentiam, & essentialia attendatur, ut tamen habent rationem quantitatis virtualis, uel perfectionalis, & sic primum de duobus propositis dubijs remanet clarum. Huic nectitur alterum, dùm quæritur. Vtrum esse æternum Deo conueniat. Primo aspectu mihi uidetur, quòd non. Nam æternitas mensuræ nomen est: at nec mensura, nec mensuratum in Deo conceditur: igitur neq; esse æternum. Præterea, Deo nihil creatum debet ascribi, nisi secundum naturam assumptam, at æternitas quid creatum est, dicente Aug. lib. xxxiii. quæstionum, quòd Deus est causa æternitatis: igitur sibi conuenire non poterit, nisi secundum naturam assumptam, at hoc modo esse æternum sibi non competit, sed ex tempore: igitur nullo modo. In contrarium se habet illud Psalmistæ. Tu aũt in æternũ permanes, &c. Pro determinatione igitur huius quæstionis arduæ tria nobis consideratione digna occurrunt. Primum videtur pertinere ad quid quid est æternitatis, insuper quo modo ab alijs mensuris differat æternitas, tertiò ex dictis patebit ueritas. Quantum ad primum. Aeternitas importare uidetur durationem interminabilem: nam æternum dici solet, quasi extra terminos existens. Quod tripliciter esse potest, vno modo, quod attendatur interminabilitas secundum totum, licet non secundũ partes, quo modo interminabilitas posset tempori applicari à parte ante, & à parte post, secundum tamen

ponentes

ponentes motum potuisse ab æterno esse. Nam hoc modo tempus secundum sui totalitatem terminos non haberet, quelibet nihilominus pars temporis significata terminaretur. Deinde æternum solet accipi pro eo, quòd non sit terminatio, quo ad totum, nec quo ad partes, sub quo sensu angelo æternum competere posse videtur, potuit enim ab æterno creari, & in æternum permanere, quæ permanentia æquè esse totum angeli respicit, & non aliter totum, & aliter partẽ, quoniam ibi non ponitur pars, & pars. Vltimò æternum capi posse cernitur pro interminabilitate terminos habendi quo quo modo, qua uia nec motui, nec angelo, nec alicui creaturæ interminabilitas potest aptari: potuit enim omnis creatura de nouo recipere esse, & de nouo desinere esse per subtractionem diuinæ influentiæ, & talis interminabilitas, quæ impossibilitas habendi terminos durationis, est de ratione ęternitatis ꝓpriè captæ. Hanc diffiniens Boetius dicebat, quod æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Vbi videtur ab æternitate principium excludere durationis, & finem, cum dicit, interminabilis vitæ. Insuper oẽm in partibus successionem, cum dicit, perfecta possessio, non enim perfectè quid possidetur, nisi totum simul possideatur, & hęc de primo, ex quo apparet secundũ, scilicet qualiter ęternitas ab alijs discrepet mensuris, puta æuo, & tẽpore: differt enim in hoc, quòd tempus rei mensuram dicit semper difformiter se habentis in se per partium successionem secundum prius, & posterius. Nam dicitur mensura motus, per quam res semper se habet aliter, & aliter. Aeuum verò rei quidẽ mensura ponitur vniformiter se habentis in se: hęc tamen compatitur variebilitatem,

& transmutationem adiunctam, vel secundum locum, vel secundum formam; secundum locum, vt in corporibus celestibus, quorum esse, licet in se inuariabile sit, variationem tamen secundum locum adiunctam; & in luna secundum formā, quo ad lumen, & in Angelis, quo ad electionem, & cognitionem, vt quidā ponunt. Sed hic notetis, quod talis res variabilis est de non esse ad esse, per subtractionem influentiæ superioris causæ: ęternitas verò mensurā, vel potius durationē rei oīno inuariabilis in se dicit, in quo differt specialiter à tempore, nec compatitur secum aliquam variabilitatem, neq; secundum aliquid adiunctum, neq; de esse ad non esse, in quo ab æuo differt, & ita patet secundum, & ex his propositum, scilicet, quod ęternum Deo propriè conueniat, & soli; solus enim ipse ab esse nequit deficere, nec secundum se, nec secundū aliquid sui mutabilis est, vt Malach. iii. dicitur. Ego Deus, & non mutor. Alia verò oīa ab ipso defectibilia, quia pendent ab ipso. Nunc ad argumentum primum dicendum est, quòd ęternitas non sit nomen mensuræ, sed durationis diuinæ, vt enim primū in vno quoq; genere aliquo sui generis minimè mensuratur, sed benè aliorum mensura existit, & vt oīs motus metitur per primum motum, nec ipse dimetitur per aliquem alium motum, sic primum simpliciter in tota vniuersalitate entium aliquam non habet mensuram, sed solum mensura est, licet etherogenea. Nec dici debet, quòd sit ipso mensuret, quia oīs mensura realiter, vt realis, differt à mensurato, at hoc in diuinis admitti minimè debet, neq; quod ęternitas dicat ibi mensuram, sed benè eius durationem à nullo mensuratam. Ad secundum argumentum dicitur, qđ minor est falsa: ęternitas enim

M propriè

proprie sumpta nõ est quid creatum. Dùm verò Aug. dicebat, q̃d Deus est causa ęternitatis, ibi loquebatur de ęuo, q̃d est ęternitas, & participata, cuius Deus causa est, quo modo argumentũ currit, at nos hic propriè loquimur de ęternitate increata, idest pro esse Dei, & pro duratione esse diuini sumpta: quare argumentum nullum est. Et hęc de propositis.

VTRVM VNA PERSONA SIT IN ALIA, ETC. Lectio LXIX.

VT nobis aditus ad subsequentem pateat distinctionem facilis, quatuor hodierna die paucis percurremus verbis, & primò. Vtrum vna persona sit in alia per circumincessionem. Insuper, Vtrum in diuinis sit dare totum, aut partem; tertiò Vtrum veritas sit ens reale, vel rationis. Quartò Vtrum veritas habeat poni in rebus, vel in intellectu. Circa primum; Pro parte negatiua, potest sic primò argui. Si filius esset in Patre, tunc filiatio foret in Patre, & ita Pater esset filius, sed hoc est falsum: ergo, &c. Pręterea, si Pater in filio esse dicatur, ergo Deus in Deo, & sic ex consequenti Deus distingueretur à Deo, quod est falsum: igitur personarum diuinarum circumincessio non admittenda. Insuper filius exiuit à Patre, non ergo est in Patre, assumptum patet apud Ioan. xvi. In contrarium se habet illud Io. xiiii. Ego in Patre, & Pater in me est, vna ergo diuina persona in alia. Nunc ad argumenta respondendũ, & primò ad primum, hac pręmissa distinctione de esse in alio, vel per modum formæ, vel

per

per intimã inexistentiam; filius ergo, si esset in Patre per modum formæ, curreret argumentum, at non sic dicitur in Patre esse filius, sed secundo modo: quare argumentum est nullum. Ad argumentum secundum, prima consequẽtia cõceditur, at secunda negatur, non enim sequitur: Deus in Deo: ergo Deus distinguitur à Deo, immo fallacia cõsequentis cõmittitur; nam in prima ille ablatiuus, Deo, non distribuitur, & tamen distribuitur in secunda, virtute negationis inclusæ in illo verbo distinguitur. Ad tertiam rationem dicitur ad antecedens, q̃d filius exiuit à Patre per productionem passiuam, & non per separationẽ localem, aut essentialem, & ideo non sequitur, q̃n sit in Patre, quoniam Pater in se ipso filium producit. Et hęc satis de primo quęsito. Verũ q̃a de toto, ac parte, nec non de veritate in superiori distinctione mentio facta, iccirco circa hęc versaturi tria quęremus, & primò. Vtrum totum, & partem in diuinis sit dare. Pro parte negatiua sic arguitur. Vbi totum, & pars, ibi maius, & minus, sed in diuinis, nec maius, nec minus, cum sit summa ibi ęqualitas: ergo, &c. Prętereà, q̃d partis rationem habet, illud imperfectum est, sed in diuinis nulla datur imperfectio: quare nec ibi totum, nec pars concedenda. Ex alio latere, quia totum, & perfectum idem sonant, & in Deo perfecti maxime ratio reperitur: ergo & totius. Pro determinatione huius difficultatis, quot modis totum dicatur notare debetis: multiplex enim est, V. g. totum integrale, totum vniuersale, totum essentiale, totum potestatiuum, totum numerale, vt numerus aliquotum pluralitatem comprehendens, demum datur totum perfectionis, quod in diuinis cõceditur, vt essentia diuina oẽs continens perfectiones

vt totum. Nunc ad primum, his positis, dici potest argumentum, qđ currit de toto integrali, de quo hic nos minimè intendimus. Ad secundum respondetur, quòd pars tripliciter capitur, vel essentialiter, vel integraliter, vel secundum possesionem: primis duobus modis conceditur, quod tales partes habeant imperfecti rationem, at tertio modo negatur; Deus enim pars possesionis beatorum vocatur, quatenus à beatis possidetur. Explanatis in hunc modum duobus segmentis de quatuor propositis, duo alia supersunt, & primò. Vtrum veritas sit ens reale, vel rationis. Pro parte affirmatiua sic arguitur; vniuscuiusq; rei bonũ est ens reale, at veritas bonum intellectus, qui est res: ergo quid reale. Deinde illud, qđ non est quid reale, nihil videtur esse, at veritas nihil dici põt non esse, quia si sic, laborantes pro ueritate dicerentur incassum laborare, quod est absurdum, ueritas igitur quid reale debet poni. Pro intellectu huius difficultatis, primo quid sit ueritas, secũdo, in quibus reperiatur, notandum erit. Quantum ad primum. Veritas conformitas est, siue adequatio intellectus ad rem, & rei ad intellectum, nõ tamen essentialiter, sed obiectiuè, vel subiectiuè. Circa secundum dici potest, qđ ueritas in his oĩbus inuenitur, scilicet in re, in propositione, & in intellectu. Primo in re materialiter, in propositione vt in signo, tandem in intellectu, vt in cognoscente, vel subiectiuè, vel obiectiuè. Nunc ad argumentum primum põt dici, quod ueritas sit quid reale fundamentaliter. Ad secundum maior debet sic intelligi, qđ non est ens reale, nihil est, idest iuxta nihil, nam qđ non est ens reale, põt esse ens rationis, nam diuiditur ens in ens, extra animã, & in anima. Sed dicetis: si hęc responsio

esset

esset bona, tunc sequeretur, quòd veritas non esset ens reale, qđ est contra determinata; ad hoc dicitur, quòd ueritas sumpta obiectiuè, non est ens reale à ratus, rata, ratum, licet sit ens reale à uerbo reor reris: fundamentaliter tamen loquendo est ens reale. ***Ex his*** *quęsitum quartum de ueritate, num sit in in intellectu, vel in re, quid teñēdum breuiter patere potest. Nam si capiatur formaliter, tunc in intellectu habet esse obiectiuè. At si fundamentaliter, in re extra intellectum. & hęc de pollicitis, quæ si pauca fuerunt, ideo maiori attentione digna.*

NVNC OSTENDERE RESTAT, ETC.
Distinctio XX.
Lectio LXX.

PErbreuem quidem vigesimam in ordine huius libri primi distinctionem expositurí nexum in primis perpendemus, deinde ad diuisionē accedemus, tertiò partes, in quas vsurpabitur, manifestabimus, quartò, & vltimò quęstiones quasdam proponemus, illasq; terminabimus. De nexu (vt rem aggrediar) audite. Ex quò Magister loquutus est de personarum diuinarum ęqualitate magnitudinis in essendo, consequens erat de potestatis earundem in operando ęqualitate uerba facere. Diuidi modo hęc distinctio potest in segmenta duo principalia: in quorum altero ponitur conclusio. In secundo verò ꝓbatio. Quantum ad primum, conclusio sit talis. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus in ōīpotentia coęquantur. An res ita se se habeat, rationibus apparebit,

prima quarum elicitur ex Io. xvii. dicente, Oĩa mihi dedit Pater, idest, quicquid habet Pater, mihi dedit, sed oĩpotentiam habet: ergo omnipotentiam filio per generationem communicauit: omnes igitur personæ diuinæ sunt æqualis potentiæ. Hoc idem nona ratione, & in ordine secunda confirmari posse videtur. Nam si Pater filium in omnipotentia sibi æqualem nõ generasset, hoc vel factum fuisset, q̃a potuit, sed noluit, vel q̃a voluit, sed non potuit, vtrunq; istorũ falsum est: igitur & illud, ex quo sequitur. Propositio itaq; præmissa est vera. At quia minor aliquantulum suspecta videtur, propterea sic probatur. Nam Pater in diuinis, si filium sibi æqualẽ generare potuit, & noluit, tunc inuidus fuit non dando filio, q̃d naturalis proprietas requisiuit. Deinde si voluit, & non potuit: ergo Pater non omnipotens, sed infirmus fuisset: quare dicendum est, q̃d Pater voluit, & potuit, immo sibi æqualem in oĩpotentia generauit. Postremò ratione fundata super similitudine in generatione naturali reperta, pro corroboratione propositionis præmissæ, sit ista, Deus Pater est, & non minus communicatiuus generando filium Deum, quàm homo filium hominem generando, sed homo Pater, si æqualem sibi filium potuisset, ꝓculdubio genuisset: igitur Deus, qui summe potuit, æqualem sibi filium genuit. Et hæc de tota distinctione. Supersunt modo q̃sita duo examinanda in hoc quarto segmento, deinde erit finis. Quæritur ergo primò. Vtrum filius omnipotens sit, vt Pater. Insuper, Vtrum ordo naturæ in diuinis concedendus. Quo ad primum, pro parte negatiua sic arguitur: illud q̃d omnipotens est, in oẽm actũ potest: nam potentia dicitur respectu actus, sed filius in oẽm nequit actum, quia vt Pater generare

nerare non potest: igitur, &c. In oppositum se habet illud Athanasij in Symbolo dicentis, Omnipotens Pater, omnipotens filius, omnipotens Spiritus sanctus; pro notitia igitur huius rei scire debetis, omnipotentiam oĩa respicere possibilia, nullam contradictionem implicantia. Rursus velim notetis, omnipotentiam absolutè consideratam equaliter in tribus inueniri diuinis personis, relatiuè verò, vt nos hic loquimur, solum in Patre. Preterea generare posse non cadit sub omnipotentia, nec dicit quid, sed tantùm ad aliquid, iccirco nulli mirùm videri debet, si Patri, & non filio ascribatur: terminata enim est in filio ipsa generatio: quare, &c. Nunc ad argumentum primum est dicendum, quòd potentia actiua dicitur propriè respectu actus, per quem producitur id, quod verè est, & propriè alterum, vel aliud, & non est ipsum esse agentis, verum quia generare idipsum est, quod Patrem esse, & quia filius nõ est Pater, propterea posse generare, tantùm competit Patri, & non filio. At si inueniretis apud Aug. Patrem non esse omnipotentem, nisi equalem sibi posset filium generare, dicendum est: hoc disputando contra maximum hereticũ, non determinando, fuisse prolatum. Et hec de primo quesito. Circa alterum versaturi partem negatiuam defendentes in diuinis, ordinem nature minimè admittendũ, edocebimus, & primò sic. Vbi ordo ibi prius, & posterius, sed in diuinis non admittitur prius, neq; posterius: igitur nec nature ordo. Minor probatur per Athanasium in suo Symbolo. Insuper. Quicquid est in diuinis, vel est essentia, vel persona, vel notio; sed ordo non significat essentiam, neq; est aliqua personarum, aut notionum: in diuinis ergo nature ordo non concedendus.

Tertiò quicquid ordinatur, distinguitur, sed natura in diuinis non distinguitur: igitur nõ ordinatur, & ex consequenti naturæ ordo non admittitur. Pro responsione argumentorum notandum erit primò, qđ natura duobus capi solet modis: vno modo pro essentia rei completa, alio modo pro generatione, vel viuentium productione. Primo modo in diuinis naturæ ordo non ponitur, at secundo modo sic, quia vna persona ex altera procedit, & talis naturæ ordo sumitur ꝑ principio ordinis, id ſt secundum originem absq; prioritate. Nunc ad argumenta dicendum; & primò ad primum, quòd vbi est ordo, ibi prius, & posterius loquendo de ordine secundo modo capto, at de ordine absolutè accepto non sic; solũ enim habitudo distinctorum ad se inuicem requiritur, & sic in diuinis reperitur: nam ibi datur prima persona, secunda, & tertia: ordo ergo naturæ dicens defectum in diuinis minimè ponendus, sed sub illo sensu iam dicto. Ad argumentũ secundum, negatur minor, quia in diuinis ordo naturæ notionem orginis in communi significat, licet non in speciali. Ad tertium dicitur, quòd in diuinis non sumitur ordo naturæ, secundum quod ipsa natura ordinatur, sed tantùm in diuinis attenditur secũdum naturalem originem. Ad vltimum dicitur, quod natura quodam modo principij rationem importat, non autem essentia, propterea ordo originis nominatur, & melius ordo naturæ in diuinis, quàm essentiæ. Et hęc dé pollicitis satis.

HIC

HIC ORITVR QVAESTIO,ETC.

Distinctio XXI.

Lectio LXXI.

EXplanaturi vigesimã primã huius libri distinctionẽ de more nostro cohęrentiam primò cũ pręcedenti ponemus, insuper ad diuisionẽ festinabimus. Ex quo ergo Magister sent. accuratè docuit diuinarũ personarũ ęqualitatẽ magnitudinis in essẽdo, nec nõ põtatis ęqualitatẽ in operando: consequẽter edocturus est, qualiter exclusiuæ dictiones de Deo dicãtur, & circa hoc tria intelligenda vobis propono. Nam primò inquiritur. Nũ termini personales de personalibus cũ dictione exclusiua dicantur. Insuper, Nũ essentiales de personalibus cum exclusione verè ꝓnuncientur. Demũ via quędam, & modus traditur certus ad prędicta sanius intelligenda. Circa primam igitur partem intendentes, pro intellectu dictionum exclusiuarum in diuinis, hanc propositionem proponemus. In diuinis propositiones illæ, in quibus termini personales de personalibus terminis cum dictione exclusiua sumptis ꝓnunciantur, sunt concedendæ. Quam volens propositionem probare Magister, dubitat primò, cum superius dictum sit, quòd tantus sit solus Pater, quàm solus filius, quanti sunt illi tres, num hęc concedendæ, & si sic, sub quo sensu. Nam non videtur esse Pater sine filio, neque filius sine Patre, quo ergo modo debet hic modus loquendi intelligi? rectius, & commodius, quàm faciat Magister: hac in parte difficultati vt satisfaciamus, ita dicemus, q̃d illa particula, solus, vt exclusiua ad duo põt referri, vel ad personam, ita vt vnam ab

altera,

altera personam excludat, vel ad proprietatem relatiuam; primo modo capi non debet, quia non est vna persona sine alia, at secundo modo sic, quia ibi notatur proprietas relatiua vni, ita quod non alteri conuenire. Vnde sensus est. Solus Pater, idest, qui ita est Pater, quòd non filius. Similiter dùm dicitur solus filius, sensus est, qui ita est filius, quod eius filiatio alteri nequeat in diuinis conuenire, & sic apparet, quo modo in diuinis exclusiuæ dictiones debeant capi. Quid verò tenendum sit de illis propositionibus, in quibus de personalibus termini essentiales cum exclusione affirmantur, vt declaret Magister sent. ait, negandas esse tales propositiones, V.g. solus Pater est Deus. Spiritus sanctus est solus Deus, vel filius est solus Deus. Cur verò negandæ sint tales propositiones ratio facilis est, esse enim Deum toti trinitati conuenit, & non solum vni personæ. Sed dicetis: nonne termini essentiales de personalibus affirmantur? cur ergo non debent concedi tales propositiones? iam diximus causam, quia nomen Dei tribus diuinis personis cōmune est, quare, &c. Duabus iam enodatis partibus de tribus à me propositis, tertia, & vltima accedit, vbi modus generalis nobis traditur, quo predicta sanius intelligantur. Cum itaq; diuinæ personæ tantæ sint coherentiæ, ita vt earū vna nequeat exprimi absq; aliarū cointelligentia, iccirco licet in sacra scriptura quandoq; solus Pater nominetur, vel solus filius, inde tamen minimè separatur Spiritus sanctus. Quæ veritas Aug. testimonio ita dicentis confirmari potest. Verum si de solo Patre predicta dicerētur, non tamen excluderetur filius, vel Spiritus sanctus, quia hi tres vnum sunt. Et hec pro presenti satis dicta sint.

DE

DE DICTIONIBVS EXCLVSIVIS.
Lectio LXXII.

AD maiorem euidentiam eorum, quæ in proximo preterito Magistri sent. sermone dicta sunt, arbitror, duo maximæ considerationis quęsita in presenti parte examinanda fore. Quorum primum erit. Vtrum dictio exclusiua vni relatiuorum addita, reliquum excludat. Insuper, Vtrum exclusiua dictio verè addi possit termino essentiali respectu prędicati personalis, V. g. sic dicendo. Solus Deus est Pater. Quantum ad primum. Vnico medio negatiuo videtur sic posse argui. Dictio exclusiua, id, qđ est de intellectu rei, minimè excludit, idest rei, cui additur, V. g. quando toti est addita, partem tunc non excludit, nec homini applicata animal excludit, sed vnum cor relatiuorum dicitur esse de intellectu alterius, quare exclusiua dictio vni addita alterum non excludet. Ex alio latere in oppositum se habet illud, quod primo physicorum habetur, videlicet, quod dictio exclusiua addita principio principiatum excludit, at principium, & principiatum relatiuè dicuntur: igitur, &c. Pro determinatione huius rei duo perpendenda occurrunt, & primò, quid dictio exclusiua significet, maximè loquendo de illa circa terminum, cui adiungitur: deinde, quid habeat excludi per dictionem exclusiuã, & quid non, ex quibus, quid tenendum, de facili apparebit. Circa primum ergo, vt videre est lib. Elenchorum, apud Philosophum, solus dicitur hęc dictio exclusiua significare idem, qđ non cum alio. Quantum ad secundum, dici poterit, quòd exclusiua dictio, vt lo-

quimur

quimur in presenti, vni applicata personæ in diuinis aliam personaliter excludat, non tamen essentialiter. His ita positis, argumento adducto ab aduersarijs difficile respondere non erit: dicamus itaque, quòd dictio exclusiua illud excludat, quod est de intellectu rei, dùm modo non faciat cum re vnum per essentiam, vel per inherentiam, vt euenit, contingituè in relatiuis. Quæ predicta licet vera sint de virtute sermonis, in vsu tamen sacræ scripturæ, & sanctorum quandoque aliter inuenitur, ideo tunc temporis tales authoritates piè erunt exponendæ, scilicet in sensu, in quo fiunt, & non in sensu, quem de virtute sermonis faciunt. Et hec de primo quesito. Huic nectitur alterum, dùm queritur. Vtrum dictio exclusiua verè termino essentiali respectu personalis predicati addi possit, dicendo sic. Solus Deus est Pater. Mihi sanè videtur, quod non: nã si hec vera esset, solus Deus est Pater, à simili sua cõuersa foret vera: solus Pater est Deus, consequens falsum est: ergo & id, ex quo falsitas consequentis sequitur, consequentis falsitas probatur, quoniam tunc temporis sequeretur, quod filius non esset Deus, & hoc, quia dictio exclusiua vni correlatiuorum addita alterum excludit, vt alias dictum fuit. Deinde, quo modo soli Deo conuenire potest, quod sit tantùm Pater, cum esse Patrem ẽt creaturis competat? falsa ergo erit ista, solus Deus est Pater. In oppositum se habet Magister in textu, propterea pro veritate terminanda hac in parte notanda erunt nonnulla, ex quibus, quid tenendum, patebit. Notetis igitur primò, quòd hec dictio, solus, duobus considerari põt modis: vno modo chategoricè, siue chategorematicè, alio modo, synchategorematicè. Si primo modo sumatur, tunc importat

portat solitudinem (vt ita loquar) in illo, cui additur, & sic oẽs propositiones in diuinis, vbi ponitur hęc dictio, solus, falsæ sunt. Si verò, ly solus, capiatur, synchategorematicè, & exclusiuè, tunc duo consideranda: primum erit de veritate propositionum, in quibus dictio exclusiua ponetur ex parte subiecti. Secundum de veritate illarum, in quibus ex parte prędicati ponitur. Quantum ad primum, sciendum est, quod vel loquimur de veritate talium propositionum, quantum est ex virtute sermonis, vel quantum est de benigna interpretatione dictorum scripturæ, & sanctorum; si primo modo, sic est regula generalis, quod cum propositio, in qua ponitur dictio exclusiua ex parte subiecti, duas exponentes habeat ipsam, videlicet affirmatiuam vnam, & negatiuam aliam; tunc exponentes, si fuerint veræ, ipsa quoq; vera erit, sed si falsæ, vel earum altera, & ipsa non secus falsa. Hoc vt videatis, inducendũ erit in omnibus: põt enim dictio exclusiua termino essentiali addi respectu prędicati essentialis, vel personalis, V.g. solus Deus est Deus, uel solus Deus est Pater, & sic, statim de qualibet earum patebit, an vera sit per regulam supradictam: prima etenim duas exponẽtes habet, Deus est Deus, & nullus alius à Deo est Deus: quarum quęlibet vera est, similiter & secunda, dummodo pro persona diuina sumatur Pater. Quantum verò est de benigna doctorum expositione scripturæ, & sanctorum, oportet, qđ exclusio quandoq; non fiat respectu principalis prędicati, sed respectu formæ subiecti ratione subintellectæ implicationis, & sic ista verificari posset, solus Pater est Deus, vel solus Pater est tantus, quantæ sunt tres personæ simul, sub hoc sensu solus Pater ille, qui

est

est Pater, & nullus alius in diuinis ab eo est Pater, vel tantus, quo modo loquitur Aug. in initio distinctionis, & per hunc modum dictio exclusiua non excludit correlatiuum à participatione principalis predicati, sed à participatione formæ subiecti ratione subintellectæ implicationis. Multa alia his similia in dictis sacræ scripturæ, & sanctorum occurrunt, in quibus semper videtur aliqua improprietas; & ideo expremissis, quomodo ppositiones sint concedendæ, patet. At quid dicemus, quando dictio exclusiua sumetur ex parte predicati, & chategorematicè? tunc respondendum erit, qđ oĩs propositio in diuinis sic falsa sit: nam secundum Hylarium in diuinis non est confitendum aliquid esse solitarium. Si verò sumatur ex parte predicati, & synchategorematicè, tunc poterit addi termino substantiali, vel personali in predicato posito dupliciter, scilicet per se, vel cum alio termino numerali, siue partitiuo, siue expressiuo, sicut cum hoc termino vnus, vel verus. Si addatur termino substantiali per se in p̃dicato posito, V. g. Pater, vel trinitas est solus Deus: sic huiusmodi propositio oĩno impropria est, & egens expositione. His ita positis, nunc primæ rationi formatæ pdifficile nõ erit satisfacere, dum ergo dicebatur, qđ solus Deus est Pater, respondetur, qđ de rigore sermonis falsa est hęc propositio, quatenus verò in hanc cõuerti põt, V. g. dicendo nihil, qđ est Pater, est aliud à Deo, tunc vera esse dicetur. Insuper quãdo addebatur, qđ esse Patrem, et creaturis competit, non ergo soli Deo, respondetur ad hoc, qđ soli Patri in diuinis, Patrem esse cõuenit ad personarũ diuinarum distinctionem, & ad exclusionem, sed non creaturarum, nisi quò ad modum, & tempus. Et hęc sufficia.

DE

DE NOMINVM DIFFERENTIA QVIBVS VTIMVR LOQVENTES DE DEO.

Distinctio XXII.

Lectio LXXIII.

PEracto tractatu de diuinis rebus, ex consequenti Magister sent. de diuinis nominibus est verba facturus. Duo itaq; vobis ad aures Magistri polliceor in presenti: primo diuinorũ nominum differentias, insuper predicationis eorũ regulas. Quantum ad primum. Nomina de Deo dicta in septuplici differentia inueniuntur, ad quã depromendam veritatem exemplariter procedemus, ita dicentes, dari quedam nomina notionalia, seu personales proprietates exprimentia, V. g. vt generatio, verum, Donum, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Inueniuntur preter hec, quedã alia nomina essentialia essentiæ, scilicet vnitatem referẽtia, V. g. Deus Deitas, sapientia, potẽtia, bonitas, magnitudo, virtus, & substantia. Insuper, quedã alia transumptiua nomina pronunciantur, quæ de Deo secundum similitudinem predicantur, V. g. vt splendor, candor, speculum, leo, agnus, & similia. Preterea ab his dantur nomina temporalia, quæ Deo ex tẽpore solum sunt conuenientia, & hoc duobus modis, vel in respectu ad creaturam relatione extrinseca, V. g. vt Dominus, creator, refugium, redemptor, saluator, & alia huiusmodi, vel habent considerari in respectu ad creaturas intrinseca tamen relatione, V. g. dùm dicitur incarnatus, & humanatus. Deinde videtur dari aliud nomen, quod de omnibus simul personis dicitur, & de nulla singulatim,

tim, licet intrinseca relatione, V. g. vt trinitas, quòd nomen in se suæ relationis terminos claudit. Et hęc de primo segmento. In secundo Magister regulas prędicationis horum nominum ponit in in textu, quarum prima est talis. Nomina propria ad singulas personas pertinentia non substantialiter, sed relatiuè dicuntur, non enim dici potest, quod Pater, sit filius, & quod filius sit Pater, nec quod Pater, & filius sint Spiritus sanctus, siue vice versa; quæ prędicatio est absolutè essentialis, & substãtiua. Benè dicitur, quod Pater sit filij Pater, & quod filius est Patris filius, quæ prędicatio relatiua est. Insuper post primam regulam altera infertur, quæ respicit nomina ad vnitatem essentiæ spectantia, V. g. vt sapientia, bonitas, potentia, virtus, magnitudo, & alia huiusmodi, quæ de singulis personis sigillatim, & de omnibus simul, nõ relatiuè, sed substantialiter in singulari, & non in plurali affirmantur. Nam benè dicitur, Pater est Deus, sapientia, magnitudo, bonitas, virtus, similiter de filio, & de Spiritu sancto, & de omnibus simul, V. g. Pater, filius, & Spiritus sanctus, sunt Deus, sapientia, bonitas, &c. Non tamen pluraliter dici potest, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt Dij, sapientiæ, potentiæ, bonitates, virtutes, & similia, quare Magistri intentio proposita vera. Et hęc de tota distinctione.

VTRVM

VTRVM DEO NOMEN ALIQVOD PROPRIVM CONVENIAT.

Lectio LXXIIII.

Pauca in superiori distinctione diximus de diuinis nominibus, si rectè recolitis, propterea hac in parte multo plura dicturi sumus, & hoc ne probro signari posse videamur. Quęremus ergo primò. Vtrùm Deo aliquod nomen proprium conueniat. Pręterea, Vtrum nomina Deo conuenientia de eo secundum substantiam dicantur. Circa primum, Partem negatiuam quidam defendentes ita ratiocinantur. Quęcunq; de Deo dicuntur, verius negantur, quā affirmentur, vt colligitur ex Dionysio. Sed huiusmodi propriè non dicuntur, immo potius translatiuè: ergo, &c. Insuper eiusdem authoritate arguitur, supponēdo in primis dari duplicem theologiam .s. mysticā, & symbologicam; at Deus secundum vtranq; translatiuè nominatur: igitur oīs Dei nominatio translatiua, & nulla propria; verum, q̄a in tex. Magister sent. in oppositum se hēt; iccirco ꝓ quęsiti determinatione duo videnda: quorū primū erit, ꝙ Deus ex creaturis multipliciter nominari pōt. Insuper perscrutādum, quo modo illorum nominum quędam propriè Deo cōueniant. Quantum ad primum, nostis, nos vnumquodq; nominare, vt intelligimus; nam intellectus ille est, qui nomina rebus imponit, quas intelligit, sed Deum ex creaturis multis modis, quātum ad conditiones multas, intelligimus: propterea ipsum multipliciter nominare valemus, vz. per causalitatem; nam eius sunt actus multi, operationes, & effectus, vt creare, gubernare,

bernare, iustificare, glorificare, &c. Preterea solet nominari per remotionem; nam multa sunt, quæ remouentur à Deo, vt imperfectiones in creaturis, & sic multis solet nominibus nominari, V. g. vt increatus, infinitus, immensus, incõmutabilis, & ita de similibus. Quantum verò ad secundum, sciendum est, proprium diuidi cõtra commune, & contra metaphoricum, nec non cõtra translatum: & quia nomen non dicitur rei conuenire, nisi vt signum signato: ideo nomen aliquod Deo conuenire, duobus põt modis considerari: vno modo, quia significet diuinã essentiam secundũ eius propriam, & pfectam naturã, quasi diffinitiuè, qualiter animal rationale significat hominem, & hoc modo nullum Deo propriè nomen conuenit. Nec id mirum uobis videri debet, quia pro hoc statu simpliciter, & quidditatiuè Deũ minimè cognoscimus, licet de ipso possit haberi conceptus quidditatiuus. Dùm ergo Dionysius de diuinis nominibus loquebatur dicens: nullum nomen à nobis impositum esse, quòd propriam eius essentiam significet, simpliciter, & quidditatiuè intelligi debet. Alio modo nomen Deo conuenire propriè dici potest, quatenus ei nec metaphoricè, nec translatiuè cõuenit, sub quo sensu propositum quęsitum intelligi habet. His itaq; ordinatis, nunc rationibus duabus adductis respondendum erit, & primò ad primam, deinde ad secundam. Dùm ergo dicebatur, q̃d nomina de Deo dicta verius negantur, quàm affirmentur, respondetur hoc duobus considerari posse modis, vno modo per modum inhęrentis, alio modo per modũ significantis. Si primo modo, currit argumentum, si secundo modo, nullum est. Licet ergo multa inueniantur, quæ per modum abstracti accidentis alteri inhęrentis

Deo minimè conuenire possint, quantum ad significandi modum, non ob id negari possunt à Deo, quantũ ad rem significatam, quæ propriè in Deo reperitur. Ad secundã instantiam de duplici Theologia adductam sic respondetur, quòd quamuis ipsa Deum per spirituales creaturas nominet, id tamen solum nõn facit per rerũ similitudinem, sicut fit in locutionibus metaphoricis, sed quia ex creaturis spiritualibus in eorum cognitionem deuenit, quæ Deo propriè conueniunt, quibus etiam nomen imponit, quòd propriè Deo cõuenit, vt res per nomen significata. Et hęc de primo dubio. Cui alterum succedit, dùm quęritur. Vtrũ nomina dicta de Deo secundum substantiam pronuncientur. Mihi certè primo aspectu consideranti difficultatem hanc liceat quibusdam rationibus pro parte negatiua argumentari, nec toto ob id dicar aberrare cęlo. Primo ergo sic. Oportet singulum eorum, quæ de Deo dicuntur, non quid est secundum substantiam significare, sed quid non est ostendere, inquit Damascenus: ergo nomina de Deo non videntur secundum substantiam posse dici. Insuper, Aug. v. de trinit. ait. Quæ dicuntur ad aliquid de Deo substantialiter non pronunciantur, at in diuinis multa sunt talia nomina personarũ maximè, & proprietatum, quare de Deo non oĩa nomina secundum substantiam dicuntur. In oppositum dicetis vos ingenij acumine pollentes: in diuinis nomina vel absoluta, vel respectiua sunt, sed tàm absoluta, quàm relatiua secundum substantiam de Deo dicuntur: ergo, &c. Ad huius quęsiti euidentiam altius exordiri oportebit. Omne ergo nomen, quod de Deo dicitur, aut essentiale, aut personale, aut notionale est. Essentialium quędam sunt substanti-

 ua, ut

ua, ut Deus, creator, & similia. Quędã verò adiectiua, ut bonus, ęternus, immensus, & huiusmodi. Personalia sunt, Pater, filius, & Spiritus sanctus. Notionalia, ut paternitas, filiatio, innascibilitas, & huiusmodi: de quibus notandum venit secundo, qđ substantiale nomen, vel essentiale substantiuum, & abstractum, nullo modo potest trahi ad supponendum pro persona. Vnde falsæ sunt hæ, essentia genuit essentiam, vel diuinitas diuinitatẽ: actus enim generationis semper ponendus est in concreto, & licet concreta sint essentialia, trahi tamen possunt ad supponendum pro persona, & hęc p verba notionalia, vel per ꝓpositiones notionales. Vnde veræ sunt istæ. Deus genuit Deum. Creator creatorem, vel Deus de Deo, similiter de nominibus, quæ media sunt, ut lumen de lumine. Item hoc nomen sapientia, licet sit abstractum, ut sapientia de sapientia. Essentialium verò adiectiuorum quędam prędicant purè diuinam substantiam, ut bonus, & ens. Quędam diuinam essentiam connotando principij, & finis priuationem, ut ęternus, vel certè mensuræ localis, ut immensus. Quędam alia principaliter diuinam significant essentiam, & connotant effectum in creatura actu, ut creat, iustificat, vel in habitu, ut iustus, & misericors, uel in potentia, ut omnipotens. Insuper quędam uerba dantur, quorũ nec significatio, nec modus significandi Deo conuenit, ut currere, & ambulare. Nam modus est uaria inclinatio animi uarios eius effectus demonstrans. Modus significandi nihil aliud est, quàm dispositio uocis, quæ cõstituit intellectũ, sub tali modo intelligendi, & per consequens ipsam rem; cum ergo de Deo dicitur ambulare, vel currere, & huiusmodi, horum significatio, pro ut sunt actu,

Deo

Deo non conuenit. Modus aũt significandi, vt quandam imperfectionem importat, dico, quo ad motum, qui quidem motus necessitatis Deo conuenire non potest. Dantur quędam alia, quorum significatio conuenit Deo, sed non modus significandi, vt creare, facere. Quędam quorum significatio ẽt Deo conuenit, vt patet in hoc verbo Exod. Qui est, misit me ad uos; Vbi notandum est, quod oĩa, quæ perfectionis sunt, de Deo dicuntur, quæ aũt imperfectionis nõ dicuntur, nisi secundum humanæ naturæ assumptionem, ac trãslatiuè. His additur, ꝙ in diuinis sunt duo tantùm modi prędicandi, scilicet per modum substantiæ, & per modum relationis; sed substantia continet virtutem, & relatio multiplicat trinitatem. Quędam alia rursus nomina sunt, quæ de Deo æternaliter dicuntur, vt dominus, & misericors, quæ cõnotant in creatura effectum secundum habitum. Quędam verò temporaliter, vt dominator, & miserator, quæ in creatura connotant effectum secundum actum. Quędam alia pluraliter, ut personæ. Quędam singulariter, ut Deus. Quędam propriè, ut personarum proprietates. Quędam appropriatè, ut potentia, & sapientia. Quędam positiuè, vt iustus. Quędam priuatiuè, ut immortalis: & hęc magis propriè de Deo dicuntur, quàm positiua: melius enim dicitur de Deo, q̃d non sit, quàm quod sit. Quędam alia translatiuè, ut agnus, leo, quæ symbolicè de Deo dicuntur. Duplex enim theologia, symbolica uidelicet, & mystica. Symbolica Deum nominat ab inferiori. Mystica, à superiori. Symbolica nominat Deum per rerum conuenientiam, cum dicitur leo, agnus, & huiusmodi. Mystica uerò, idest occulta, Deum nominat per hoc, quod in occulto de ipso sentit per

visionem intellectualem, siuè contemplationem, V. g. quando nominat Deum suauem, dulcem, dilectum, & huiusmodi. Vtrobiq; tamen per creaturas nominatur, sed in symbolica per exteriores, in mystica per interiores, & effectus digniores, quos anima supra se recipit, & ita imponit per donum sapientiæ. Huiusmodi ꝓprium experimentum est cognoscere, qualis sit Deus. Quędam alia collectiuè dicuntur, ut trinitas. Quędam relatiuè, ut ęqualis, similis. Quędam respectiuè ad creaturas, ut creator, & refugium. Prętерea duo principalia Dei nomina sunt, videlicet qui est, & bonum. Per primum, Dei esse absolutum in se significatur, & sic consideratur, ut infinitum. Per secundum notatur esse diuinum, vt causa: nam fecit Deus oĩa propter bonitatem suam. Vlterius in theologia supponitur, quòd & hoc propter nomina essentialia, ut Deus, diuinitas, pòtentia, & natura. Insuper supponitur quis pro persona, supponiturq; pro notiòne. Post hęc per neutrum genus dicitur substantia diuina, pèr masculinum persona, per fęmininum notio, & per hoc patet, quod non debet in hymno cantari, Vnus patri cum filio, quia Pater, & filius nõ sunt vnus in persona, sed vnum in substantia, magis ergo cantandum est, vuum Patri cum filio. Ex his omnibus, quid ad argumenta dicendum, de facili patebit: nam primum concludit, quod nomina negatiua non dicunt, quid est Deus, sed quid non est. Relatiua verò dicunt eius habitudinem ad creaturas. Absoluta nec ipsa, quid est, simpliciter significare dicuntur, quoniam nullum eorum totam diuinam exprimit perfectionem. Ad alterum iam, quid dicendum, patet, quia nõ oĩa de Deo substantialiter dicuntur, vt ex dictis uobis notum.

DE

DE HOC NOMINE, QVOD EST PERSONA.
Distinctio XXIII.
Lectio LXXV.

SE se mihi offert vigesima tertia distinctio hodierna die declaranda: cuius nexus cum superiori primò declarandus: insuper totius distinctionis diuisio. Ex quo ergo Magister sent. in genere de diuinis nominibus verba fecit, hinc est, qđ in presenti in specie de hoc nomine persona loquuturus sit. Habito his paucis nexu verbis, diuidi nunc potest hęc distinctio in tria puncta: in primo hoc nomen persona excipitur à regula prędicta, quæ dabatur de his, quæ secundũ substantiam ꝓferuntur. Insuper manifestatur hoc nomen, persona, de tribus dici ꝑsonis in diuinis. Demum concluditur, qđ in diuinis, nec diuersitas essentialis, nec singularitas personalis propriè dici possit. Quo ad punctũ primum, laconicè ut procedamus, hanc propositionem pręmittemus. Hoc nomen, persona, de diuinis substantialiter dicitur. An ita sit, audite. Omne nomen, quod de diuinis non relatiuè, sed absolutè pronunciatur, tale non personaliter, sed substantialiter dicitur, at hoc nomen, persona, sic se habet: igitur substãtialiter prędicari habet. Ex modo loquendi videtur, qđ hęc ueritas possit confirmari, nam consueuimus dicere, Pater est persona, filius est persona, & Spiritus sanctus est persona, & hoc substantialiter, siue secundũ substantiam, quare patet intentum. Verum quia non dicitur, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sint vna persona, sed tres personæ: propterea hoc nomen excipi poterit à regula prędicta

altera personam excludat, vel ad proprietatem relatiuam; primo modo capi non debet, quia non est vna persona sine alia, at secundo modo sic, quia ibi notatur ꝓprietas relatiua vni, ita qđ non alteri conuenire. Vnde sensus est. Solus Pater, idest, qui ita est Pater, quòd non filius. Similiter dùm dicitur solus filius, sensus est, qui ita est filius, quod eius filiatio alteri nequeat in diuinis conuenire, & sic apparet, quo modo in diuinis exclusiuæ dictiones debeant capi. Quid verò tenendum sit de illis propositionibus, in quibus de personalibus termini essentiales cum exclusione affirmantur, vt declaret Magister sent. ait, negandas esse tales propositiones, V. g. solus Pater est Deus. Spiritus sanctus est solus Deus, vel filius est solus Deus. Cur verò negandæ sint tales propositiones ratio facilis est, esse enim Deum toti trinitati conuenit, & non solum vni personæ. Sed dicetis: nonne termini essentiales de personalibus affirmantur? cur ergo non debent concedi tales propositiones? iam diximus causam, quia nomen Dei tribus diuinis personis cõmune est, quare, &c. Duabus iam enodatis partibus de tribus à me propositis, tertia, & vltima accedit, vbi modus generalis nobis traditur, quo prędicta sanius intelligantur. Cum itaq; diuinæ personæ tantæ sint coherentiæ, ita vt earũ vna nequeat exprimi absq; aliarũ cointelligentia, iccirco licet in sacra scriptura quandoq; solus Pater noñinetur, vel solus filius, inde tamen minimè separatur Spiritus sanctus. Quæ veritas Aug. testimonio ita dicentis confirmari potest. Verum si de solo Patre prędicta dicerẽtur, non tamen excluderetur filius, vel Spiritus sanctus, quia hi tres vnum sunt. Et hęc pro pręsenti satis dicta sint.

DE

DE DICTIONIBVS EXCLVSIVIS.
Lectio LXXII.

AD maiorem euidentiam eorum, quæ in proximo pręterito Magistri sent. sermone dicta sunt, arbitror, duo maximæ considerationis quęsita in pręsenti parte examinanda fore. Quorum primum erit. Vtrum dictio exclusiua vni relatiuorum addita, reliquum excludat. Insuper, Vtrum exclusiua dictio verè addi possit termino essentiali respectu prędicati personalis, V. g sic dicendo. Solus Deus est Pater. Quantum ad primum. Vnico medio negatiuo videtur sic posse argui. Dictio exclusiua, id, qđ est de intellectu rei, minimè excludit, idest rei, cui additur, V. g. quando toti est addita, partem tunc non excludit, nec homini applicata animal excludit, sed vnum cor relatiuorum dicitur esse de intellectu alterius, quare exclusiua dictio vni addita alterum non excludet. Ex alio latere in oppositum se habet illud, quod primo physicorum habetur, videlicet, quod dictio exclusiua addita principio principiatum excludit, at principium, & principiatum relatiuè dicuntur: igitur, &c. Pro determinatione huius rei duo perpendenda occurrunt, & primò, quid dictio exclusiua signifi et, maximè loquendo de illa circa terminum, cui adiungitur: deinde, quid habeat excludi per dictionem exclusiuã, & quid non, ex quibus, quid tenendum, de facili apparebit. Circa primum ergo, vt videre est lib. Elenchorum, apud Philosophum, solus dicitur hęc dictio exclusiua significare idem, qđ non cum alio. Quantum ad secundum, dici poterit, quòd exclusiua dictio, vt lo-

quimur in presenti, vni applicata personæ in diuinis aliam personaliter excludat, non tamen essentialiter. His ita positis, argumento adducto ab aduersarijs difficile respondere non erit: dicamus itaque, quòd dictio exclusiua illud excludat, quod est de intellectu rei, dùm modo non faciat cum re vnum per essentiam, vel per inhęrentiam, vt euenit, contingituè in relatiuis. Quæ pręd:cta licet vera sint de virtute sermonis, in vsu tamen sacræ scripturæ, & sanctorum quandoque aliter inuenitur, ideo tunc temporis tales authoritates piè erunt exponendæ, scilicet in sensu, in quo fiunt, & non in sensu, quem de virtute sermonis faciunt. Et hęc de primo quęsito. Huic nectitur alterum, dùm quęritur. Vtrum dictio exclusiua verè termino essentiali respectu personalis pręedicati addi possit, dicendo sic. Solus Deus est Pater. Mihi sanè videtur, qđ non: nā si hęc vera esset, solus Deus est Pater, à simili sua cōuersa foret vera: solus Pater est Deus, consequens falsum est: ergo & id, ex quo falsitas consequentis sequitur, consequentis falsitas probatur, quoniam tunc temporis sequeretur, qđ filius non esset Deus, & hoc, quia dictio exclusiua vni correlatiuorum addita alterum excludit, vt alias dictum fuit. Deinde, quo modo soli Deo conuenire potest, quod sit tantùm Pater, cum esse Patrem ēt creaturis competat? falsa ergo erit ista, solus Deus est Pater. In oppositum se habet Magister in textu, propterea pro veritate terminanda hac in parte notanda erunt nonnulla, ex quibus, quid tenendum, patebit. Notetis igitur primò, quòd hęc dictio, solus, duobus considerari pōt modis: vno modo chategoricè, siue chategorematicè, alio modo, synchategorematicè. Si primo modo sumatur, tunc importat

portat solitudinem (vt ita loquar) in illo, cui additur, & sic oẽs propositiones in diuinis, vbi ponitur hęc dictio, solus, falsę sunt. Si verò, ly solus, capiatur, synchategorematicè, & exclusiuè, tunc duo consideranda: primum erit de veritate propositionum, in quibus dictio exclusiua ponetur ex parte subiecti. Secundum de veritate illarum, in quibus ex parte prędicati ponitur. Quantum ad primum, sciendum est, quod vel loquimur de veritate talium propositionum, quantum est ex virtute sermonis, vel quantum est de benigna interpretatione dictorum scripturæ, & sanctorum; si primo modo, sic est regula generalis, quod cum propositio, in qua ponitur dictio exclusiua ex parte subiecti, duas exponentes habeat ipsam, videlicet affirmatiuam vnam, & negatiuam aliam; tunc exponentes, si fuerint veræ, ipsa quoq; vera erit, sed si falsæ, vel earum altera, & ipsa non secus falsa. Hoc vt videatis, inducendũ erit in omnibus: põt enim dictio exclusiua termino essentiali addi respectu prędicati essentialis, vel personalis, V. g. solus Deus est Deus, uel solus Deus est Pater, & sic, statim de qualibet earum patebit, an vera sit per regulam supradictam: prima etenim duas exponẽtes habet, Deus est Deus, & nullus alius à Deo est Deus: quarum quęlibet vera est, similiter & secunda, dummodo pro persona diuina sumatur Pater. Quantum verò est de benigna doctorum expositione scripturæ, & sanctorum, oportet, q̃d exclusio quandoq; non fiat respectu principalis prędicati, sed respectu formæ subiecti ratione subintellectæ implicationis, & sic ista verificari posset, solus Pater est Deus, vel solus Pater est tantus, quantæ sunt tres personæ simul, sub hoc sensu solus Pater ille, qui

est

est Pater, & nullus alius in diuinis ab eo est Pater, vel tantus, quo modo loquitur Aug. in initio distinctionis, & per hunc modum dictio exclusiua non excludit correlatiuum à participatione principalis predicati, sed à participatione formæ subiecti ratione subintellectæ implicationis. Multa alia his similia in dictis sacræ scripturæ, & sanctorum occurrunt, in quibus semper videtur aliqua improprietas; & ideo expremissis, quomodo ꝓpositiones sint concedendæ, patet. At quid dicemus, quando dictio exclusiua sumetur ex parte predicati, & chategorematicè? tunc respondendum erit, qđ oīs propositio in diuinis sic falsa sit: nam secundum Hylarium in diuinis non est confitendum aliquid esse solitarium. Si verò sumatur ex parte predicati, & synchategorematicè, tunc poterit addi termino substantiali, vel personali in predicato posito dupliciter, scilicet per se, vel cum alio termino numerali, siue partitiuo, siue expressiuo, sicut cum hoc termino vnus, vel verus. Si addatur termino substantiali per se in ꝑdicatò posito, V. g. Pater, vel trinitas est solus Deus: sic huiusmodi propositio oīno impropria est, & egens expositione. His ita positis, nunc primæ rationi formatæ ꝑdifficile nō erit satisfacere, dum ergo dicebatur, qđ solus Deus est Pater, respondetur, qđ de rigore sermonis falsa est hec propositio, quatenus verò in hanc cōuerti pōt, V. g. dicendo nihil, qđ est Pater, est aliud à Deo, tunc vera esse dicetur. Insuper quādo addebatur, qđ esse Patrem, et creaturis competit, non ergo soli Deo, respondetur ad hoc, qđ soli Patri in diuinis, Patrem esse cōuenit ad personarū diuinarum distinctionem, & ad exclusionem, sed non creaturarum, nisi quò ad modum, & tempus. Et hec sufficiant.

DE

DE NOMINVM DIFFERENTIA QVIBVS VTIMVR LOQVENTES DE DEO.

Distinctio XXII.

Lectio LXXIII.

PEracto tractatu de diuinis rebus, ex consequenti Magister sent. de diuinis nominibus est verba facturus. Duo itaq; vobis ad aures Magistri polliceor in presenti: primo diuinorũ nominum differentias, insuper predicationis eorũ regulas. Quantum ad primum. Nomina de Deo dicta in septuplici differentia inueniuntur, ad quã depromendam veritatem exemplariter procedemus, ita dicentes, dari quedam nomina notionalia, seu personales proprietates exprimentia, V. g. vt generatio, verum, Donum, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Inueniuntur preter hec, quedã alia nomina essentialia essentiæ, scilicet vnitatem referẽtia, V. g. Deus Deitas, sapientia, potẽtia, bonitas, magnitudo, virtus, & substantia. Insuper, quedã alia transumptiua nomina pronunciantur, quæ de Deo secundum similitudinem predicantur, V. g. vt splendor, candor, speculum, leo, agnus, & similia. Preterea ab his dantur nomina temporalia, quæ Deo ex tẽpore solum sunt conuenientia, & hoc duobus modis, vel in respectu ad creaturam relatione extrinseca, V. g. vt Dominus, creator, refugium, redemptor, saluator, & alia huiusmodi, vel habent considerari in respectu ad creaturas intrinseca tamen relatione, V. g. dùm dicitur incarnatus, & humanatus. Deinde videtur dari àliud nomen, quod de omnibus simul personis dicitur, & de nulla singulatim,

tim, licet intrinseca relatione, V. g. vt trinitas, quòd nomen in se suæ relationis terminos claudit. Et hęc de primo segmento. In secundo Magister regulas prędicationis horum nominum ponit in in textu, quarum prima est talis. Nomina propria ad singulas personas pertinentia non substantialiter, sed relatiuè dicuntur, non enim dici potest, quod Pater, sit filius, & quod filius sit Pater, nec quod Pater, & filius sint Spiritus sanctus, siue vice versa; quæ pręducatio est absolutè essentialis, & substãtiua. Benè dicitur, quod Pater sit filij Pater, & quod filius est Patris filius, quæ pręducatio relatiua est. Insuper post primam regulam altera infertur, quæ respicit nomina ad vnitatem essentiæ spectantia, V. g. vt sapientia, bonitas, potentia, virtus, magnitudo, & alia huiusmodi, quæ de singulis personis sigillatim, & de omnibus simul, nõ relatiuè, sed substantialiter in singulari, & non in plurali affirmantur. Nam benè dicitur, Pater est Deus, sapientia, magnitudo, bonitas, virtus, similiter de filio, & de Spiritu sancto, & de omnibus simul, V. g. Pater, filius, & Spiritus sanctus, sunt Deus, sapientia, bonitas, &c. Non tamen pluraliter dici potest, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt Dij, sapientiæ, potentiæ, bonitates, virtutes, & similia, quare Magistri intentio proposita vera. Et hęc de tota distinctione.

VTRVM

VTRVM DEO NOMEN ALIQVOD PROPRIVM CONVENIAT.

Lectio LXXIIII.

Pauca in superiori distinctione diximus de diuinis nominibus, si rectè recolitis, propterea hac in parte multo plura dicturi sumus, & hoc ne probro signari posse videamur. Queremus ergo primò. Vtrùm Deo aliquod nomen proprium conueniat. Preterea, Vtrum nomina Deo conuenientia de eo secundum substantiam dicantur. Circa primum, Partem negatiuam quidam defendentes ita ratiocinantur. Quecunq; de Deo dicuntur, verius negantur, quã affirmentur, vt colligitur ex Dionysio. Sed huiusmodi propriè non dicuntur, immo potius translatiuè: ergo, &c. Insuper eiusdem authoritate arguitur, supponẽdo in primis dari duplicem theologiam .s. mysticã, & symbologicam; at Deus secundum vtranq; translatiuè nominatur: igitur oĩs Dei nominatio translatiua, & nullà propria; verum, q̃a in tex. Magister sent. in oppositum se hẽt; icirco ꝓ quesiti determinatione duo videnda: quorũ primũ erit, ꝙ Deus ex creaturis multipliciter nominari põt. Insuper perscrutãdum, quo modo illorum nominum quedam propriè Deo cõueniant. Quantum ad primum, nostis, nos vnumquodq; nominare, vt intelligimus; nam intellectus ille est, qui nomina rebus imponit, quas intelligit, sed Deum ex creaturis multis modis, quãtum ad conditiones multas, intelligimus: propterea ipsum multipliciter nominare valemus, vz. per causalitatem; nam eius sunt actus multi, operationes, & effectus, vt creare, gubernare,

bernare, iustificare, glorificare, &c. Preterea solet nominari per remotionem; nam multa sunt, quæ remouentur à Deo, vt imperfectiones in creaturis, & sic multis solet nominibus nominari, V. g. vt increatus, infinitus, immensus, incõmutabilis, & ita de similibus. Quantum verò ad secundum, sciendum est, proprium diuidi cõtra commune, & contra metaphoricum, nec non cõtra trāslatum: & quia nomen non dicitur rei conuenire, nisi vt signum signato: ideo nomen aliquod Deo conuenire, duobus põt modis considerari: vno modo, quia significet diuinā essentiam secundūeius propriam, & pfectam naturā, quasi diffinitiuè, qualiter animal rationale significat hominem, & hoc modo nullum Deo propriè nomen conuenit. Nec id mirum uobis videri debet, quia pro hoc statu simpliciter, & quidditatiuè Deū minimè cognoscimus, licet de ipso possit haberi conceptus quidditatiuus. Dùm ergo Dionysius de diuinis nominibus loquebatur dicens: nullum nomen à nobis impositum esse, quòd propriam eius essentiam significet, simpliciter, & quidditatiuè intelligi debet. Alio modo nomen Deo conuenire propriè dici potest, quatenus ei nec metaphoricè, nec translatiuè cõuenit, sub quo sensu propositum quęsitum intelligi habet. His itaq; ordinatis, nunc rationibus duabus adductis respondendum erit, & primò ad primam, deinde ad secundam. Dùm ergo dicebatur, qđ nomina de Deo dicta verius negantur, quàm affirmentur, respondetur hoc duobus considerari posse modis, vno modo per modum inhęrentis, alio modo per modū significantis. Si primo modo, currit argumentum, si secundo modo, nullum est. Licet ergo multa inueniantur, quæ per modum abstracti accidentis alteri inhęrentis

Deo

Deo minimè conuenire possint, quantum ad significandi modum, non ob id negari possunt à Deo, quantũ ad rem significatam, quæ propriè in Deo reperitur. Ad secundã instantiam de duplici Theologia adductam sic respondetur, quòd quamuis ipsa Deum per spirituales creaturas nominet, id tamen solum nõn facit per rerũ similitudinem, sicut fit in locutionibus metaphoricis, sed quia ex creaturis spiritualibus in eorum cognitionem deuenit, quæ Deo propriè conueniunt, quibus etiam nomen imponit, quòd propriè Deo cõuenit, vt res per nomen significata. Et hęc de primo dubio. Cui alterum succedit, dùm quęritur. Vtrũ nomina dicta de Deo secundum substantiam pronuncientur. Mihi certè primo aspectu consideranti difficultatem hanc liceat quibusdam rationibus pro parte negatiua argumentari, nec toto ob id dicar aberrare cęlo. Primo ergo sic. Oportet singulum eorum, quæ de Deo dicuntur, non quid est secundum substantiam significare, sed quid non est ostendere, inquit Damascenus: ergo nomina de Deo non videntur secundum substantiam posse dici. Insuper, Aug. v. de trinit. ait. Quæ dicuntur ad aliquid de Deo substantialiter non pronunciantur, at in diuinis multa sunt talia nomina personarũ maximè, & proprietatum, quare de Deo non oĩa nomina secundum substantiam dicuntur. In oppositum dicetis vos ingenij acumine pollentes: in diuinis nomina vel absoluta, vel respectiua sunt, sed tàm absoluta, quàm relatiua secundum substantiam de Deo dicuntur: ergo, &c. Ad huius quęsiti euidentiam altius exordiri oportebit. Omne ergo nomen, quod de Deo dicitur, aut essentiale, aut personale, aut notionale est. Essentialium quędam sunt substanti-

na, vt Deus, creator, & similia. Quędã verò adiectiua, vt bonus, ęternus, immensus, & huiusmodi. Personalia sunt, Pater, filius, & Spiritus sanctus. Notionalia, vt paternitas, filiatio, innascibilitas, & huiusmodi: de quibus notandum venit secundo, qđ substantiale nomen, vel essentiale substantiuum, & abstractum, nullo modo potest trahi ad supponendum pro persona. Vnde falsæ sunt hæ, essentia genuit essentiam, vel diuinitas diuinitatẽ: actus enim generationis semper ponendus est in concreto, & licet concreta sint essentialia, trahi tamen possunt ad supponendum pro persona, & hęc ꝑ verba notionalia, vel per ꝓpositiones notionales. Vnde veræ sunt istæ. Deus genuit Deum. Creator creatorem, vel Deuš de Deo, similiter de nominibus, quæ media sunt, vt lumen de lumine. Item hoc nomen sapientia, licet sit abstractum, vt sapientia de sapientia. Essentialium verò adiectiuorum quędam prędicant purè diuinam substantiam, vt bonus, & ens. Quędam diuinam essentiam connotando principij, & finis priuationem, ut ęternus, vel certè mensuræ localis, ut immensus. Quędam alia principaliter diuinam significant essentiam, & connotant effectum in creatura actu, ut creat, iustificat, vel in habitu, ut iustus, & misericors, uel in potentia, ut omnipotens. Insuper quędam uerba dantur, quorũ nec significatio, nec modus significandi Deo conuenit, ut currere, & ambulare. Nam modus est uaria inclinatio animi uarios eius effectus demonstrans. Modus significandi nihil aliud est, quàm dispositio uocis, quæ cõstituit intellectũ, sub tali modo intelligendi, & per consequens ipsam rem; cum ergo de Deo dicitur ambulare, vel currere, & huiusmodi, horum significatio, pro vt sunt actu,

Deo non conuenit. Modus aūt significandi, vt quandam imperfectionem importat, dico, quo ad motum, qui quidem motus necessitatis Deo conuenire non potest. Dantur quędam alia, quorum significatio conuenit Deo, sed non modus significandi, vt creare, facere. Quędam quorum significatio ēt Deo conuenit, vt patet in hoc verbo Exod. Qui est, misit me ad uos; Vbi notandum est, quod oīa, quæ perfectionis sunt, de Deo dicuntur, quæ aūt imperfectionis nō dicuntur, nisi secundum humanæ naturæ assumptionem, ac trāslatiuè. His additur, ꝙ in diuinis sunt duo tantùm modi prędicandi, scilicet per modum substantiæ, & per modum relationis; sed substantia continet virtutem, & relatio multiplicat trinitatem. Quędam alia rursus nomina sunt, quæ de Deo æternaliter dicuntur, vt dominus, & misericors, quæ cōnotant in creatura effectum secundum habitum. Quędam verò temporaliter, vt dominator, & miserator, quæ in creatura connotant effectum secundum actum. Quędam alia pluraliter, ut personæ. Quędam singulariter, ut Deus. Quędam propriè, ut personarum proprietates. Quędam appropriatè, ut potentia, & sapientia. Quędam positiuè, vt iustus. Quędam priuatiuè, ut immortalis: & hęc magis propriè de Deo dicuntur, quàm positiua: melius enim dicitur de Deo, qđ non sit, quàm quod sit. Quędam alia translatiuè, ut agnus, leo, quæ symbolicè de Deo dicuntur. Duplex enim theologia, symbolica uidelicet, & mystica. Symbolica Deum nominat ab inferiori. Mystica, à superiori. Symbolica nominat Deum per rerum conuenientiam, cum dicitur leo, agnus, & huiusmodi. Mystica uerò, id est occulta, Deum nominat per hoc, quod in occulto de ipso sentit per

 visionem

visionem intellectualem, siue contemplationem, V. g. quando nominat Deum suauem, dulcem, dilectum, & huiusmodi. Vtrobiq; tamen per creaturas nominatur, sed in symbolica per exteriores, in mystica per interiores, & effectus digniores, quos anima supra se recipit, & ita imponit per donum sapientiæ. Huiusmodi pprium experimentum est cognoscere, qualis sit Deus. Quędam alia collectiuè dicuntur, ut trinitas. Quędam relatiuè, ut ęqualis, similis. Quędam respectiuè ad creaturas, ut creator, & refugium. Prętereà duo principalia Dei nomina sunt, videlicet qui est, & bonum. Per primum, Dei esse absolutum in se significatur, & sic consideratur, ut infinitum. Per secundum notatur esse diuinum, vt causa: nam fecit Deus oĩa propter bonitatem suam. Vlterius in theologia supponitur, quòd & hoc propter nomina essentialia, ut Deus, diuinitas, potentia, & natura. Insuper supponitur quis pro persona, supponiturq; pro notione. Post hęc per neutrum genus dicitur substantia diuina, per masculinum persona, per fęmininum notio, & per hoc patet, quod non debet in hymno cantari, Vnus patri cum filio, quia Pater, & filius nō sunt vnus in persona, sed vnum in substantia, magis ergo cantandum est, vuum Patri cum filio. Ex his omnibus, quid ad argumenta dicendum, de facili patebit: nam primum concludit, quod nomina negatiua non dicunt, quid est Deus, sed quid non est. Relatiua verò dicunt eius habitudinem ad creaturas. Absoluta nec ipsa, quid est, simpliciter significare dicuntur, quoniam nullum eorum totam diuinam exprimit perfectionem. Ad alterum iam, quid dicendum, patet, quia nō oĩa de Deo substantialiter dicuntur, vt ex dictis uobis notum.

DE HOC NOMINE, QVOD EST PERSONA.
Distinctio XXIII.
Lectio LXXV.

SE se mihi offert vigesima tertia distinctio hodierna die declaranda: cuius nexus cum superiori primò declarandus: insuper totius distinctionis diuisio. Ex quo ergo Magister sent. in genere de diuinis nominibus verba fecit, hinc est, qđ in presenti in specie de hoc nomine persona loquuturus sit. Habito his paucis nexu verbis, diuidi nunc potest hęc distinctio in tria puncta: in primo hoc nomen persona excipitur à regula prędicta, quæ dabatur de his, quæ secundũ substantiam ꝓferuntur. Insuper manifestatur hoc nomen, persona, de tribus dici ꝑsonis in diuinis. Demum concluditur, qđ in diuinis, nec diuersitas essentialis, nec singularitas personalis propriè dici possit. Quo ad punctũ primum, laconicè ut procedamus, hanc propositionem prętmittemus. Hoc nomen, persona, de diuinis substantialiter dicitur. An ita sit, audite. Omne nomen, quod de diuinis non relatiuè, sed absolutè pronunciatur, tale non personaliter, sed substantialiter dicitur, at hoc nomen, persona, sic se habet: igitur substãtialiter prędicari habet. Ex modo loquendi videtur, qđ hęc ueritas possit confirmari, nam consueuimus dicere, Pater est persona, filius est persona, & Spiritus sanctus est persona, & hoc substantialiter, siue secundũ substantiam, quare patet intentum. Verum quia non dicitur, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sint vna persona, sed tres personæ: propterea hoc nomen excipi poterit à regula prędicta

nominum, quæ penes substantiam de ipso Deo dicuntur. Et hęc de primo puncto. Cui alterum succedit, pro cuius declaratione sic primo dubitatur, Cur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus nõ dicuntur vna persona, vt vna substantia, & vnus Deus? huic difficultati Magister sent. vt satisfaciat, verbis D. Aug. vii. de trinit. vtitur, & ait: hoc fieri, ne oĩno interrogati taceamus, q̃d tres sunt. Quapropter ex his de facili cognoscitur, hoc nomen persona pluraliter dici: quęrentibus ergo de tribus, hoc nomine respõdebimus, tres enim sunt personæ diuinæ, vt fides nostra fatetur, & sicuti hęc propositio vera, & catholica est, dùm dicitur, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus tres sunt personæ. E contrario altera erit falsa, V. g. si dixerimus, q̃d Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sint persona. Et hęc de duobus segmentis satis. Superest tertium, & vltimum, vbi est manifestandum, in diuinis, nec diuersitatem substantialem, nec singularitatẽ personalem esse ponendam, alioquin si hęc concederentur in diuinis: tunc essentiæ diuinæ vnitas, & personarum diuersitas tolleretur, non igitur hęc concedenda. Et hęc de pollicitis satis.

Lectio LXXVI.

AD vberiorem eorum, quæ dicta sunt à Magistro sent. doctrinã, duo mihi hodierna die laconico sermone quęrenda occurrunt, & primo. Vtrũ hoc nomen, persona, substantiam, vel relationem significet. Insuper Vtrum hęc nomina, substantia, subsistentia, essentia, & persona in diuinis sit idẽ.

Quantum

Quantum attinet ad primum, mihi videtur esse dicendum, quòd persona relationem significet. Nam Boetius lib. de trinit. habet, qđ omne nomen pertinens ad personas relationem significat: igitur, &c. Idem Boetius asserit, omne illud, qđ plurificatur, pertinere ad relationes sed in diuinis persona plurificatur, nam tres personas esse fatemur: quare, &c. In oppositum illud D. Aug. lib. vii. de trinit. se habet, vbi ex professo patet, hoc nomen, persona, in diuinis secundum substantiam dici, nam cum dicimus personā Patris, non aliud dicimus, quàm Patris substantiam ad se. Persona igitur videtur essentiam significare, & non relationem. Pro quęsiti solutione duo certè pręmittenda forent, & primò, Num persona sit rei nomen, vel intentionis. Insuper quid in rei veritate significet in diuinis, an substantiam, vel relationem. At quia hęc potius curiosa, quàm vtilia sunt, iccirco silentio inuoluenda, & rationes adductæ soluendæ. Erat ergo prima ratio, quòd omne nomen pertinens ad personas importat relationem, &c. Respondetur, hoc dupliciter considerari posse, vel quo ad significationem, vel quo ad id, de quo dicitur. Si primo modo, argumentum nullum est, quia hoc nomen, persona, relationem minimè significat. Si verò secundo modo sumatur, tunc dicetur relationē importare, quia de relatiuo prędicatur. Ad secundam rationē, videtur posse per idem responderi sic, quòd illud in diuinis ad relationem pertineat, qđ plurificari habet, & respectu eorum, de quibus dicitur, non tamen oportet id fieri, quantum ad rationem significandi formalem, nō enim significatum communis nominis in se illorum, de quibus dicitur, rationem includit. Et hęc de primo quęsito pauca sufficiant. Quę

ritur

ritur secundò, num nomina istá, subsistentia, substantia, essentia, & persona, sint idem, vel differant. Pro parte affirmatiua videtur posse suaderi, quòd idem significent, quæ enim vni simplicissimo cõueniunt, idem penitus significare dicũtur, sed hęc nomina Deo simplicissimo ascribuntur: igitur, &c. In contrarium arguentes quidam fatentur hoc teneri minimè posse, & ne sine ratione loquentes erubescant, ita fantur. Illa, quæ se habent sic, quod vno plurificato, aliud non plurificatur, penitus idem significare nequeunt, sed in diuinis persõna sic se habet: igitur, &c. Ad hoc quęsitum terminandum, primò videndum erit, quid hęc nomina significent, & à quo imponantur secundò. Quantũ ad primum, ordine prępostero ꝓcedendum, nam hęc nomina, essentia, substantia, & subsistentia, ab his actibus, quæ sunt esse substare, & subsistere imponuntur, esse enim quoddam commune est, nec sibi aliquem essendi modum determinat, subsistere aũt modum essendi determinatum dicit, pro vt est aliquid ens per se, & non in alio. Substare deinde idem videtur esse, quod sub alio stare, essentia verò significare dicitur id, cuius est actus esse, & subsistẽtia, id cuius est actus subsistere, & substantia id, cuius est actus substare. His in hunc modum pręmissis, de facili argumentũ ruet primum, si dixerimus, nomina pręțacta bifariam posse cõsiderari: vno modo in substantijs compositis, alio modo in simplicibus substantijs. Si primo modo, licet differant secundum vnam eorũ acceptionem, in Deo tamen, & simplicibus substantijs sola ratione differunt, & ita, quid dicendum sit aduersarijs, patet ex dictis.

QVID SIGNIFICETVR HIS NOMINIBVS VNVS, VEL VNA, ETC.

Distinctio XXIIII.

Lectio LXXVII.

HVius lib. primi vigesimam quartam distinctionem aggressuri, nexum, seriem, atq; pendentiam à superioribus primò contemplabimur. Insuper distinctionis diuisionẽ de cohęrentia audite. Ex quo Magister de significatione huius nominis, persona, verba fecit, pro vt per se sumitur, Nunc consulto de significatione eiusdem, pro vt cum terminis sumitur numeralibus sibi adiunctis, agere intendit. Habito in hunc modum ordine distinctionis vna cum intentione, nunc ad diuisionem accedamus: Hęc enim in tria, vt video, vsurpari potest segmenta. In quorum primo declaratur, quo modo in diuinis per terminos numerales excludi habeat multiplicitas substantialis. Insuper per eorumdem terminorũ consideratione solitudo personalis remouenda. Tertio, & vltimo per eorũ distinctionem personalis cõfusio secludenda. Circa primi puncti declarationem de more nostro hanc pręmittemus propositionem. In diuinis per nomina numeralia ad essentiæ vnitatem spectantia sola multiplicitas excludenda. Nunc probanda foret hęc propositio, pro cuius manifestatione inuestigat primo Magister sent. quęrendo, quid per terminos numerales, & nomina pertinentia ad multitudinem, siue pluralitatem, siue distinctionem, in diuinis significetur, nam si de Deo vera dicuntur, procul dubio significatũ suum ponent in Deo. Proposita quęstione,

difficile

difficile minimè erit respondere, dicamus itaque, talium nominũ, vel terminorum in diuinis significationẽ nec poni, nec admitti ad quid ibi ponendum, sed potius remouendum, & quia exempla magis mouent, intellectumq; excitant ad promptè intelligendum, propterea, quod diximus, exemplo sic declaremus. Nam dùm dicimus: Deus vnus, vnus Pater tantùm; tunc ibi per numeralem illum terminum vnus, nulla quantitas, vel numerus in Deo ponitur, sed benè Deorum pluralitas excluditur. Et hęc de primo segmento. Subsequitur alterum hac propositione contentum. Per numeralia nomina in diuinis pluralitatem exprimentia, singularitas, & solitudo personalis secludenda. Nam cum dicimus tres, ibi negamus solum esse duas: rursus. Cum duas exprimimus, ac dicimus, ibi vnam solum esse negamus. Explanatis iam duabus partibus de tribus propositis, accedit tertia sub his verbis. Cum personas diuinas distinctas esse dicimus, tunc temporis earum confusionem, & permixtionem cõtra Sabellianum excludimus. Nam in nomine trinitatis, & discretionis, non diuersitas in Deo ponitur, sed benè contra maledictos aliter perperã opinantes commixtio, nec non confusio negatur. Hęc in tantùm.

VTRVM TERMINI NVMERALES PONANT QVID IN DIVINIS.

Lectio LXXVIII.

E*Rat in proxima pręterita distinctione sermo de terminis numeralibus in diuinis positis, circa quos in pręsenti pro vberiori doctrina versabimur cognoscẽdi gratia primo,*

num

num ij termini in diuinis aliquid ponant. Insuper, quia vnum de genere quantitatis esse videtur, propterea inuestigabimus. Num aliquid addat vltra vnum, quod conuertitur cum ente. Circa primum, pro parte negatiua sic arguitur. Si termini numerales in diuinis aliquid ponerent, procul dubio illud tale eiusdem generis esset cũ terminis ipsis numeralibus, sed hoc non conceditur: igitur neq; primum. Minor sic declaratur, quia quantitas secundum suum genus, in diuinis non ponitur: quare, &c. Pro determinatione huius difficultatis velim primò sciatis, duplicẽ dari vnitatem, vna numeri principium est, quæ in diuinis nequaquam ponitur. Altera est, quæ ens consequitur, & hęc in diuinis admittitur. Pręterea notetis velim, non secus duplicem multitudinem dari, quarũ vna materialis est de genere quantitatis, & hęc in diuinis minimè est. Altera de transcendentibus in diuinis reperitur. His pręmissis, facile ratio adducta pro parte destructiua tolli potest. Nam currit de terminis numeralibus de genere quantitatis, qui in diuinis non conceduntur; illi verò termini multitudinem importantes, quæ est de transcendentibus, benè conceduntur in diuinis, nec ob id ponunt aliquid super diuinam essentiam, & diuinas personas, & relationes, nisi rationem distinctionis talis, vel talis, quæ ratio possitiua est, licet alia res minimè sit. Explanato iam dubio primo, superest secundum in ordine, vbi quęritur. Vtrum vnum de genere quantitatis aliquid addat vltra vnum, quod cum ente conuertitur, & quid sit illud. Quibusdam videtur, quòd tale sit ratio mensuræ: habet enim Aristotiles quarto Metaphysices, qđ vnum qđ ponitur numeri principium, & numerus opponuntur, vt mensura,

ſura, & menſuratum: igitur in ratione vnius, quod eſt numeri principium, ratio menſuræ includi videtur. Arguitur ſecundò ſic. Quemadmodum ſe habet numerus, qui eſt de genere quantitatis, ad multitudinem, quæ eſt de tranſcendentibus, ita ſe habet vnum in quantitate ad vnum, qđ conuertitur cum ente, ſed numerus de genere quantitatis addit ſupra multitudinem, quæ eſt de tranſcendentibus menſurati rationem: igitur vnum, quod eſt numeri principium, addit ſupra vnum, quod conuertitur cum ente menſuræ rationem. In contrarium ſe habet veritas, quæ eſt, quòd menſura ponitur in genere relationis, ſed vnum, quod numeri principium eſt, non videtur poni in genere relationis, ſed quantitatis; nõ ergo vnum numeri principium poteſt addere ſuper vnum, qđ cum ente conuertitur menſuræ rationem. Pro reſponſione, terminationeuè quęſtionis primò germanus dandus erit intellectus, inſuper rationes ſoluentur. Quo ergo ad quęſtionis intellectum varij varia ſentiunt, at nos breuitati, nec non veritati inſeruientes, tot recenſere opiniones dimittemus, hunc verũ quęſtionis intellectum eſſe dicentes. Vtrum vnum, quod cum ente conuertitur, addat aliquid ſupra vnum poſitiuè. Hac in parte mihi videtur eſſe dicendum, qđ vnum, quod numeri eſt principium ſub vno, quod conuertitur cum ente, quia ſpecialem in diuiſionẽ dicit in quãtitatis natura. Inſuper quia vltra hoc dicit aliquid numeri, quod eſt poſitiuum, quod ſibi ratione ſui fundamenti competit, nõ tamen menſuræ rationem importat, niſi extrinſecè. His ita poſitis, nunc ad argumentũ reſpondetur, quòd licet vnum, quod numeri eſt principium, menſura ſit, in hoc tamen ratio vnius non conſiſtit, ſed eſt quędam proprietas

conſequens

consequens ipsam. Ad secundum dicitur, quod mensuratum esse numeri differentiam essentialem non dicit, sed eã circumloquitur, cum sit quędam proprietas. Et hęc satis.

QVID SIGNIFICATVR, CVM DICITVR PLVRALITER TRES PERSONAE, ETC.

Distinctio XXV.

Lectio LXXIX.

Haec est vigesima quinta distinctio enodanda, quæ cum superioribus hoc modo continuari põt, qđ cũ Magister de nominibus vnitatem, pluralitatemq; in diuinis significantibus egerit, hinc fit, quòd in pręsenti de quodam horum nomine additionẽ recipiente loquuturus sit, videlicet de hoc nomine persona, & circa hoc tria pollicetur. Nam docet primò, quid significet, cum dicitur tres personæ, vel duæ personæ. Insuper quid importatur per hoc, cum dicitur, alia persona Patris, alia filij, alia Spiritus sancti. Demum, quid sibi velit hoc, cum dicitur, alius est in persona Pater, alius filius, &c. Pro segmenti primi notitia, velim vos scire hoc nomen, persona, tribus accipi modis pro essentia, pro hypostasi, & ꝓ personali proprietate. Quod aũt sumatur pro essentia, hic Magister sent. supponit primò, deinde inquirit, cũ pluraliter dicitur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, tres sunt personæ, vel cum singulariter profertur, V. g. dicendo, alia est persona Patris, alia persona filij, alia persona Spiritus sancti, quid ibi personæ nomen significet. Si dixerimus essentiam significare,

igitur

igitur personæ significatio variari dicetur in singulari, & in plurali, quod inusitatum videtur. At dicetis vos in oppositam partem ratiocinātes, cur hoc nomen personā, & in singulari, & in plurali essentiam non poterit significare? nonne D. Aug. vt patet in textu Magistri, ita fatur? cū dicimus tres personas, illud significamus, quod est commune Patri, & Filio, & Spiritui sancto. At nihil eis commune dici potest, nisi essentia, ergo nomine personæ pluraliter sumptæ essentia significatur. Preterea, vt rectè nostis, quid, querit de essentialibus; interrogantibus enim, quid est essentia, tunc vt habetur apud Magistrū respondemus, tres personæ, hoc igitur nomen persona in plurali essentiam significat. Et hęc de primo puncto. Aliquando ēt hoc nomen persona, solet capi pro hypostasi, siue subsistentia, vt in secundo segmento nostri sermonis videre est, nā Magister inquit. Licet persona nomen de se substantiam significet, quandoq; tamen vocabulorum penuria ad suppositum significandum transfertur. Vnde sensus est. Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres sunt personæ, idest tres hypostases, vel tres subsistentes. Preter hęc solet ēt hoc nomen persona capi pro personali proprietate, vt in tertio puncto est videre. Nam dùm dicitur, alius est Pater in ꝑsona, alius in persona filius, alius in persona Spiritus sanctus, siue alius personaliter Pater, alius personaliter filius, alius personaliter Spiritus sanctus; tunc est sensus, alius est in persona, vel personaliter Pater, idest proprietate sua, Pater alius est, quam filius, & filius proprietate sua, alius quam Pater. Patet ergo, qđ aliter hic persona accipitur, quàm supra: nam hic pro proprietate personali, & superius pro persona. Et hęc de tota distinctione satis.

VTRVM PERSONA VNIVOCE DICATVR DE DEO, ET CREATVRA.

Lectio LXXX.

IN hesterna lectione multa de nomine psona diximus, iccirco in presenti talia examinare volentes, duo principalia perpendemus, & primò. Vtrum persona de Deo, & creatura vniuocè dicatur. Preterea, num persona sit aliquid cõmune in diuinis. Quantum ad primum, pro parte affirmatiua videtur posse argumentari, quòd persona de Deo, & creatura vniuocè dicatur: nã si non vniuocè, ergo vel equiuocè, vel analógicè; horum neutrum dici põt, ergo primum concedendum, qđ vniuocè dicatur. Verum quia minor suspecta quibusdã posset apparere, ideo, quo ad vtrunq; membrum, sic probabitur, & primò, quia diffinitionis partes, persona, & diffinitio de Deo, & creaturis non videntur dici equiuocè, siue sint res, siue intentiones, nec analogicè, quoniam, vbi est analogia inter Deum, & creaturam, nomen illud per prius Deo conuenit, quàm creaturis, sed persona nomen per prius creaturis, quàm Deo conuenire videtur, quia primò impositum fuit, & à creaturis in Deo translatum: relinquitur ergo, quòd vniuocè dicatur. Ex alio latere dicetis vos, quæ non conueniunt in vno genere generalissimo, non videntur habere aliquid commune vniuocum, sed Deus, & creatura in genere generalissimo, vbi est vniuocatio, non communicant, quia Deus est extra genus, & creatura in genere, non ergo, &c. Pro determinatione huius difficultatis, vt video, prius de nomine personæ distinguendũ; nam tale nomen,

vel est rei, uel intentionis. Si ponatur rei nomen, tunc personæ nomen vniuocè de Deo, & creaturis nequaquã dici poterit, nam absoluto, & respectiuo nihil commune vniuocum est, ut norunt docti. Si verò personæ nomen capiatur pro intentione, videbitur tunc tẽporis de Deo, & creaturis vniuocè dici. His ita præmissis, arduum minimè erit argumẽto formato respondere, si dixerimus, personæ nomen de Deo, & creaturis analogicè dici, quatenus scilicet rei nomen est; per prius enim Deo, quàm creaturis cõuenire quis ire inficias audebit? quantum ergo ad rem significatam, per prius Deo conuenit, at quantum ad impositionem factam à nobis, prius personæ nomen creaturis aptabitur. Et hęc de primo dubio. Quęritur secundò. Vtrum persona sit quid commune in diuinis. Pro parte negatiua sic potest argui. Illud, quod de sua ratione incommunicabile est, cõmune quo modo erit? sed de ratione personæ est esse incommunicabile, vt colligitur ex eius finitione: ergo, &c. Idest in diuinis non erit cõmune. Verum quia in textu Magister sent. in oppositum se habet, propterea, quid circa hoc dicendum, speculabimur: perpendite ergo primò, aliquid dici cõmune, duobus posse accipi modis: vno modo secundum rem, alio modo secundũ rationem, eo modo scilicet, quo vniuersale ponitur commune ad singularia sub ipso contenta. Si primo modo sumatur, hoc diuinæ competet essentiæ in pluribus esse, quæ tribus communis est personis. Si verò sumatur secundo modo, tunc dici poterit persona, aliquid commune in diuinis, nec non ẽt relatio; nam vtrunq; de pluribus dicitur, vt vniuersale de sub ipso contentis. Nunc ad argumentum adductum occurrere volentes ita dicemus, quòd res incommunicabilis,

cabilis communis esse non potest, at intentio incommunicabilitatis benè communis esse potest, V.g. dato, quòd Sortes res sit incommunicabilis, intentio tamen indiuidui, vel suppositi in pluribus communis est. Et hęc satis.

DE PROPRIETATIBVS PERSONARVM, ETC. Distinctio XXVI. Lectio LXXXI.

C*Ompleto tractatu de diuinis nominibus, cōsequēter agendum erit de proprietatibus personarum, circa quod tria principalia intelligetis, diuinarum personarum proprietates primò. Insuper esse Dei filium in specie solum secundæ personæ ꝓprium, audietis. Tertiò hoc nomen, Spiritus sanctus, tertiæ in diuinis appropriari personæ. Quantum ad primum. Arbitror vos scire, nomina proprietates personales significantia accidentaliter minimè, sed benè relatiuè prędicari. Nomina uerò, de quibus hic nostra est intentio, hęc sunt. Paternitas, filiatio, processio, genuisse, natum esse, generatio, natiuitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & huiusmodi. Proprietas ergo Patris est generare, & filij, quòd sit genitus, Spiritus uerò sancti proprietas est à Patre, & filio procedere. Patris ergo proprietas est generare, filij generari, & Spiritus sancti procedere, siue spirari. Hæ aūt proprietates sunt quędam relationes, quibus personæ ad se inuicem relatæ distinguuntur, illisq; nominibus nominantur, V.g. vt paternitas, filiatio, spiratio, insuper, & personarum nomina, vt*

Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quæ accidentaliter minimè prędicantur, sed relatiuè, quoniam semper ad aliquid eternè, & incommutabiliter dicuntur, ut in segmento primo declaratur. Post quod subsequitur alterum, vbi declaratur, quòd sola secunda persona in deitate propriè sit filius, & hoc per generationem. Nam licet sępè in sacra scriptura homines filij Dei vocentur, hoc solum fit temporaliter, non ęternaliter, deinde filij Dei uocãtur per gratiam, vel per gratuitam adoptionem, insuper per temporalem productionem, non per naturalem, ęternamq; generationem, ut secũda persona in diuinis. His addi potest alia differentia; nam cum homo filius Dei dicitur, ly Deus, non supponit solum pro persona Patris: similiter dici potest de Spiritu sancto, quòd esse donum sit proprium Spiritus sancti: nam licet multa sint Dei dona, nulli tamen illorũ conuenit esse donum ęternum, sicuti Spiritui sancto, qui Dei donum est ęterna processione, sicut filius Dei ęterna generatione. Et sicut filius per generationem refertur ad Patrem, ita Spiritus sanctus per processionem relatiuè dicitur ad Patrem, & ad filium, quæ relatio, licet apertè nõ appareat in hoc nomine Spiritus sanctus, attamen clarè cognoscitur in hoc nomine, donum. Et hęc de segmentis duobus. In tertio, & vltimo videre est, quo modo hoc nomen Spiritus sanctus, quamuis in specie tertiæ personæ approprietur, tribus nihilominus personis quandoq; communiter cõuenit: nã, ut perbellè hic docet D. Aug. tàm Pater, quàm filius, quã ẽt Spiritus sanctus, immo tota trinitas dici põt Spiritus sanctus; quęlibet enim persona spiritus est, & sancta. Hic tamen considerare oportet, quòd dùm dicitur, aut Pater, aut filius, aut

tota

tota trinitas Spiritus sanctus, tunc personale nomen proprium nō dicitur Spiritus sanctus, neq; relatiuum, pro qua re, ne ex animi sententia loqui videamur, erit notandum, Spiritum sanctū duobus consueuisse dici modis, vno modo à spiritualitate, sub quo sensu toti conuenit trinitati; alio modo à spiratione, & tunc dicitur relatiuè, & ita solum tertiæ ascribitur in diuinis personæ. Insuper videtur, quòd Spiritus sanctus pro duabus distinctis queat accipi dictionibus, & sic tàm Patri, quàm Filio, & Spiritui sancto, & toti trinitati conuenit. Si verò sumatur pro vna tantùm dictione, hoc modo soli tertiæ competit personæ in trinitate. Hinc quorundā error excludi potest dicentium, qđ isti termini, Spiritus sanctus, & donū minimè sunt nómina personalia, tertiam scilicet in diuinis personam significantia. Nam non dicerentur relatiuè ad hos terminos, scilicet Pater, & filius. Pro probatione aiunt, nō posse dici, Pater est Spiritus sancti Pater, nec filius est Spiritus sancti filius, alioquin sequeretur, quòd Spiritus sanctus esset genitus. At hoc quid absurdius? non ergo dicendum, qđ isti termini Spiritus sanctus, & donum sint nomina personalia, tertiam in diuinis personam significantia; proposito errore, qua nunc via dilui debeat, audite. Non obstante ergo, qđ Pater, & Spiritus sanctus, seu donum sibi inuicem vocabulis non respondeant, habent nihilominus relatiuè dici, quoniam magis vocabula secundum relationis sensum accipienda sunt, quàm secundum vocis sonum, tunc erit dicendum, quòd Spiritus sanctus sit spiratoris Spiritus sanctus, & donum datoris donum, sicut ēt in creatis dici solet caput rei capitatæ caput, rursus ala alati ala. Et hęc satis.

VTRVM PER RELATIONES OMNES PERSONAE DIVINAE DISTINGVANTVR, ETC.

Lectio LXXXII.

MVlta diximus in superioribus parte de personarum proprietatibus, quibus adinuicem personæ distinguuntur, ad euidentiam quorum, vberioremquè doctrinam in præsenti quæsita duo rimabimur, & primò, Vtrum oẽs diuinæ personæ per relationes distinguantur. Insuper, Vtrum relationes personas constituentes sint reales. Circa primum, negatiuè procedentes sic arguemus, nulla forma habet distinguere, nisi secundũ suum genus, at persona, vel hypostasis in genere substantiæ indiuiduum importat, non ergo, quo ad esse personale, vel hypostaticum, distinctio ꝑ relationes fieri habet. Præterea prima distinctio debet fieri per prima entia, at personarum diuinarũ est prima distinctio, ergo per absoluta, quæ sunt prima entia, & non per relationes, quæ posteriores absolutis. Ex alio latere videtur posse dici, qđ illud, qđ est causa multiplicationis, sit ẽt causa distinctionis, at relatio multiplicationis causa est, authore Boetio, libro de trinitate: igitur, &c. His ita positis, nunc ad argumẽta soluenda accedamus, & primò ad primum dicentes: maiorem propositionem ita esse glosandam, nulla forma distinguat, nisi secundum suum genus substantiæ, vel relationis; vnde licet relatio suppositum substantiæ distinguat, non id tamen fit substantialiter, sed relatiuè. Ad secundum argumentũ minor negari posset, deinde sic respondendum, absoluta secundum rem non esse priora relationibus, quare personarũ distinctio, dato,

quod fiat per relationes, tunc per prima entia erit, sub illo tamen sensu argumenti primi soluti. Et hęc de primo quęsito. In altero perscrutandum est. Vtrum relationes cõstituentes personas reales sint. Mihi certè videtur, quòd non, nam vt Deus Pater est filij Pater per generationẽ, ita Pater dicitur noster per creationem, sed paternitas in Deo respectu nostri, relatio realis minimè est, neq; ẽt paternitas respectu filij in diuinis realis relatio vocabitur. Insuper illę sunt rationis relationes, quæ animæ operationem sequuntur, at oẽs diuinæ relationes sic se habent: ergo. Minor declaratur, quia oẽs diuinæ ꝓcessiones sunt, vel per modum voluntatis, vel intellectus: igitur, &c. Deinde authoritate Boetij sic arguitur, relatio Patris ad filium, & vtriusq; ad Spiritum sanctum videtur esse, vt relatio ad se ipsum, at hęc est rationis tantùm: quare, &c. Pro determinatione huius quęsiti, quia in diuinis distinctio non videtur esse, nisi per relationes, duo videnda erunt. Vnum de realitate diuinarum relationum, alterum de numero, ac sufficientia notionum, & proprietatum personalium. Quantum ad primum. Relationes reales sunt in diuinis, quoniam ambo extrema realia sunt. Quantum ad secundũ sciendum est, notionem, relationem, & proprietatem personæ, secundum rem, idem dici posse. At ratione, siue secundum rationem diuersa. Nam paternitas notio vocatur, in quantum est principium deueniendi in notitiam Patris. Relatio aũt, quatenus per eam Pater relatiuè dicitur ad filium; proprietas verò personæ, inquantum vni tantùm conuenit. Insuper ꝓprietas personalis, inquantum constitutiua est personæ Patris. His pręmissis, quot numero sint notiones, est sciendum,

quinq; enim sunt, & relationes quatuor. Exemplum primi ingenitum, vel innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Harum verò quatuor sunt relationes, V. g. Paternitas, filiatio, cõmunis spiratio, & processio. Nunc ad argumenta vt accedamus, primi similitudinem subterfugiemus, & ratio assignari potest, quoniam diuinæ essentiæ ad creaturam habitudo necessariam ad filium coexigentiam minimè ponit, at Paternitas in deitate benè habitudinem coexigendi filium necessariam ponit, propterea hęc habitudo realis erit, & non illa respectu creaturarum. Ad secundum dicitur, ex falsa procedere imaginatione, nam tales diuinæ relationes, licet animæ operationem, vel intellectus consequantur, habent tamen esse in intellectu, & voluntate, propterea reales, non rationis, pro vt ratio refertur ad res intellectas, & volitas. Ad vltimum argumentum Boetij dicitur, quòd quantum ad hoc veritatem habet, quòd sicut in relatione eiusdem ad se ipsum non plurificatur fundamentum, sic nec in diuinis relationibus, quantumcunq; oppositis, vel disperatis. Dissimilitudo tamen est, quoniam extrema diuinarum relationum realiter sunt diuersa, & necessariam habitudinem coexigentiæ inter se habentia, propter quod reales ponendæ. In illa verò relatione eiusdem ad se ipsum non est dare primum, neq; secundum, quia idem propriè non se ipsum coexigit: quare, &c. Et hęc de pollicitis.

HIC

HIC QVAERI POTEST, ETC.
Distinctio XXVII.
Lectio LXXXIII.

EXpositurus vobis distinctionem huius primi libri vigesimā septimam, ob oculos primo vestros cohęrentiam pręsentis cum superioribus ponam: deinde ad diuisionem accedam. Ex quo ergo Magister sent. verba fecit de personalibus tribus proprietatibus, scilicet paternitate, filiatione, & spiratione, secundum qd̄ nominibus proprijs significātur, nunc intendit de eisdem agere, quatenus nominibus alienis, atq; diuersis significantur, & hęc de nexu vna cum intentione. Diuiditur modo pręsens distinctio in partes tres, in quarum prima est sermo de his, pro vt significantur terminis ęquiualentibus personalibus. In secunda de eis, pro vt relatiuè ad Patrem dicuntur. In tertia, & vltima ponitur propositio declaranda de nominibus essentialibus. Quantum ad primam, sic procedemus dicentes, oīa vocabula alicui personæ propriè, nisi unam ex parte rei significare proprietatem, qua illa persona ab alijs personis determinatiuè distinguitur. An hoc verum sit, audite. Nam eadē videtur esse proprietas, qua istis significatur nominibus, Pater, Paternitas, generatio actiua respectu Patris, & istis, filius, filiatio, generatio passiua respectu filij, & istis Spiritus sanctus, spiratio passiua, & ab vtrisq; respectu Spiritus sancti procedere, sed istis proprietatibus personæ propriè, abinuicē determinatiuè distinguuntur, omnia ergo vocabula alicui personæ propria, nisi vnam ex parte rei significare possunt proprietatem.

At

At dicetis. Num eadem est proprietas, quæ nomine Patris importatur, paternitatis, & generationis actiuæ? rursus. Num eadem illa, q̄ importatur nomine filij, & filiationis generationis passiuæ? insuper, num idem est; Patrē, & genuisse filium? deinde. Nunc idem dici potest esse filium, & natum à Patre? ad hęc vna cūm Magistro dicemus, quòd quamuis significetur eadem proprietas nominibus istis, esse Patrem, & genuisse filium, seu Pater, & Paternitas, hoc tamen fit sub rationibus diuersis, nam personarum nominibus, cuiusmodi sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, proprietas tantū minimè significatur, sed hypostasis. At nominibus proprietatum, cuiusmodi sunt paternitas, & filiatio, proprietates ipsę secundum se, vel actus ipsarū proprietatum, vt generare nasci, vel genetari significantur. Et hęc pro primo puncto. In altero superest videre, quo modo nomina ista, genitus, verbum, imago se habeant ex parte rei, non enim substantialiter ex parte rei, seu ad se, sed benè ad Patrē relatiuè videntur dici, nam illa nomina, quæ filio propriè conueniunt, & eius pręcisè personalem proprietatem exprimunt, substantialiter minimè, at relatiuè tantùm respectu Patris dici possunt. Vnde genitus genitoris dicetur genitus, & verbum dicentis verbum, & imago imaginati imago, quæ oīa soli filio conueniunt respectu Patris. Et hęc de duobus segmentis. Demùm accedit propositio talis. Essentialia solum de pluribus simul, & de se ipsis affirmantur. Benè enim dicitur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt Deus, vel diuina potentia, scientia, & bonitas diuiña sunt Deus. Non tamen dici potest, Pater, & filius, sunt Pater, vel sunt filius. Solum ergo essentia de pluri-

bus

bus possunt dici simul, vt illa etiam solum de se dicuntur, lumen de lumine, Deus de Deo, qđ tamen de relatiuis nominibus minimè potest proferri, nam non dicitur, qđ Pater sit de Patre, nec qđ filius sit de filio, vt doctè D. Aug. lib. vi. de trinit. docet dicendo: Hoc solum de eis dici non potest illud de illo, quod simul ambo nõ sunt. Id est illo nomine vti non possumus ad vnum ostendendum de vno, quod simul ambolus non conuenit, sicut verbum de verbo, qđ non simul ambo uerbum, nec filium de filio, quòd non simul ambo. Ex dictis vnum notatu dignum inferemus, deinde erit finis. Vt ergo illa essentialia nomina aliquando intelligentiam distinctionum personarum faciunt, ita & interdum totius verba simul, vt habetur apud Aug. vi. de trin. ita dicentem, quòd in Patris nomine ipse Pater pronunciatur per se, in Dei nomine, & ipse filius, & Spiritus sanctus, vt cũ dicitur, Nemo beatus, nisi solus Deus, quia .s. trinitas est vnus Deus. Et hęc de propositis satis.

VTRVM ACTVS NOTIONALES SINT PRIORES RELATIONIBVS, ETC.

Lectio LXXXIIII.

E*X declaratis in superiori meo sermone tria posse excitari quęsita nullus est, qui de hoc dubitet: quorum primum actus notionales respicit per comparationẽ ad relationes in diuinis. Alterum tendit ad mentis nostrum verbum. Tertium, & vltimũ ad diuinum uerbum. Quantum ad primum, solet quęri. Vtrum actus notionales relationibus sint priores. Pro parte affirmatiua,*

matiua ſic primo poteſt argui; via pręintelligitur termino, ſed generatio in diuinis uia dicitur ad genitum, igitur pręcedit ipſum, nec non proprietatem relatiuam conſtituentem genitum. Inſuper habet Magiſter in textu, & hoc accipit ab Aug. quòd Pater eſt Pater, quia genuit, quòd non eſſet, niſi genuiſſe paternitatem ſecum rationem pręcederet, actus ergo notionales in diuinis relationibus eſſe priores, his uijs concluditur. Ex alio latere, quia ſuppoſitum pręintelligitur actui ab ipſo procedenti, & generare eſt actus procedens à ſuppoſito Patris: igitur ſuppoſitum Patris pręintelligitur conſtitutum, antequam generet, ſed hoc fit per paternitatem, quapropter videtur quòd relationes actus procedant notionales. Pro intellectu huius queſtionis tria conſideranda accedunt: primum pertinet ad diſtinctionem, quæ eſt, q̄d aliquid alteri pręintelligi dupliciter poteſt accipi: vno modo, altero non intellecto, V. g. dùm intelligitur animal, homine non intellecto. Alio modo, quando actus intellectus cadit ſuper vtrunque, & dicit vnum eſſe altero prius, uel ſecũdum rem, uel ſecundum rationem, V. g. quando ſubſtantiam priorem ſuo accidente natura intelligimus, uel iuuentutem ſenectute; ſecundum rationem uerò, quando dicimus, intellectum diuinum uoluntatem procedere. Et hęc de prima diſtinctione. Subſequitur altera, ſecunda in ordine pertinens ad ſecundum de tribus propoſitis, ubi conſideratur relatiua proprietas, quæ biſſariam habet ſumi, uel ut relatiua, uel ut conſtitutiua. Demùm pro tertio conſiderandum eſt, q̄d illud pōt fieri, vel eſſe in generali, uel in ſpeciali, V. g. quando intelligimus diuinum ſuppoſitum conſtitutum per aliquam proprietatem ipſum cō-

ſtituentem,

stituentem, uel in speciali, V.g. intelligendo Patrem esse constitutum per paternitatem, quæ est eius constitutiua proprietas relatiua tamen. Nunc ad argumenta dicendũ, & primò ad primũ, quòd in diuinis generare, & generari, cum non sint per motum medium, non debeant intelligi, vt quędam via inter generantem, & genitum, sed ut relationes habendi eandem naturam, quæ sunt à quo aliud, & quod ab alio, & hęc nequeunt pręintelligi personis eas habentibus. Ad secundum argumentum dicimus intentionem Aug. non fuisse, quòd genuisse, sit prior ratione, quàm Patrem esse, sed potius uoluit inter ista identitatem ostendere, nec non conuertibitatem inter Patrem, & filium. Explanato iam primo quęsito, quęritur secundo. Vtrum uerbum in nobis sit ipsemet intelligendi actus, an aliqua forma producta; in qua quasi in quodam speculo de rebus exterioribus veritas cognoscatur. Pro parte affirmatiua videtur posse dici, qđ verbum in nobis sit ipsemet actus intelligendi. Aug. enim lib. ix. de trin. ait, verbum esse cum amore notitiam, sed notitia actum intelligendi dicit: igitur verbum nostrum est, &c. Pręterea, verbo intellectus dicitur correspondere voluntatis amor, at amor amandi actum dicit: igitur verbum dicit actum intelligendi. Ad huius difficultatis euidentiam duo consideratione digna sunt: primum ad uerbi significata pertinet, alterum ad quod quid ipsius uerbi. Quantum ad primum, Verbum quatuor modis sumi posse videtur. Primò pro eo, quod exterius prolatum est, vt significatiuum eius, quod ab intellectu percipitur: secundo pro conceptu, secundum quẽ dicimus, hominem cogitantem sibi ipsi loqui. Tertiò sumitur pro actu imaginationis,

ginationis, quo uocem exteriorem concipimus sic, vel sic formari, antequam formemus: vltimò uerbum figuratiuè dicitur, scilicet illud, quod per uerbum significatur, vt in psalmo: Ignis, grando, &c. quæ faciunt uerbum eius. Quantum verò ad quid uerbi in nobis, est animaduertendum, qđ de ratione uerbi nostri mentalis, vt per ipsum manuducimur in cognitionem diuini uerbi, prima facie, quid existens in nostro subiectiuè intellectu videtur: ex hoc enim arguimus, Dei filium, qui dicitur Patris uerbum, idemq; cũ Patre essentialiter. Nunc ad argumenta duo formata respondere potest, & primò ad primum, quòd in nobis uerbum est actus, siue imago, vel rei manifestatio apud intellectum. Ad secundum dici põt, qđ uerbum actum intelligendi dicat, & ita patet segmentum secundum. Superest tandem videre, num in diuinis uerbum essentialiter dicatur, vel personaliter. Mihi procul dubio apparet, qđ personaliter dicatur; in diuinis enim relatiua personaliter proferuntur, sed uerbi nomen relatiuum est: igitur, &c. Deinde sic arguitur. Illud, quod vni personæ conuenit, personale est, at in diuinis uerbum sic se habet: igitur personaliter, & non essentialiter dici debet. Ad huius questionis euidentiam est primò sciendũ, quid sit uerbũ in diuinis: nã vt theologi fatẽtur, nil aliud est, quã ipsemet actus intelligendi, quo Deo manifesta sunt oĩa. Preterea ex dictis colligi habet distinctio vna bimembris, qua satisfiet argumẽtis, deinde erit finis. Verbũ ergo duobus videtur posse cõsiderari modis: vno modo ex vi nominis, alio modo ex aperitione. Si primo modo, dicit aliq̃d essentiale, nõ personale: at si secundo modo, trahitur ad personale, sicut sapientia. Et hęc de tribus propositis satis.

QVOD

QVOD NON TANTVM TRES PRAEDICTAE PROPRIETATES, ETC.

Distinctio XXVIII.

Lectio LXXXV.

HActenus ad aures Magistri sent. loquuti sumus de personalibus proprietatibus, consequenter de non personalibus ꝓprietatibus agendum erit, vbi tria in specie enodabimus: primò, quo modo hoc nomen ingenitus ad alias se habeat notiones, deinde hęc duo, Patrem esse, & filium esse ad se inuicem: demum quo modo, quandoq; imago teneatur essentialiter, & personaliter. Circa primi puncti declarationem, ita procedendum, & dicendum, qđ ingenitus solius Patris notio sit, alia tamen à paternitate, qua Pater refertur ad filium. An verò res ita se se habeat, sciendum est, pręter tres proprietates personales, scilicet paternitatem, filiationem, & processionem, dari alias proprietates alijs nominibus nominatas, de quarum numero dicitur esse hoc nomen ingenitus, quod spectat ad Patrem, & aliam, quam hoc nomen paternitas, proprietatem importat: nam ingenitum esse, non videtur de ratione Patris, quia quis potest esse Pater absq; hoc, quod ingenitus sit, multi enim geniti genuerunt, quare segmentum patet his uerbis primum. In subsequenti verò ita Magister procedit, vt doceat, quomodo, Patrem esse, & filium esse, sint idem. Nam idem est, quo Pater est, & id, quo filius est, quia vna diuina essentia est id, quo vterq; ipsorum est, qui sensus verus est, at transpositis terminis, V. g. dicendo, esse Patrem, quod sit idem,

quod

q͛ esse filium, tunc erit sensus, q͛ eadem sit proprietas, qua Pater est Pater, & qua filius est filius, & iste sensus est falsus, quia paternitate Pater est Pater, & filius filiatione est filius, vt hac in secunda parte nostri sermonis habemus. In tertia verò, & vltima circa imaginis nomen vt versemur vna cum Magistro sent. dicemus, hoc nomen imaginis quãdoq; relatiuè dici, & quandoq; non, sed essentialiter. Relatiuè de solo filio, & essentialiter de tota trinitate, V. g. quando imago accipitur pro ipso exemplari diuinæ naturæ, ad cuius imaginem est factus homo. Et hoc perbellè ab Aug. & Hylario probatur, vt apud Magistrum patet in textu. Et hęc satis.

VTRVM INGENITVM, SIVE INNASCIBILE SIT PATRIS NOTIO, ETC.

Lectio LXXXVI.

TRia circa iam declaratam distinctionem mihi in pręsenti consideranda succurrunt: quorum primum. Vtrum ingenitum Patris notio sit. Insuper, num ingenitum constitutiua Patris proprietas appellanda. Tertio, Vtrum in diuinis, imago persõnaliter, vel essentialiter dicatur. Circa primum pro parte negatiua sic arguitur. Vt Pater est principium personæ genitæ, ita & principium procedentis personæ; quare, si propter oppositionem, quam habet ad personã genitam Pater, notio Patris dicitur esse, eodem modo ob oppositionem, quam habet ad personã procedentem, ꝓprietas eius deberet esse, quòd diceretur improcessibilis,

sibilis, sed hoc minimè ponitur, nec alia igitur debet poni. Secundò sic arguitur. Patris notio alteri à Patre cõuenire minimè debet, at ingenitum diuinæ essentiæ, nec non Spiritus sanctus conuenit: quare, &c. In oppositum se habet Hylarius quarto de trin. dicens, qđ est vnus ab vno, idest ab ingenito genitus secundum originem. Pro responsione huius difficultatis tria notare debetis, & primò quid importetur per ingenitũ, vel innascibile. Insuper supposito qđ illud priuationem dicat, super quid fundetur, inde tertium emanabit, Vtrum scilicet ingenitum sit notio Patris. Quo ad primũ, Ingenitũ duobus solet capi modis: vno modo formaliter, alio modo denominatiuè. Si primo modo ingenitum sumatur, tunc dicit priuationem, at si secundo modo, videlicet ratione denominationis, & quasi materialiter subiectum, vel suppositum importat, cui ingenitum conuenit, vel innascibile. Quantum ad secundum dicitur, quòd talis priuatio in supposito Patris fundatur, cui conuenit ingenitum esse. His tertiò additur, ingenitum duobus posse capi modis: vno modo quatenus ab alio est, sed non per generationem, quo modo Patris notio nõ est, sed benè Spiritui sancto conuenit, licet propriè eius notio minimè sit. Nam talis negatio dignitatem non importat. Capitur alio modo ingenitum pro eo, quod oĩno non est ab alio, & ita Patris notio est, quia inter oẽs diuinas personas soli conuenit Patri, non esse ab alio, & ita secundum Doctores assignantur duæ propriæ notiones Patris, qui est principium non ex principio, vt paternitas. Altera dicitur secundum quam non est ab alio principio, vt ingenitum, vel innascibilitas. His ita positis, ad primum dici poterit argumentum, qđ ingenitum pro vt Patri

conuenit, tanquã notio, dicitur in se includere improcessibile: nam ingenitus dicitur, quia non est ab alio, nec per modum geniti, nec procedentis. Ad secundum argumentum respondetur, quòd nec essentiæ, nec Spiritui sancto conuenit ingenitũ esse, vt notio Patris ponitur: nã Spiritus sanctus est ab alio, essentia verò diuina, licet absolutè non sit ab alio, tamen vt est in filio, est in ipso per generationem, non quidem producta, sed communicata. Et hęc de primo quęsito. Quęritur secundo, num ingenitum Patris proprietas constitutiua debeat dici. Mihi sanè videtur, quòd sic; nam prima persona per primam habet proprietatem cõstitui, sed Pater est prima persona, innascibilitas verò prima proprietas: igitur, &c. Minor quadruplici posset manifestari via, at quia hanc oẽs, vt veram supponunt, iccirco probationes omitto. Ex alio latere videtur, quòd diuinæ personæ per se relationibus constituantur, at innascibilitas non est relatio, nisi reductiuè: quare, &c. Pro intellectu huius quęsiti velim uos scire, duplicem dicendi modum circa pręsens negotium dari, vnus est opinantium in diuinis, quod Pater per prius constituatur in esse personali per innascibilitatem, quàm per paternitatem; alius modus dicendi est eorum, qui volunt, Patrem in esse personali primo constitui, per paternitatem, & ita primi argumenti minor interrimenda, & non concedenda. Sic paucis ruit secundum quęsitum uerbis. Superest tertium examinare, deinde erit finis. Solet ergo quęri de imagine in diuinis. Vtrum essentialiter, aut personaliter dicatur. Primo aspectu videtur dici essentialiter: qđ enim tribus conuenit personis, illud essentiale est, sed imago tribus diuinis personis competit per illud Genesis, Faciamus

mus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; hoc idem fatetur D. Aug. de fide ad Petrum, quod una est sanctæ trinitatis diuinitas, & imago, ad quam factus est homo: ergo, &c. In oppositum se habet Aug. qui ita fatur, Quid est absurdius, quàm imaginem dici ad se; igitur dicitur relatiuè, at relatiua in diuinis personalia sunt: quare, &c. Pro rationum solutione tria videnda sunt. Primò, quid sit de ratione imaginis. Secundò, num diuinis conueniat. Tertiò, num sit filij proprium. Quantum ad primum, de ratione imaginis duo sunt, vnum similitudinē respicit, ita vt illud, quod imago dicitur, ei assimiletur, cuius est imago. Insuper quòd sit effectiuè, vel exemplariter ab eo productum. Quantum ad secundum, videtur, qđ propriè imago diuinis non conueniat, prout tamen competit, ac videtur, quod personaliter id fiat, non essentialiter. Quantum ad tertium, potest dici, qđ imago tàm filio, quàm Spiritui sancto cōueniat, magis tamen filio, per appropriationem: nam licet Spiritus sanctus sit Patri similis in natura, non tamen vt filius, qui per modum naturæ procedit, & Spiritus sanctus per modum voluntatis. Imago ergo filio, non Spiritui sancto aptetur, per appropriationem: & quādo sacra pagina loquitur de imagine, idest de filio Dei docendo solum filium esse imaginem, debet intelligi, quantum ad appropriationem, sub quo sensu D. Aug. loquutus est septimo de trin. dicens, quod solus filius est imago Patris, & sic ex dictis, quid ad argumenta dicendum de facili intuenti patebit.

DE PRINCIPIO, QVOD RELATIVE DICITVR.
Distinctio XXIX.
Lectio LXXXVII.

EX quo Magister sent. loquutus est de innascibilitate, vt in hesterna audiuistis lectione, consequenter de communi spiratione sub ratione principij agendum, & circa hoc tria faciemus: nam primò qualiter per hoc nomen principium se habeat trinitas ad creaturas, docebimus. Insuper quo modo se adinuicem diuinæ personæ per illudmet nomen principij habeant. Demum notandum ponemus. Circa primum, videtur hac via esse procedendum, quòd Pater, & filius, & Spiritus sanctus sint vnum temporaliter creaturarum principium. Nam hoc nomen principium, secundum quod relatiuè in diuinis dicitur, relationem Dei tantùm importat ad creaturas, vel relationem personarum adinuicem: primo modo tota trinitas oĩum rerum per creationem principium dicitur, quantum ad esse, non quantũ ad vitia rerum, nec ab æterno, sed in tempore, & hoc est discrimen inter principium eorum, quæ ab æterno sunt, V. g. ad intra Pater ab æternò filij principium dicitur, & Pater, & Filius Spiritus sancti, sed hoc non ex tempore, neq; essentialiter, sed notionaliter. Huic particulæ primæ nectitur altera sub his verbis, dùm dicitur, quòd Pater est filij principium, insuper qđ Pater, & filius sunt vnum principium ipsius Spiritus sancti, vt testatur D. Aug. lib. v. de trin. capite 14. His tertiò venit addendum loco notandum, sub his verbis, qđ relatio, qua Pater, & filius referuntur ad Spiritũ

ſanctum, proprium vſualiter aliquod nomen minimè habet: nec id mirum videri debet, quoniam temporibus Magiſtri nondum erat in vſu, nec inuentum illud nomen ſcilicet communis ſpiratio, quo Doctores illam notionem nominant. Sed dicetis, libenter ſciremus, num hoc nomen principium in prędicationem diuinorum tranſiens ſemper uniformiter ſe habeat: ad hoc dici poteſt, qđ non ſemper vniformiter ſumitur; ſolet enim quãdoq; ſumi perſonaliter, V. g. dùm dicitur, Pater, & filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti; quandoq; etiam eſſentialiter, vt cum dicitur, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus vnum ſunt creaturæ principium. Et hęc de tota diſtinctione hac pauca ſufficiant.

VTRVM PERSONA DICI POSSIT PRINCIPIVM IN DIVINIS ALTERIVS, ETC.

Lectio LXXXVIII.

AD vberiorem doctrinam eorum, quæ in proxima declarata ſunt diſtinctione, ne quis veſtrum me ſugillare audeat, tria quęſita examinanda proponam, & primò. Num in diuinis perſona alterius poſſit dici principium. Preterea, Num Pater, & Filius Spiritus ſancti vnum ſint principium. Tertio, Num Pater, & filius plures dici queant ſpiratores. Quantum ad primum. Ad partem declinantes negatiuam, ſic arguemus. Principium, & cauſa idem ſunt, vt habetur diuinorum libro quinto, ſed in diuinis vna perſona alterius cauſa minimè dicitur, quia ibi nihil eſt cauſatum: igitur, &c. Deinde ſicuti Deo

competit esse principium, ita & esse finē, iuxta illud Apocalipsis primo. Ego sum alpha, & omega, idest principium, & finis, sed vna persona finis non est alterius: quare &c. In oppositū se habet Aug. iiii. de trin. dùm ait, quod Pater est principium totius deitatis: ergo. Pro determinatione huius difficultatis duo scire debetis, & primò. Vtrū ratio principij in diuinis ponenda sit. Deinde, Vtrum talis principij sit vniuoca. Quantum ad primum, dicitur, quod in diuinis respectu diuinorum debet poni principium, sed non causa. Quòd aūt ibi ponendum sit principium, patet: nam vna persona est ab alia: ergo vna erit principium alterius dicenda. Cur aūt in diuinis non debeat concedi causa, ratio assignatur, quoniam causa, & causatum per essentiam distinguuntur, quæ distinctio in diuinis non admittitur, propterea neq; causa, neq; causatum ibi. Quo ad secundum, duæ sunt opiniones: prima est eorum, qui opinantur hoc principij nomen vniuocè dici, V. g. dùm dicitur, qđ Deus est creaturarum principium, rursus dùm dicitur, quòd vna persona sit alterius principium. Quo isti fundamento nitantur, audite; dicunt enim, hoc principij nomen non variare conceptum magis, vel minus cōmune. Altera opinio totum sentit oppositum, & hoc, quia principiare in natura sua, & in aliena, principij rationem variare, non solum variatione secundum quid, verū etiam simpliciter dicitur; sed queso hec missa faciamus, & ad soluenda argumenta accedamus, & primò ad primum ita dicamus, quòd principium, & causa sint idem secundum superius, & inferius: iccirco alicubi ratio principij poterit admitti, vt in diuinis, vbi tamen minimè ratio causæ erit; vel dicatis, hec duo idem re esse.

at

at finitione non. Ad alterum argumentum similitudo interrimitur de fine, & de principio, nam principium in diuinis originis ordinem respicit, & finis importat preeminentiam bonitatis, quæ in diuinis respectu diuinorum non ponitur, at respectu creaturarum tantùm, quarum Deus est principium, & finis. Et hęc de primo dubio satis. Queritur secundò. Vtrum Pater, & filius sint vnũ Spiritus sancti principium. Mihi certè videtur, quòd non. Nam si vnum, hoc uel esset ratione essentiæ, uel proprietatis, nullũm horum dici debet: ergo, &c. Minor quibusdam videri posset suspecta, propterea sic probatur. Si respectu essentiæ, eodem modo Spiritus sanctus sibimet principium dici posset: nec mirum, quia cum Patre, & filio in essentia vnum est; nec videtur posse dici, respectu proprietatis communis spirationis, quia cum proprietas sit suppositi, sicut subiecti, non uidetur possibile, quòd duorum suppositorum vna sit proprietas. Deinde si propter unitatem proprietatis Pater, & filius unum dicantur principium, tunc per oppositum vbi plures proprietates erunt realiter differentes, scilicet paternitas, & spiratio actiua, & ita Pater posset dici plura principia, sed hoc non dicimus: ergo neq; primum. Ex alio latere, D. Aug. vi. de trin. ait, qđ Pater, & filius non sunt Spiritus sancti duo principia, sed vnum: ergo, &c. Pro responsione, ne in equiuoco laboremus, duplicem principij in medium distinctionem afferemus. Quandoque enim sumi solet principium pro agente, & quandoque pro forma, quæ ratio est agendi actu. Si principium sumatur primo modo, scilicet pro eo, quod agit, cum illud sit suppositum, Pater, & filius non erunt vnum principium, quia non

matiua sic primo potest argui; via pręintelligitur termino, sed generatio in diuinis uia dicitur ad genitum, igitur pręcedit ipsum, nec non proprietatem relatiuam constituentem genitum. Insuper habet Magister in textu, & hoc accipit ab Aug. quòd Pater est Pater, quia genuit, quòd non esset, nisi genuisse paternitatem secum rationem pręcederet, actus ergo notionales in diuinis relationibus esse priores, his uijs concluditur. Ex alio latere, quia suppositum pręintelligitur actui ab ipso procedenti, & generare est actus procedens à supposito Patris: igitur suppositum Patris pręintelligitur constitutum, antequam generet, sed hoc fit per paternitatem, quapropter videtur quòd relationes actus procedant notionales. Pro intellectu huius quęstionis tria consideranda accedunt: primum pertinet ad distinctionem, quæ est, q̃d aliquid alteri pręintelligi dupliciter potest accipi: vno modo, altero non intellecto, V. g. dùm intelligitur animal, homine non intellecto. Alio modo, quando actus intellectus cadit super vtrunque, & dicit vnum esse altero prius, uel secũdum rem, uel secundum rationem, V. g. quando substantiam priorem suo accidente natura intelligimus, uel iuuentutem senectute; secundum rationem uerò, quando dicimus, intellectum diuinum uoluntatem procedere. Et hęc de prima distinctione. Subsequitur altera, secunda in ordine pertinens ad secundum de tribus propositis, ubi consideratur relatiua proprietas, quæ bifariam habet sumi, uel ut relatiua, uel ut constitutiua. Demùm pro tertio considerandum est, q̃d illud pōt fieri, vel esse in generali, uel in speciali, V. g. quando intelligimus diuinum suppositum constitutum per aliquam proprietatem ipsum cō-

stituentem,

stituentem, uel in speciali, V.g. intelligendo Patrem esse constitutum per paternitatem, quæ est eius constitutiua proprietas relatiua tamen. Nunc ad argumenta dicendũ, & primò ad primũ, quòd in diuinis generare, & generari, cum non sint per motum medium, non debeant intelligi, vt quędam via inter generantem, & genitum, sed ut relationes habendi eandem naturam, quæ sunt à quo aliud, & quod ab alio, & hęc nequeunt pręintelligi personis eas habentibus. Ad secundum argumentum dicimus intentionem Aug. non fuisse, quòd genuisse, sit prior ratione, quàm Patrem esse, sed potius uoluit inter ista identitatem ostendere, nec non conuertibitatem inter Patrem, & filium. Explanato iam primo quęsito, quęritur secundo. Vtrum uerbum in nobis sit ipsemet intelligendi actus, an aliqua forma producta, in qua quasi in quodam speculo de rebus exterioribus veritas cognoscatur. Pro parte affirmatiua videtur posse dici, q̃d verbum in nobis sit ipsemet actus intelligendi. Aug. enim lib. ix. de trin. ait, verbum esse cum amore notitiam, sed notitia actum intelligendi dicit: igitur verbum nostrum est, &c. Pręterea, verbo intellectus dicitur correspondere voluntatis amor, at amor amandi actum dicit: igitur verbum dicit actum intelligendi. Ad huius difficultatis euidentiam duo consideratione digna sunt: primum ad uerbi significata pertinet, alterum ad quod quid ipsius uerbi. Quantum ad primum, Verbum quatuor modis sumi posse videtur. Primò pro eo, quod exterius prolatum est, vt significatiuum eius, quod ab intellectu percipitur: secundo pro conceptu, secundum quẽ dicimus, hominem cogitantem sibi ipsi loqui. Tertiò sumitur pro actu imaginationis,

ginationis, quo uocem exteriorem concipimus sic, vel sic formari, antequam formemus: vltimò uerbum figuratiuè dicitur, scilicet illud, quod per uerbum significatur, vt in psalmo: Ignis, grando, &c. quæ faciunt uerbum eius. Quantum verò ad quid uerbi in nobis, est animaduertendum, q̄d de ratione uerbi nostri mentalis, vt per ipsum manuducimur in cognitionem diuini uerbi, prima facie, quid existens in nostro subiectiuè intellectu videtur: ex hoc enim arguimus, Dei filium, qui dicitur Patris uerbum, idemq; cū Patre essentialiter. Nunc ad argumenta duo formata responderi potest, & primò ad primum, quòd in nobis uerbum est actus, siue imago, vel rei manifestatio apud intellectum. Ad secundum dici pōt, q̄d uerbum actum intelligendi dicat, & ita patet segmentum secundum. Superest tandem videre, num in diuinis uerbum essentialiter dicatur, vel personaliter. Mihi procul dubio apparet, q̄d personaliter dicatur; in diuinis enim relatiua personaliter proferuntur, sed uerbi nomen relatiuum est: igitur, &c. Deinde sic arguitur. Illud, quod vni personæ conuenit, personale est, at in diuinis uerbum sic se habet: igitur personaliter, & non essentialiter dici debet. Ad huius quęstionis euidentiam est primò sciendū, quid sit uerbū in diuinis: nā vt theologi fatētur, nil aliud est, quā ipsemet actus intelligendi, quo Deo manifesta sunt oīa. Pręterea ex dictis colligi habet distinctio vna bimembris, qua satisfiet argumētis, deinde erit finis. Verbū ergo duobus videtur posse cōsiderari modis: vno modo ex vi nominis, alio modo ex aperitione. Si primo modo, dicit aliq̄d essentiale, nō personale: at si secundo modo, trahitur ad personale, sicut sapientia. Et hęc de tribus propositis satis.

QVOD

QVOD NON TANTVM TRES PRAE-DICTAE PROPRIETATES, ETC.

Distinctio XXVIII.

Lectio LXXXV.

HActenus ad aures Magistri sent. loquuti sumus de personalibus proprietatibus, consequenter de non personalibus proprietatibus agendum erit, vbi tria in specie enodabimus: primò, quo modo hoc nomen ingenitus ad alias se habeat notiones, deinde hęc duo, Patrem esse, & filium esse ad se inuicem: demum quo modo, quandoq; imago teneatur essentialiter, & personaliter. Circa primi puncti declarationem, ita procedendum, & dicendum, qd ingenitus solius Patris notio sit, alia tamen à paternitate, qua Pater refertur ad filium. An verò res ita se se habeat, sciendum est, pręter tres proprietates personales, scilicet paternitatem, filiationem, & processionem, dari alias proprietates alijs nominibus nominatas, de quarum numero dicitur esse hoc nomen ingenitus, quod spectat ad Patrem, & aliam, quam hoc nomen paternitas, proprietatem importat: nam ingenitum esse, non videtur de ratione Patris, quia quis potest esse Pater absq; hoc, quod ingenitus sit, multi enim geniti genuerunt, quare segmentum patet his uerbis primum. In subsequenti verò ita Magister procedit, vt doceat, quo modo, Patrem esse, & filium esse, sint idem. Nam idem est, quo Pater est, & id, quo filius est, quia vna diuina essentia est id, quo vterq; ipsorum est, qui sensus verus est, at transpositis terminis, V. g. dicendo, esse Patrem, quod sit idem,

quod

qđ esse filium, tunc erit sensus, qđ eadem sit proprietas, qua Pater est Pater, & qua filius est filius, & iste sensus est falsus, quia paternitate Pater est Pater, & filius filiatione est filius, vt hac in secunda parte nostri sermonis habemus. In tertia verò, & vltima circa imaginis nomen vt versemur vna cum Magistro sent. dicemus, hoc nomen imaginis quãdoq; relatiuè dici, & quandoq; non, sed essentialiter. Relatiue de solo filio, & essentialiter de tota trinitate, V. g. quando imago accipitur pro ipso exemplari diuinæ naturæ, ad cuius imaginem est factus homo. Et hoc perbellè ab Aug. & Hylario probatur, vt apud Magistrum patet in textu. Et hęc satis.

VTRVM INGENITVM, SIVE INNASCIBILE SIT PATRIS NOTIO, ETC.

Lectio LXXXVI.

TRia circa iam declaratam distinctionem mihi in pręsenti consideranda succurrunt: quorum primum. Vtrum ingenitum Patris notio sit. Insuper, num ingenitum constitutiua Patris proprietas appellanda. Tertio, Vtrum in diuinis, imago personaliter, vel essentialiter dicatur. Circa primum pro parte negatiua sic arguitur. Vt Pater est principium personæ genitæ, ita & principium procedentis personæ; quare, si propter oppositionem, quam habet ad personã genitam Pater, notio Patris dicitur esse, eodem modo ob oppositionem, quam habet ad personã procedentem, ꝓprietas eius deberet esse, quòd diceretur improcessibilis,

ſibilis, ſed hoc minimè ponitur, nec alia igitur debet poni. Secundò ſic arguitur. Patris notio alteri à Patre cõuenire minimè debet, at ingenitum diuinæ eſſentiæ, nec non Spiritus ſanctus conuenit: quare, &c. In oppoſitum ſe habet Hylarius quarto de trin. dicens, qđ eſt vnus ab vno, ideſt ab ingenito genitus ſecundum originem. Pro reſponſione huius difficultatis tria notare debetis, & primò quid importetur per ingenitũ, vel innaſcibile. Inſuper ſuppoſito qđ illud priuationem dicat, ſuper quid ſundetur, inde tertium emanabit, Vtrum ſcilicet ingenitum ſit notio Patris. Quo ad primũ, Ingenitũ duobus ſolet capi modis: vno modo formaliter, alio modo denominatiuè. Si primo modo ingenitum ſumatur, tunc dicit priuationem, at ſi ſecundo modo, videlicet ratione denominationis, & quaſi materialiter ſubiectum, vel ſuppoſitum importat, cui ingenitum conuenit, vel innaſcibile. Quantum ad ſecundum dicitur, quòd talis priuatio in ſuppoſito Patris fundatur, cui conuenit ingenitum eſſe. His tertiò additur, ingenitum duobus poſſe capi modis: vno modo quatenus ab alio eſt, ſed non per generationem, quo modo Patris notio nõ eſt, ſed benè Spiritui ſancto conuenit, licet propriè eius notio minimè ſit. Nam talis negatio dignitatem non importat. Capitur alio modo ingenitum pro eo, quod oĩno non eſt ab alio, & ita Patris notio eſt, quia inter oẽs diuinas perſonas ſoli conuenit Patri, non eſſe ab alio, & ita ſecundum Doctores aſſignantur duæ propriæ notiones Patris, qui eſt principium non ex principio, vt paternitas. Altera dicitur ſecundum quam non eſt ab alio principio, vt ingenitum, vel innaſcibilitas. His ita poſitis, ad primum dici poterit argumentum, qđ ingenitum prout Patri

conuenit, tanquã notio, dicitur in se includere improcessibile: nam ingenitus dicitur, quia nòn est ab alio, nec per modum geniti, nec procedentis. Ad secundum argumentum respondetur, quòd nec essentiæ, nec Spiritui sancto conuenit ingenitũ esse, vt notio Patris ponitur: nã Spiritus sanctus est ab alio, essentia verò diuina, licet absolutè non sit ab alio, tamen vt est in filio, est in ipso per generationem, non quidem producta, sed communicata. Et hęc de primo quęsito. Quęritur secundo, num ingenitum Patris proprietas constitutiua debeat dici. Mihi sanè videtur, quòd sic; nam prima persona per primam habet proprietatem cõstitui, sed Pater est prima persona, innascibilitas verò prima proprietas; igitur, &c. Minor quadruplici posset manifestari via, at quia hanc oẽs, vt veram supponunt, iccirco probationes omitto. Ex alio latere videtur, quòd diuinæ personæ per se relationibus constituantur, at innascibilitas non est relatio, nisi reductiuè: quare, &c. Pro intellectu huius quęsiti velim uos scire, duplicem dicendi modum circa pręsens negotium dari, vnus est opinantium in diuinis, quod Pater per prius constituatur in esse personali per innascibilitatem, quàm per paternitatem; alius modus dicendi est eorum, qui volunt, Patrem in esse personali primo constitui, per paternitatem, & ita primi argumenti minor interrimenda, & non concedenda. Sic paucis ruit secundum quęsitum uerbis. Superest tertium examinare, deinde erit finis. Solet ergo quęri de imagine in diuinis. Vtrum essentialiter, aut personaliter dicatur. Primo aspectu videtur dici essentialiter: qđ enim tribus conuenit personis, illud essentiale est, sed imago tribus diuinis personis competit per illud Genesis, Faciamus

mus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; hoc idem fatetur D. Aug. de fide ad Petrum, quod vna est sanctæ trinitatis diuinitas, & imago, ad quam factus est homo: ergo, &c. In oppositum se habet Aug. qui ita fatur, Quid est absurdius, quàm imaginem dici ad se; igitur dicitur relatiuè, at relatiua in diuinis personalia sunt: quare, &c. Pro rationum solutione tria videnda sunt. Primò, quid sit de ratione imaginis. Secundò, num diuinis conueniat. Tertiò, num sit filij proprium. Quantum ad primum, de ratione imaginis duo sunt, vnum similitudinẽ respicit, ita vt illud, quod imago dicitur, ei assimiletur, cuius est imago. Insuper quòd sit effectiuè, vel exemplariter ab eo productum. Quantum ad secundum, videtur, q̃d propriè imago diuinis non conueniat, prout tamen competit, ac videtur, quod personaliter id fiat, non essentialiter. Quantum ad tertium, potest dici, q̃d imago tàm filio, quàm Spiritui sancto cõueniat, magis tamen filio, per appropriationem: nam licet Spiritus sanctus sit Patri similis in natura, non tamen vt filius, qui per modum naturæ procedit, & Spiritus sanctus per modum voluntatis. Imago ergo filio, non Spiritui sancto aptetur, per appropriationem: & quãdo sacra pagina loquitur de imagine, idest de filio Dei docendo solum filium esse imaginem, debet intelligi, quantum ad appropriationem, sub quo sensu D. Aug. loquutus est septimo de trin. dicens, quod solus filius est imago Patris, & sic ex dictis, quid ad argumenta dicendum de facili intuenti patebit.

DE PRINCIPIO, QVOD RELATIVE DICITVR.
Distinctio XXIX.
Lectio LXXXVII.

EX quo Magister sent. loquutus est de innascibilitate, vt in hesterna audiuistis lectione, consequenter de communi spiratione sub ratione principij agendum, & circa hoc tria faciemus: nam primò qualiter per hoc nomen principium se habeat trinitas ad creaturas, docebimus. Insuper quo modo se adinuicem diuinæ personæ per illudmet nomen principij habeant. Demum notandum ponemus. Circa primum, videtur hac via esse procedendum, quòd Pater, & filius, & Spiritus sanctus sint vnum temporaliter creaturarum principium. Nam hoc nomen principium, secundum quod relatiuè in diuinis dicitur, relationem Dei tantùm importat ad creaturas, vel relationem personarum adinuicem: primo modo tota trinitas oīum rerum per creationem principium dicitur, quantum ad esse, non quantū ad vitia rerum, nec ab ęterno, sed in tempore, & hoc est discrimen inter principium eorum, quæ ab ęterno sunt, V. g. ad intra Pater ab ęternò filij principium dicitur, & Pater, & Filius Spiritus sancti, sed hoc non ex tempore, neq; essentialiter, sed notionaliter. Huic particulæ primæ nectitur altera sub his verbis, dùm dicitur, quòd Pater est filij principium, insuper qđ Pater, & filius sunt vnum principium ipsius Spiritus sancti; vt testatur D. Aug. lib. v. de trin. capite 14. His tertiò venit addendum loco notandum, sub his verbis, qđ relatio, qua Pater, & filius referuntur ad Spiritū

sanctum, proprium vsualiter aliquod nomen minimè habet: nec id mirum videri debet, quoniam temporibus Magistri nondum erat in vsu, nec inuentum illud nomen scilicet communis spiratio, quo Doctores illam notionem nominant. Sed dicetis, libenter sciremus, num hoc nomen principium in prędicationem diuinorum transiens semper vniformiter se habeat: ad hoc dici potest, q͂d non semper vniformiter sumitur; solet enim quãdoq; sumi personaliter, V. g. dùm dicitur, Pater, & filius sunt vnum principium Spiritus sancti; quandoq; etiam essentialiter, vt cum dicitur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnum sunt creaturæ principium. Et hęc de tota distinctione hac pauca sufficiant.

VTRVM PERSONA DICI POSSIT PRINCIPIVM IN DIVINIS ALTERIVS, ETC. Lectio LXXXVIII.

AD vberiorem doctrinam eorum, quæ in proxima declarata sunt distinctione, ne quis vestrum me sugillare audeat, tria quęsita examinanda proponam, & primò. Num in diuinis persona alterius possit dici principium. Pręterea, Num Pater, & Filius Spiritus sancti vnum sint principium. Tertio, Num Pater, & filius plures dici queant spiratores. Quantum ad primum. Ad partem declinantes negatiuam, sic arguemus. Principium, & causa idem sunt, vt habetur diuinorum libro quinto, sed in diuinis vna persona alterius causa minimè dicitur, quia ibi nihil est causatum: igitur, &c. Deinde sicut Deo

competit esse principium, ita & esse finẽ, iuxta illud Apocalipsis primo. Ego sum alpha, & omega, idest principium, & finis, sed vna persona finis non est alterius: quare &c. In oppositũ se habet Aug. iiii. de trin. dùm ait, quod Pater est principium totius deitatis: ergo. Pro determinatione huius difficultatis duo scire debetis, & primò. Vtrũ ratio principij in diuinis ponenda sit. Deinde, Vtrum talis principij sit vniuoca. Quantum ad primum, dicitur, quod in diuinis respectu diuinorum debet poni principium, sed non causa. Quòd aũt ibi ponendum sit principium, patet: nam vna persona est ab alia: ergo vna erit principium alterius dicenda. Cur aũt in diuinis non debeat concedi causa, ratio assignatur, quoniam causa, & causatum per essentiam distinguuntur, quæ distinctio in diuinis non admittitur, propterea neq; causa, neq; causatum ibi. Quo ad secundum, duæ sunt opiniones: prima est eorum, qui opinantur hoc principij nomen vniuocè dici, V. g. dùm dicitur, qđ Deus est creaturarum principium, rursus dùm dicitur, quòd vna persona sit alterius principium. Quo isti fundamento nitantur, audite; dicunt enim, hoc principij nomen non variare conceptum magis, vel minus cõmune. Altera opinio totum sentit oppositum, & hoc, quia principiare in natura sua, & in aliena, principij rationem variare, non solum variatione secundum quid, verũ etiam simpliciter dicitur; sed quęso hęc missa faciamus, & ad soluenda argumenta accedamus, & primò ad primum ita dicamus, quòd principium, & causa sint idem secundum superius, & inferius: iccirco alicubi ratio principij poterit admitti, vt in diuinis, vbi tamen minimè ratio causæ erit; vel dicatis, hęc duo idem re esse,

at

at finitione non. Ad alterum argumentum similitudo interrimitur de fine, & de principio, nam principium in diuinis originis ordinem respicit, & finis importat preeminentiam bonitatis, quæ in diuinis respectu diuinorum non ponitur, at respectu creaturarum tantùm, quarum Deus est principium, & finis. Et hęc de primo dubio satis. Queritur secundò. Vtrum Pater, & filius sint vnũ Spiritus sancti principium. Mihi certè videtur, quòd non. Nam si vnum, hoc uel esset ratione essentiæ, uel proprietatis, nulllm horum dici debet: ergo, &c. Minor quibusdam videri posset suspecta, propterea sic probatur. Si respectu essentiæ, eodem modo Spiritus sanctus suimet principium dici posset: nec mirum, quia cum Patre, & filio in essentia vnum est; nec videtur posse dici, respectu proprietatis communis spirationis, quia cum proprietas sit suppositi, sicut subiecti, non uidetur possibile, quòd duorum suppositorum vna sit proprietas. Deinde si propter unitatem proprietatis Pater, & filius unum dicantur principium, tunc per oppositum vbi plures proprietates erunt realiter differentes, scilicet paternitas, & spiratio actiua, & ita Pater posset dici plura principia, sed hoc non dicimus: ergo neq; primum. Ex alio latere, D. Aug. vi. de trin. ait, qđ Pater, & filius non sunt Spiritus sancti duo principia, sed vnum: ergo, &c. Pro responsione, ne in ęquiuoco laboremus, duplicem principij in medium distinctionem afferemus. Quandoque enim sumi solet principium pro agente, & quandoque pro forma, quæ ratio est agendi actu. Si principium sumatur primo modo, scilicet pro eo, quod agit, cum illud sit suppositum, Pater, & filius non erunt vnum principium, quia non

sunt vnum suppositũ, sed plura. At si sumatur non pro agente, sed pro eo, quo agens agit, sic propriè loquendo, dici debet, quòd in Patre, & filio vnum sit principium, quo spirant Spiritum sanctũ. His ita positis, nunc ad rationes duas formatas accedo, & ad primam desumptam ab vnitate essentiæ, vel proprietatis communis spirationis sic dico, qđ Pater, & filius dicuntur vnũ principium Spiritus sancti ratione vnius virtutis spiratiuæ existentis in ambobus, quæ una numero, non obstante suppositorum pluralitate in Patre, & filio est. Ad secundum argumentum dici potest, qđ ly principium non sumitur pro agente, quia sic plura cum sint supposita, vnum minimè esset principium, sed plura, habet ergo sumi pro eo, quo agens agit, sic argumenta ruunt. Inquiramus modo, num Pater, & filius plures ualeant dici spiratores. Ausim ego dicere, quòd non, nam ut oẽs diuinæ personæ in actu causandi dicuntur conuenire, ita Pater, & filius in actu spirandi, atqui tres personæ non uocantur tres creatores, sed vnus creator: igitur Pater, & filius non duo, sed vnus spirator. Insuper, si plures forent spiratores similiter, plures essent spirati, at hoc minimè dicitur: ergo nec primum admittendum. In oppositum se habet Hylarius secũdo de trinitate, vbi sentire uidetur, Spiritum sanctum à pluribus esse spiratoribus, quia est pluribus auctoribus. Pro intelligentia huius quęsiti scire debetis, difficultatem hanc de re minimè esse, sed tantùm de modo loquendi, ideo loquendũ erit, ut plures; nunc ad argumenta respondere uolentes ita dicemus, quòd primi similitudo adducta nulla sit, nam licet plures substantiuè nõ dicantur creatores, adiectiuè tamen sic. Ad secundum argumentum potest

dici,

dici, non esse necesse, quod si plures darentur spiratores, ob id pluralitas spiratorum concedenda sit, nam spirandi ratio ad multiplicationem suppositorum minimè multiplicatur, licet hic pluralitas relationum se habeat in oppositum. Tandem ad Hylarij authoritatem dicamus: Virum hunc usum fuisse substantiuo pro adiectiuo, & sic duo adiectiuè spirantes dici poterunt, & ita finiuntur quęsita in eo, qui finis est omnium. Amen.

DE HIS, QVAE TEMPORALITER DE DEO DICVNTVR.

Distinctio XXX.

Lectio LXXXIX.

HActenus satis longo sermone de innascibilitate, nec non communi Patris, & filij respectu Spiritus sancti spiratione loquuti sumus: Nunc uerò obiter de quibusdã relationibus Deo ex tempore conuenientibus agemus. Diuidatur itaq; pręsens distinctio in segmenta tria, in quarum primo declaratur, Deum ad creaturas ex tempore referri, in altero ob id non mutari, tertio, & vltimò exemplo Spiritus sancti id manifestatur, ut in progressu nostri sermonis apparebit. Quantum ad primũ, Arbitror uobis oĩbus esse notum, Deum ad creaturas temporaliter referri: quæ enim de Deo relatiuè dicuntur, ex accidenti temporaliter dici fatendum, non quod in Deo ob id accidens aliquod debeat poni, sed in creaturis, V. g. huiusmodi nomina, creator, dominus, refugium, & similia, quæ ab ęterno Deo conuenisse nõ

possunt,

possunt, & hoc, quia creaturam ad se refugientem, neq; seruum ab ęterno habuit, sed tantùm in tempore habere incepit: igitur, &c. Sed dicetis, Deus non iam incepit esse temporis Dominus, cum non inceperit in tempore, nec ex tempore esse: igitur non videtur posse dici Dominus, &c. Huic difficultati velim uos in hunc modum respondere, dicentes: Deum incepisse esse temporis dominum, quando scilicet tempus incepit esse. Vnde sicut tempus non dicitur incepisse in tempore, seu ex tempore, ita Deus non incepit esse Dominus temporis in tempore, seu ex tempore, sed cũ tempore. Et quamuis Deus, ut auditis, ad creaturas temporaliter referatur, ob id non est, quod credatis, Deum per talem relationem mutari, nõ enim mutatur, ut in secundo puncto detegitur. Nam ut per bellè in textu Magister sent. docet, ipsa relatio solũ in creatura realiter ponitur, sed eius tantùm appellatio in Deo, respectu creaturarum conceditur, quare nulla propter hoc in Deo mutatio est. Magis vulgato adhuc exemplo hoc idem à numo desumpto depromitur, vt enim numus incipit esse pretium sine sui mutatione ita Deus absq; sui mutatione fit creator. Et hęc de segmentis duobus. Superest tertium, vbi per exemplum Spiritus sancti corroboratur intentum. Nam ut Spiritus sanctus sine sui mutatione mentibus puris datur, ita & Deus ad creaturas refertur. Sed dicetis uos ingenio splendentes, q̃ a hic est sermo de Spiritu sancto, libenter sciremus, quid tenendum sit de questione illa superius mota. Vtrum scilicet Spiritus sanctus dans se ipsum referri possit ad se ipsum. Nobilissimi Auditores, sui vt memor Magister sent. ita respondet, q̃ cum Spiritus sanctus datus à se, vel missus dicitur, tunc relatiuè ad

cum

eum, cui datur, debet dici, & est secundum nomen relatio, & non secundum rem, & fit in illo mutatio, cui datur nulla mutatione facta in ipso donante. Et hęc de pullicitis pro pręsenti lectione.

AN ALIQVID EX TEMPORE DE DEO· Lectio XC.

H*Odierna die pro maiori notitia eorum, quæ in prędeclarata dicta sunt distinctione, quęsita tria scrutabimur, & primò. Vtrū aliquid ex tempore de Deo dici possit. Insuper, nū relatio in creaturis realiter à suo differat fundamento. Tertiò, an quæ de Deo relationes dicuntur, reales nec ne. Circa primum, pro parte negatiua, quid dicturus sim, audite. Quicquid in Deo est, ab ęterno dicitur esse, nihil ergo de Deo ex tempore pronunciari potest. Insuper de re temporali ab ęterno nil pōt dici: igitur de re ęterna nil ex tempore dicetur: quare nec de Deo. Prętcrea, si quid ex tempore conueniret, hoc vel necessario, vel contingenter. Non primo modo, quia quæ necessariò insunt, semꝑ insunt. At quæ in tempore, semper minimè fuerunt: ergo, nec contingenter, quia quæ sic se habent, per accidens insunt, sed in Deo nullum est accidens: igitur, &c. In oppositum se habet Magister sent. in textu, propterea pro veritate cognoscenda eorū, quæ prędicantur, diuisio pręmittenda, hęc enim in duplici discrimine inueniuntur, nam quędam absolutè, siue essentialiter dicuntur, quędam alia relatiuè. Si primo modo, procul dubio de Deo nihil prędicabitur ex tempore, at relatiuè quędā possunt predicari de Deo.*

Nunc

Nunc ad argumentum primum vt respondeatur, dicendum, qđ quæ absolutè res significant in Deo existentes, V. g. vt bonus. sapiens, & huiusmodi, ex tempore non dicuntur de Deo, at quæ relatiuè, & sub habitudine ad creaturas sic. Ad alterum argumentum dicitur, aliquid posse de re temporali ab ęterno, vt intellectũ prędicari, ab ęterno enim creatura fuit intellecta, similiter dicentia relationẽ rationis de Deo ex tempore dici possunt. Ad tertium argumentum distinguo de accidente: nam duobus considerari solet modis. Vno modo, vt distinguitur contra substantiam, alio modo, vt per aliud. Primo modo, quid per accidens Deo non aptatur, secundo modo sic, & est habitudo rationis, quæ secundum nostrum modum considerandi, siue intelligendi consurgit ad Deum cognoscendum per creaturas. Completo iam primo quęsito, quęritur secundo. Vtrũ in creaturis relatio realiter à suo differat fundamẽto. Quòd non, mihi videtur, nam quæ realiter differunt, in eodem supposito compositionẽ faciunt, atqui relatio cum suo fundamento, nullã compositionẽ innuunt: igitur à suo non differt fundamento realiter. Minor à simili declaratur, quia album simile alteri albo non est magis compositum, quam si esset solum: ergo. Deinde illud, quòd alteri aduenit sine eius mutatione, licet de nouo accidat, realiter ab eo non differt, sed relatio suo in hunc modum aduenit fundamento, non ergo realiter debet dici differre ab illo. In oppositũ dicetis vos, nonne absolutum, & respectiuum sunt diuersæ res? quo ergo modo vnum ab altero realiter non differt? circa hoc negotium variæ sunt Doctorum opiniones, quas breuitatis causa, nec non veritatis dimittam, & ad rationes adductas accedam. Potest

ergo

ergo dici ad primam, qđ maior propositio egeat declaratione: nam quęcunq; realiter differunt in eodem supposito, compositionem facere videntur, si vtrunq; absolutum sit, at si vnum sit absolutum, & alterum relatiuum, vt in proposito loquimur nos, tunc ratio nõ concludit. Ad secundum argumentum dicitur, qđ realis respectus extrinsecus aduenıens, benè potest alicui aduenire, sine eius mutatione, & tamen est alia res à suo fundamento, sicut modus rei dicitur esse alia res ab eo, cuius est modus. Et dùm dicitur, qđ noua res minimè potest aduenire alicui sine eius mutatione, nisi per nouam actionem, hoc habet concedi de re absoluta, at de respectu extrinsecus adueniente, vel de respectiua denominatione neutiquã est verum. Ad argumentum uerò alterius partis dicendum est, qđ fundamentum, & respectus realis primis differentijs entis differunt, at denominatio respectiua à suo non differt fundamento directè, sed per differentiam entis, quare realiter à suo non differt fundamento. Iam duobus prelibatis quęsitis, ad tertium vt accedamus, ęquum est. Solet deniq; quęri. Vtrum relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempore, sint reales. Mihi sanè primo aspectu videtur esse dicendum, quòd sic. Nam illud, quod est secundum rationem tantùm cessante intellectu rationẽ formante, non manet, at cessante omni intellectu ratiocinante, adhuc Deus esset Deus, Dominus, & creator, quæ tamen de Deo ex tempore relatiuè dicuntur: igitur, &c. Preterea relationes illæ reales sunt, quæ fundamentùm, & extremum reale habent, at relationes, quibus Deus refertur ad creaturã ex tempore, sunt huiusmodi: igitur. Minor sit declaratur, quia habent reale extremum, puta creaturam, &

reale

reale fundamentum. Nam diuinum fundatur super diuinam potestatem, & creator super actionem: quare, &c. In oppositum dicetis vos, in Deo nihil videtur esse realiter, qđ non sit ab ęterno, sed tales relationes sunt minimè ęternæ, sed ex tempore, non igitur realiter in Deo ponendæ. Hoc idem fatetur D. Aug. dùm inquit, quòd tales relationes sunt tantùm appellationes relatiuæ. Pro determinatione huius quęstionis videndum erit, vnde relatio habeat, quòd sit realis: mihi procul dubio videtur, qđ relatio habeat esse reale ex fundamento, & extremo realibus, vel denominatiuè, & accidentaliter, non per se: accipiendo igitur primo modo relationem, Deus nequaquā realiter ad creaturam refertur, at secundo modo pro denominatione reali sic Deus ad creaturam referri dicitur. Nunc ad argumenta formata respondeamus. Ad primum ergo potest dici, qđ circumscripto omni actu relationis, Deus est creator, & dominus, nec ista nomina dicunt relationem rationis, sed denominationem actionis extrinsecus aduenientem, quæ est realis, sicut & illud extrinsecus adueniens, vnde oritur. Ad alterum in ordine secundum dicitur, quòd denominatio respectiua Dei ad creaturam realis est, habet enim reale fundamentum, & extremum. At in Deo nullus videtur esse realis respectus per comparationem ad creaturam, nec ob id nego, quin Deo realis denominatio respectiua conueniat. Et hęc satis.

QVO

QVO MODO FILIVS AEQVALIS PATRI DICATVR.

Distinctio XXXI.

Lectio XCI.

VErsaturi circa distinctionem presentem trigesimam primã in ordine huius primi libri, nexum primò ponemus, deinde ad diuisionem accedemus. Quantũ ad primum. Is nexus videtur. Postquam Magister sent. verba fecit de personarum proprietatibus proprijs, consequenter sibi erat agendum de appropriatis, & hęc de cõtinuatione vna cum consilio Magistri. Diuiditur modo hęc distinctio in particulas tres: in quarum prima nomina quędam communia aliquibus personis appropriabilia declarantur, in altera significata quorundam nominum communium appropriabilium, scilicet secundum Hylarium. Tertiò prius dictorum appropriatorum ratio assignatur. Circa primi puncti declarationem supponit primo Magister ęqualitatem, & similitudinẽ in diuinis esse relationes tantùm secũdũ rationes. Ad quam rẽ determinandã tria quęsita excitabimus, & primò. Vtrũ in diuinis hoc nomen ęquale relationẽ, vel substantiam dicat. Insuper an ęqualitas penes essentiam, vel relationẽ debeat attendi. Demũ q̃d sit ipsa ęqualitas in diuinis. Quantũ ad primum, dicitur, q̃d ęquale relatiuè se habet; nam sicut nihil ꝓpriè sibi ipsi simile dicitur, ita nec ꝓpriè ęquale. Ad secundũ quęsitũ de facili põt responderi, nã penes substantiam, nõ aũt penes relationem, ęqualitas attendenda est, quæ veritas cõfirmari habet authoritate D. Aug. ita loquẽtis.

Quęrimus

Quęrimus, secundum quid Patri sit ęqualis filius, nec secundum hoc, quod ad Patrem dicitur filius, ęqualis est Patri: igitur ęqualis erit, secundum quod ad se dicitur, at quicquid sic se habet, id est ad se dicitur, secundum substantiam dicitur, ęqualis ergo Patri, secundum substantiam, & ita patet, quo modo ęqualitas penes substantiam attendenda sit. Nunc ad difficultatem in ordinē tertiām accedo, & ęqualitatem in diuinis secundum nomen solum relationem esse dico; realiter enim nil aliud est, quàm diuinarum personarum identitas; sed dicetis, quid de similitudine in diuinis erit dicendum? An q̄d relatiuè se habeat, vel secundum substantiam? dicatis ad hoc, idem esse iuditium ferendum de similitudine, videlicet, quod dicat, & attendi debeat secundum substantiam, seu essentiæ vnitatem, & q̄d sit relatiuum secundum nomen. Insuper amore, ac sciendi desiderio ducti dicetis, libēter sciremus, quo modo in diuinis simile, & ęquale habeant sumi, num positiuè, aut priuatiuè, siue negatiuè. Huic difficultati sic occurro, & dico, q̄d negatiuè, propterea quod ęqualitas differentem magnitudinem excludit, & similitudo oēm diuersitatē. Et hęc de prima particula de tribus propositis. Subsequitur altera, in qua quorundam nominum communium, scilicet appropriabilium secundum Hylarium significatio detegenda. Nam videtur, quòd in diuinis secundum appropriatione ęternitas, & vnitas de Patre affirmetur. De filio verò imago, & ęqualitas, & de Spiritu sancto, amborum nexus, & charitas, quæ oīa ex Hylario, nec non ex D. Aug. colligi possunt. D. enim Aug. ait, ęternitatem Patri appropriari, quia cum ęternitas pręuenit principium, ideo Patri cōuenit, qui ob principij

priua-

priuationem innascibilis dicitur. Insuper fatetur, imaginem filio appropriari, nec non ęqualitatem, speciem, & pulchritudinem, propter perfectam, & proportionatam Patris repręsentationem. Nam filius cũ summa similitudine, nec non ęqualitate repręsentat. Munus verò, & nexum charitatis, & vsum Spiritui sancto attribuit, & hoc ideo, quia per ipsum, & ab ipsa nobis oĩa donantur, ad nostramq; vtilitatem infunduntur. Explanatis in hunc modum particulis duabus, relinquitur tertia, in qua ratio appropriatorum prius dictorum assignanda, quamuis ergo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnum sunt, ob id minimè dici debent vnus, nisi cum additione, ita vt dicatur sic. Vnus Deus, vnus creator. Ratio aũt huius assignatur, quia neutrum genus ad essentiam refertur, ideo cum dicitur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnum, debet intelligi hoc essentialiter. Masculinum verò genus ad personam, seu hypostasim habet referri: vnde cum dicitur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus, nisi fieret additio, & diceretur vnus Deus, vel vnus potens, vel vnus sciens, tunc procul dubio personarum tolleretur distinctio, vel saltem poneretur ipsarum confusio. Et hęc de pollicitis satis.

VTRVM IN DIVINIS AEQVALITAS SIT RELATIO REALIS.

Lectio XCII.

VOlentes nos hodierna die diligẽter Magistri verba percurrere, tria in dubium reuocanda erunt, & primò. Vtrum in diuinis ęqualitas debeat dici relatio realis.

Insuper, Vtrũ positiuè, vel priuatiuè ibi sumenda. Tertiò, Vtrũ attibuta essentialia diuinis debeant appropriari personis. Circa primum, pro parte affirmatiua sic potest argui. Illę relationes, quæ sic se habent, q̃d earum est idem fundamentũ, & eadem extrema sunt, si vna est realis, & altera quoque: at relationes originis idẽ fundamentum habent, & extrema eadem cum rel. ti.ne ęqualitatis (vtrobiq; enim est essentia diuina fundamentum) & personæ diuinæ sunt extrema; cum itaque originis relationes sint reales: igitur, & ęqualitatis relatio erit realis. Insuper, veluti diuinæ essentiæ perfectio requirit, quod à Patre filio communicetur, ità requirit, quod sit eadem in Patre, & filio, sed propter principium Pater realiter ad filium originis relatione refertur, quia essentiam habet à Patre: igitur propter secundum Pater realiter referri ad filium ęqualitatis relatione, quia eadem cum Patre essentiam habet. In oppositum dicetis vos. Si ęqualitas in diuinis esset relatio realis, tunc plures relationes, quàm quatuor, concedendæ forent, at pro inconuenienti hoc habetur: ergo & illud ex quo sequitur. Pro responsione, nec non difficultatis terminatione supponendum est primò, quòd ęqualitatis relationes, & similitudinis in diuinis minimè sint reales, sed illę tantùm originis: quo posito, ad rationes formatas duas respondendum erit, & primò ad primam sic, quòd relationes illę, quæ habent, & idem fundamentum, & eadem extrema sub eadem reali ratione exigentiæ extremorum, omnes sunt ęqualiter reales, vt in proposito patet: nam in essentia diuina, vt est fundamẽtum originis relationum, est sufficiens exigentiæ extremorum ratio, V. g. naturæ fęcunditas. At in ipsa, vt est ęqualitatis,

&

& similitudinis fundamentum, nō est talis exigentiæ ratio, vnitas enim essentiæ non requirit, qđ ipsa sit in pluribus suppositis, quare argumentum ruit. Ad alterum dicitur, quòd essentiæ diuinæ perfectio, vt fęcunda est, quòd sit à Patre in filio, requirit, at diuinæ essentiæ perfectio, vt vna est, nequaquam requirit, quòd in eis sit vna, quoniam vt vna non exigit, qđ in pluribus sit, & ita patet, quòd tota necessitas exigentiæ prouenit ex fęcunditate naturæ, secundum quam relationum orginis est fundamentum, & non ex eius vnitate, secundum quam ęqualitatis, & similitudinis ponitur fundamentum. Post primam à nobis quęstionem explicatam sequitur altera, dùm quęritur. Vtrum ęqualitas in diuinis positiuè, vel priuatiuè dicatur. Pro parte affirmatiua videtur posse ꝓbari, qđ ęquale priuatiuè se habeat: nam quæ sic priuatiuè opponuntur, alterum dici debet positiuè, & alterum priuatiuè; at authore Aristotele decimo diuinorum ęquale opponitur magno, & paruo priuatiuè, sed magnum, & paruum positiuè dicuntur: ergo ęquale dicitur priuatiuè. Pro quęsiti determinatione tria consideranda occurrunt, fundamentum ęqualitatis primò, qđ est ipsa quantitas, & similitudinis qualitas. Insuper relationis extrema, quæ sunt ęqualia, vel similia: tandem habitudo relatiua ęqualitatis, aut similitudinis. Quibus positis, dici potest, quòd æqualitas, quantum ad suum formale significatum, positiuè sumitur; nam secundū rem ponitur in prędicamento, priuationes uerò reductiuè solum. Nunc argumēto adducto, & Arist. authoritati poterit satisfieri in hunc modum, si dixerimus: Philosophum loquutum esse de oppositione æqualis magni, & parui communiter, siue sub ratione formali, at

fundamentaliter de magno, & paruo non sic euenit, fundamentaliter enim identificantur. Et hęc de duobus quęsitis. Quibus nectitur tertium in ordine, dùm quęritur. Vtrum attributa essentialia diuinis debeant appropriari personis. Mihi prima fronte videtur, quòd non: nam ęque communia in diuinis videntur esse attributa essentialia, sicut essentia, sed essentia nulli appropriatur: ergo, &c. Pręterea sic arguitur, prius est proprium, quā appropriatum, nam appropriatū per similitudinē dicitur ad proprium, at propria personarū nō sunt priora attributis essentialibus, immo secundum rationem posteriora, non igitur video, quo modo attributa essentialia diuinis sint approprianda personis. Pro intellectu huius arduæ difficultatis tria supponenda occurrunt: primum est, quòd in diuinis datur appropriatio possibilis. alterum, quòd vtilis. Tertium, qđ ratio in diuinis de diuersis appropriationibus reddi potest. Quo ad primum videtur non appropriari, nisi commune, possibilis ergo. Quo ad secundum vtilitas patet, quia aliquo modo, per appropriata in personarum diuinarum cognitionem manuducimur. Quo ad tertium, de facili reddi potest ratio de diuersis appropriationibus: nam Patri Hylarius ęternitatem attribuit, Speciem ipsi filio, & vsum Spiritui sancto, sic dicens. Aeternitas, quæ mensura est, ex sui ratione carens principio, iure merito appropriatur Patri, qui est principium, non de principio. Species verò filio, quæ quandoq; sumitur pro imagine, & quia filius est imago Patris: ideo, &c. Vsus deinde Spiritui sancto, quia largè loquēdo, vti est aliquid assumere in voluntatis facultatē, Spiritus aūt sanctus per modum uoluntatis procedit: ideo, &c. Nunc dirigatur

gatur oratio nostra ad solutionem duarum prius allatarum rationũ, quarum prima interrimitur per non esse simile de essentia, & attributis essentialibus. Nam essentia, vt essentia est, maiorem non dicitur habere conuenientiam cum proprio vnius personæ, quàm cum proprio alterius: quare vni personæ magis, quam alteri appropriari nequit, sed diuersa attributa maiorẽ conuenientiam habent cum proprio vnius personæ, quàm cum proprio alterius, propterea magis vni, quàm alteri appropriantur. Ad rationem secundam dicitur, in diuinis nihil prius, aut posterius secũdum rem dari, sed secundum rationem tantùm, & hoc modo quędam essentialia videntur esse priora proprijs personarum, nõ tamen appropriata, nisi ratione propriorum, & sic possunt dici posteriora proprijs personarum secundum rationem talis nominis; nec inconueniens videtur, quod aliquid sit prius, & posterius altero secundum rationem, quantum ad considerationes diuersas. Et hęc satis.

VTRVM PATER, VEL FILIVS, ETC.
Distinctio XXXII.
Lectio XCIII.

P*Ostquam in superiori distinctione de nominibus communibus appropriabilibus diuinis personis, nec nõ de significatione quorundam nominum cõmunium appropriabilium secundum Hylarium loquuti sumus, consequenter hoc in parte arbitror agendum fore de quibusdam difficultatibus, originem ducentibus ex prędeclaratis. Habita his verbis continuatione huius*

distinctionis cum precendenti, nunc diuidi habet de more in tres partes, in quarum prima declaratur, qualiter persone diuine Spiritui sancto secundum proprium, & appropriatum comparentur. Insuper circa filij appropriatũ. Tertiò, & vltimò penes vtrunq; simul. Circa primum, vt magis intentum nobis Magister sent. detegat suum querit. Num Pater, & filius diligant se mutuo, Spiritu sancto ab ipsis procedente. Primo aspectu ad partem negatiuam declinando sic arguit, in diuinis diligere, & esse identificantur, si ergo Pater, & filius diligunt se Spiritu sancto, &c. Tunc haberent esse per Spiritum sanctum, at hoc absurdum est, non ergo primum videtur posse concedi. Hic Magister sent. ne toto videatur aberrare cęlo, ita fatur, Patrem, & filium se diligere Spiritu sancto, sumendo ibi diligere notionaliter, pro vt idem est, quod communis spiratio, & sic intuenti patebit, quo modo diligere ab essentia secundum rationem differat, & formatum prius argumentum nullius ponderis existat. Et hęc pro primo segmento. Huic necti potest secundum, vbi Doctor inquirit. Vtrum Pater sapiens sapientia, quam genuit, dici possit. Insuper, vtrum filius sapiens sapientia genita, vel ingenita nuncupandus. Tertiò, vtrum filius sapiens sapientia genita, idest se ipso dicendus. Circa questionem in ordine primam, videtur, quòd Pater sit sapiens sapientia, quam ipse genuit: nam amore diligit Pater, qui ab ipso procedit: igitur, &c. Hic queso diligẽter perpendite Nobilissimi Auditores, ne circa hoc aliquis ob inexperientiam contingat error. Nam hęc positio minimè concedenda est, Pater est sapiens sapientia genita; idest illa sapientia, quam genuit, ne filius, qui est sapientia genita

videatur

videatur esse causa sapientia in Patre, qui sapiens est sapientia ingenita. Ad secundam nunc venio quæstionem propositam, & paucis dico, quòd filius dicitur sapiens sapientia ingenita, sicut & Pater. Hic tamen notandum, quo modo hæ duæ sint propositiones veræ, Pater est sapiens sapientia ingenita, & filius est sapiens sapientia ingenita. Nam hi ablatiui in eis positi diuersimodè videntur posse construi, videlicet vno modo in habitudine formalis principij, sub quo sensu Pater est sapiens sapientia ingenita, & tunc huius sensus propositionis est, quia sapientia ingenita est ipse Pater, & sic se ipso formaliter est sapiens, cum idem sibi esse, & sapere sint idem, secundum quem sensum intellectus erit falsus, quando dicitur, quòd filius sit sapiens sapientia ingenita, quia sic denotat filium esse formaliter sapientem Patre, & ex consequenti Patrem esse formaliter filium propter identitatem sapientiæ, & esse in filio. Alio modo ablatiuus ille videtur construi posse in habitudine principij effectiui, tunc temporis ista erit falsa. Pater est sapiens sapientia ingenita, quia significat Patrem esse de sapientia ingenita, & ita esset à se ipso, quod est falsum. Illa verò, filius est sapiens sapientia ingenita isto modo vera est, quia sensus est, quòd filius sit de sapientia ingenita. Et hęc de quęstionibus duabus. Superest tertia superius proposita. Vtrum filius possit dici sapiens sapientia genita, idest se ipso, cui difficultati sic habet responderi, quòd sic formaliter, at effectiuè non. Nam verbum non est à se ipso effectiuè, nec sapiens à se ipso hoc modo potest dici, nisi formaliter, & hęc de duabus principalioribus huius distinctionibus partibus satis. Superest tertia, & vltima, quæ in duas subdiuiditur partes, iuxta

duas quęstiones, quas proponit Magister. Querit enim primò. Vtrum tantùm vna sit sapientia Patris, & filij. Mihi videtur, quòd non, quia alia est sapientia genita, & ingenita: igitur non est tantùm vna: nam quando sumitur cum his terminis genita, & ingenita sapientia, tunc temporis trahitur ad standum pro persona, at quando simpliciter sine vlla additione, tunc supponit pro essentia, & sicut in deitate datur dilectio, quæ est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, scilicet ipsa diuina essentia, ita in Deo videtur vna sapientia esse, quæ est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, scilicet diuina essentia, & sapientia genita, quæ nec est Pater, nec Spiritus sanctus, sed filius: ob id non plures sapientiæ, sed vna tantùm, & ex consequenti sapientia ingenita est ipsius Patris, per quam ipse formaliter sapit, sapientia ẽt genita dicitur Patris, non quia ea formaliter sit sapiens, sed quia eam genuit, nec ob id sequitur, ergo sunt duæ sapientiæ, sed benè vna essentialiter, quare idem re, & ratione differunt. Accedit tandem vltima quęstio manifestanda, quęrit enim Magister sent. cur ipse Pater in diuinis non dicatur sapere sapientia genita, vel ab ipso procedente, cum ibi sit idẽ sapere, & esse similiter diligere, & esse? ad hoc respondere nõ erit difficile p̃missa prius bimembri ipsius, diligere, distinctione solet. n. capi quãdoq; essentialiter diligre, & quãdoq; notionaliter. Si primo modo, tunc & secundũ rẽ, & secundũ significãdi modũ, absolutè diligere non est aliud, q̃ esse, & q̃ diuina essentia, & sic capiendo diligere, Pater nullo modo põt se diligere Spiritu sancto, seu amore procedente à se. At si notionaliter sumatur, scilicet pro spiratione passiua, licet sic non sit aliud, quã essentia diuina secun-

dum

dum rem, non tamen secundum modum significandi: idem dici debet, quod essentia diuina, seu esse, quia essentia, seu esse absolutè dicitur, diligere aũt relatiuè, & ideo non sequitur, Pater Spiritu sancto, vel amore diligit: igitur Spiritu sancto, vel amore procedente est. Sicut non sequitur, Pater paternitate est Pater: ergo Pater paternitate est. Sic non sequitur, homo diligit hominem amore ab ipso procedente: igitur homo amor est: cum ergo sapere in diuinis semper sumatur essentialiter, & nunquam notionaliter, sicut diligere: igitur Patrem sapientia genita sapere sequeretur ipsum esse sapientiam genitam. Ad diligere aũt non semper sequitur diligere dilectione producta, & per consequens licet Pater non dicatur sapere sapientia genita, dici tamen potest diligere dilectione producente, seu producta. Et hęc satis.

AN PATER, ET FILIVS DILIGANT SE SPIRITV SANCTO. Lectio XCIIII.

EX enarratis in superiori distinctione duo in presenti sermone examinari posse, oculis cerno: quorum primum. Vtrum Pater, & filius diligant se Spiritu sancto. Insuper, Vtrum filius possit dici sapiens sapientia genita. Circa primum arguunt quidam pro parte negatiua dicentes. Aut diligere sumitur essentialialiter, aut notionaliter; nullum horũ debet dici: ergo, nec primum: quare, &c. Minor probatur, quia si essentialiter eadem ratione hęc uera esset, Pater intelligit filio, at hoc ab

Aug.

Aug. negatur: igitur essentialiter diligere in proposito non sumitur, nec notionaliter, quia similiter hęc uera foret, Pater generat se filio, vel Pater, & filius spirant se Spiritu sancto, sed hęc non conceduntur; neq; igitur, quod Pater, & filius diligant se Spiritu sancto. Ex alio latere, D. Aug. lib. vii. de trin. in oppositum se habet, dùm inquit, qđ Spiritus sanctus est, quo genitus à generante diligitur, genitoremq; suum diligit. Pro intellectu itaq; difficultatis scire debetis, omnes difficultates circa materiam hanc contingentes non esse de re, sed tantùm de modo loquendi, circa quem modum perplures extant opiniones, quas breuitatis causa omitto, & ad prenominatas ꝓpositiones accedo, & dico, has esse simpliciter falsas, si diligere sumatur notionaliter, at si essentialiter, tunc veras, licet sint impropriæ, quare exponendæ. Quandocunq; ergo aliquid sumptum cū determinatione de aliquo prędicatur, poterit ēt dici de alio, vel illo sumpto sine determinatione, nisi forte determinatio sit distrahens, V. g. Iulius est homo mortuus: ergo est homo? nō sequitur, quia esse mortuum dictio est distrahens. Idem iuditium de similibus ferendum ꝓpositionibus: sumendo igitur diligere essentialiter, tunc oēs ueræ erunt ꝓpositiones, sed impropriæ, ideo exponendæ. Cum itaq; hęc sit vera, & propria, Pater diligit filium se ipsum, & nos amore essentiali, consequens est, qđ hęc sit vera: Pater diligit filium se ipsum, & nos Spiritu sancto, impropria tamen est, ideo exponenda, ita vt sit sensus, Pater diligit filium se ipsum, & nos Spiritu sancto, idest amore essentiali, qui Spiritui sancto appropriatur, & ita ex his argumentum primum adductum notum, & dilucidum apparet. Ad authoritatem verò

Aug.

Aug. pro parte opposita dicitur, qđ Spiritus sanctus est amor per appropriationem, non per propriè tamen. Et hęc de primo dubio. Quęritur secundo. Vtrum filius sit sapiens sapientia genita. Pro parte negatiua sic potest argui primò. Eadem est sapientia Patris, & filij, sed illa Patris non est genita, quia nihil tale habet Pater: ergo nec filij sapientia erit genita Deinde in diuinis nihil essentiale genitum dicitur, at sapientia est quid essentiale, non ergo genita, & ita filius haud dici poterit sapiens sapientia genita. In oppositum se habet, quia filius est per se sapiens, & est sapientia genita: quare, &c. Hylarius quoq; fatetur, qđ filius nihil habet, nisi genitum, vel natum, at sapientiam habet, qua sapiens dicitur: igitur ipsa, vel genita, vel nata. Pro determinatione huius negotij, velim notetis, istum ablatiuum tripliciter posse sumi; vno modo, vt quandam habitudinem notat principij efficientis, tunc est falsa locutio. Nam nihil genitum efficit sapientiam in filio, & in eodem sensu posset concedi, quòd filius sit sapiens sapientia ingenita, quia habet à Patre, quòd sit sapiens, sed Pater dicitur sapientia ingenita: quare, &c. Potest insuper ablatiuus ille habitudinem notare principij formalis, V. g. quando dicitur, corpus coloratum albedine, & sic adhuc ista erit falsa, filius est sapiens sapientia genita, quoniam sapientia, per quam filius est sapiens essentialis dicitur, quæ non est genita, licet cõmunicata; postremò iste ablatiuus, potest dicere habitudinem causæ subiectiuæ, siue materialis, V. g. quando dicimus, corpus esse coloratum superficie, vel superficiem se ipsa esse coloratam, sub quo sensu existimant quidam, quod hęc concedenda sit, filius est sapiens sapientia genita subiectiuè, sed

queso animaduertant improprietatem loquendi, in diuinis enim subiectum nec materia ponitur propriè, insuper filio non conuenit esse genitum, secūdum quod est sapientia, quia ly sapientia genita, videtur esse determinatio prędicati, & nō subiecti conditio, sicut primum videtur probare argumentum. Ad aliud verò dicitur, q̄d filius, nihil habet, nisi genitum, idest, quod non acceperit per generationem, non quod essentia, vel essentialia sint genita, sed solum per generationem communicata, & ad argumenta probantia, q̄d hęc sit falsa, filius est sapiens sapientia genita, dici potest, quòd de formali prędicatione loquantur, & ita concedenda. Sic habetis paucis verbis illa q̄sita duo iā explicata. Et prius à nobis ꝓposita.

POST SVPRA DICTA, ETC. Distinctio XXXIII. Lectio XCV.

INterpretaturi trigesimā tertiam in ordine distinctionē huius libri, quo modo habeat necti cum superioribus, primò docebimus, insuper ad diuisionem accedemus. Ex quo ergo loquutus est Magister sent. de proprijs, & appropriatis, consequens erat de differentia communium, & propriorum verba facere, q̄d pręstabit in pręsenti tria pollicendo, vnitatem primò, ad contrarias rationes respondere secundò, tertiò ad authoritates contrarias. Quo ad primum, licet proprietates personales idem sint cum personis, & natura diuina, ad maiorem tamen euidentiam, quęrendū est. Vtrum ꝓprietates sint ipsa persona, & Vtrū sint ipsa diuina

essentia

ssentia. Pro solutione difficultatis propositę scire debetis, tripliciter proprietates inueniri in personis iuxta illud Gregorij in pręfatione dicentis, & in personis proprietas, & in essentia vnitas, &c. fuerunt ergo ab ęterno proprietates: nec est dicendum, quòd sine subiecto fuerint: ergo in personis. Insuper proprietates sunt ipsæ personæ: nam sunt in personis, & in his nulla datur diuersitas; proprietates ergo sunt ipsæ personæ; sunt ēt ipsa diuina essentia, siue natura ipsæ proprietates, quòd sic de facili habet persuaderi. Deus enim est quicquid habet, vbi tamen non repugnat relatiua oppositio, sed essentia diuina proprietates habet: igitur hæ sunt diuina essentia, siue natura, quòd varijs habet confirmari diuersorum authoritatibus vt in textu Magistri videre est: quare, &c. Declarato iam primo puncto, accedit ad alterum in ordine secundum, vt contrarijs respondeat Magister rationibus, inquit ergò, quòd errant illi, qui volunt essentiam diuinam generare ex hoc, quia proprietates personales sunt in ipsa, sed antequam probetur, quod dicit Magister, primò quorundam error ponendus dicentium, q̄d licet in personis proprietates sint, non tamen sunt ipsæ personæ, sed sunt quasi extrinseius affixæ. Insuper post errorem hunc tres rationes inducunt, quarum prima sic se habet, si proprietates sint personæ, nō ergo distinguunt, neq; personas determinant, patet consequentia, quia nihil distinguitur, neq; determinatur se ipso. Ad hoc dici pōt, nullum sequi incommodum, idem distingui, seu se ipso determinari, vt patet authoritate beati Hier. Pręterea si proprietates sunt essentia diuina: ergo vt personæ conueniunt in essentia, ita ēt in proprietatibus conuenient, quod est falsum, ergo.

Hic

Hic Magister materiam hanc dimittit: ob sui nimiam altitudinẽ humanum enim videtur excedere intellectum, quod Hylarij comprobatur authoritate. hinc tertiò addit, qđ in quocunq; est paternitas in diuinis, hoc generare dicitur, at in essentia ponitur paternitas, ergo generat. A simili de filiatione potest argui, vt intuenti patet, ad quas cauillationes tollendas distinctione vtitur Magister, dùm inquit, quod proprietates esse in aliquo dupliciter potest intelligi, vno modo illud, in quo sunt determinando, & distinguẽdo, quo modo tale in quo inuenitur, idest paternitas generare hoc potest. Alio modo illud, in quo sunt, non determinando, nec distinguendo, & sic in diuina sunt essentia, ideo non generat. Idem dici poterit ad illud de filiatione: nam stante illa distinctione argumentum aduersariorum nihil concludit. His tandem tertia pars distinctionis addenda venit, vbi authoritatibus contrarijs est respondendum, falluntur etenim illi, qui ex paternitatis, & essentiæ identitate concludunt, paternitate Patrem esse Deum. Huius ratio de facili assignatur, quoniam proprietates in diuinis sunt, vt determinantes, & distinguentes, cuiusmodi sunt etiàm in personis, & licet proprietates quid ab essentia diuersum non dicant, est tamen quędam diuersitas secundum rationem. Quare allucinantur aliter opinantes. Et hęc de tota distinctione satis.

VTRVM

VTRVM PROPRIETATES RELATIVAE SINT IN ESSENTIA, ET IN PERSONIS.

Lectio XCVI.

AD vberiorem doctrinam eorum, quæ in prędeclarata distinctione tacta sunt hodierna die, quęsitum vnum proponemus de ꝓprietatibus relatiuis cognoscendi gratia, num sint in essentia, & in personis. Pro parte negatiua arguunt quidam duobus modis, & primò sic. Omne, quod est in aliquo, in eo esse secundũ modum essendi in debet dici, at nullus illorum modorum essendi in, qui determinantur ab Arist. quarto physic. Assignari põt, vel conuenire modo, quo proprietates dicuntur esse in essentia diuina, vel personis: igitur, &c. Deinde sic instatur, cẽ illud, in quo est relatio refertur, at essentia diuina minimè refertur: igitur ad minus in essentia non debet poni relatio. In oppositum se habet Gregorij authoritas dicentis, quòd in personis proprietas, & in essentia vnitas. Pro determinatione huius rei tria consideratione digna occurrunt, primum est, quod tàm in essentia, quàm in personis sunt proprietates, alterum est, per quem modum sunt in eis. Tertium, & vltimum, in quo sint prius. An in essentia, aut in personis, vel vice versa. Quantum ad primum, sciendum est, quòd relationes sunt in personis, & in essentia, de personis duobus declaratur modis: primò quia in diuinis per relationes in esse constituuntur: ergo. Deinde nihil realiter refertur, nisi per id, quod est ipso, at diuinæ personæ realiter referuntur, in ipsis ergo sunt ponendæ relationes reales, q̃d aũt in essentia diuina sint ponendæ,

sic

sic declaratur, omnis relatio est in supposito relato mediante aliquo absoluto, qđ relationis fundamentum est, sed essentia sic se habet, igitur, &c. Quãtum ad secundum, idest ad quem modum essendi in reduci debeat, põt dici, quòd ad illum modum, quo sanitas est in calidis, & frigidis, in quibus habet esse, ut in fundamento. Quantum ad tertium, in quo sint prius, est sciendum, quod relationes non videntur per prius esse in essentia, quàm in diuinis personis, neq; secundum rem, neq; secundum rationem; non secundum rem, quia in diuinis nihil est prius, aut posterius, nec secundum rationẽ, aut secundum modum intelligendi: nam impossibile est principia intrinseca alicuius rei præintelligere, ut vnita ante constitutum ex talibus principijs, sed relatio, & essentia sunt personã constituentia, igitur erit impossibile præintelligere relationem in essentia, antequã intelligatur persona constituta, sed necessariò simul vtrunq; intelligitur. His ita positis, iam primum patet argumentum ex dictis. Ad secundum dicitur, qđ omne illud, in quo reperitur relatio vt in supposito relato refertur, non aũt illud, in quo est tantùm, vt in fundamento, quo modo in essentia diuina ponuntur relationes, & in personis, vt in suppositis solæ ob id personæ referuntur, & per consequens distinguuntur, vt dicit Damascenus, quòd proprietates sunt determinatiuæ, & distinctiuæ hypostaseos, idest personarum, non autem essentiæ. Et hæc satis.

PRAEDICTIS AVTEM, ETC.
Distinctio XXXIIII.
Lectio XCVII.

HVcusq; loquuti sumus de ꝑprietatum comparatione ad personas, propterea ex consequenti nunc agendum erit de proprietatum collatione ad ipsam essentiam, vbi tria in ordine consideratione digna perpendemus, & primò personæ, & essentiæ diuersitatem, insuper causalitatem essentiæ ad personas, tertiò de attributorum congruitate recapitulationem. Nos catholici circa primum punctum versaturi tenemur diuinas personas asserere cum diuina essentia idem esse, & sola ratione differre, contra quosdam hereticos peruersos negantes essentiam, & personam idem esse: nam si esset eadem essentia Patris, qua filius, igitur eadem res, & generaret, & generaretur, at hoc minimè dicendum: ergo nec primum. Confirmari potest hoc authoritate Hylarij dicentis, quòd res naturæ, & natura non sunt idem, at persona diuina est res naturæ diuinæ, essentia aūt dicitur ipsa natura: igitur differunt; ad hoc pōt facile responderi, si dixerimus Hylarij authoritatem locum habere in creaturis, non in diuinis, vbi natura, & res naturæ sunt idem, vt perbellè docet Hylarius his verbis dicens, quòd Deus non est aliud ab his, quæ insunt, idest attributis, & personis. His pōt addi, quòd essentia, & hypostasis secundum rationem differant, ob id negari minimè debet, quin generans, & generatum in substantia conueniant, licet in personalitate differant, & sic ratio nulla est. Iam prima de tribus partibus

enucleata parte superest, vt secunda manifestetur. Quamuis ergo tres personas vnius essentiæ esse dicere debeamus, non propterea vnum Deum trium personarum vsitata locutione debemus asserere, quia, si sic, tunc Deus in aliqua principij habitudine respectu personarum significaret, at hoc dici non debet, neq; primum admitti. Nec est simile de essentia, quia alius est significandi modus nomine Dei, & alius nomine essentiæ: nam ly Deus, significat in ratione principij effectiui, essentia verò non, quare nulli mirum, si dicatur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnius essentiæ, & non vnus Deus tres personæ, nec vnus Deus trium personarum, nec tres personæ vnius Dei. His tandem vltima pars enodanda huius distinctionis additur paucis, & hęc est, quòd Patri potentiam attribuimus, filio sapientiam, & Spiritui sancto bonitatem, non obstante, quòd ęque omnibus essentialiter sine distinctione simul conueniunt. Patri ergo potentiam, quia in patribus creaturis inesse consueuit debilitas. Filio sapientiam, quia in creaturis filij solent esse ignari. Spiritui sancto bonitatem, quoniam in creaturis spiritus tumorem, nec non inflationem importat. De nominibus verò translatiuè sumptis, nil dicam, nisi quòd assignanda sit ratio, secundum quam transferuntur, & de Deo dicuntur, V. g. vt speculum, vt splendor, vt character, & figura, quæ lectori consideranda traduntur. Et hęc satis.

VTRVM

VTRVM SVPPOSITVM, ET NATVRA DIFFERANT REALITER IN CREATVRIS, ETC. Lectio XCVIII.

VOlentes personam ad diuinam essentiam comparare cognoscendi gratia, quo modo adinuicem se habeant, arbitror exordiendum esse à supposito creato, nec non à natura in creaturis, vt recludatur aditus ad ea, quæ intendimus. Quęremus igitur primò. Vtrum suppositum, & natura realiter differant in creaturis. Insuper, Vtrum persona, & essentia sint idem in diuinis. Circa primum pro parte affirmatiua sic primò argui pōt. Illa, quorum vni aliquid reale attribuitur, qđ nō alteri, proculdubio realiter differunt, at natura, & suppositum sic se habent: igitur, &c. Minor, quia ꝓbatione eget, iccirco sic ꝓbatur, supposito enim agere ascribitur, & non naturæ, igitur realiter differunt. Deinde suppositum, & natura videntur se habere, vt habens, & habitum: nam homo est, vt habens humanitatem, & humanitas habita, siue id, quod habetur; at hęc in solo Deo sunt idem, non ergo in creaturis, & ita quod realiter differant non negandum. Prętere a, filius Dei humanam naturam assumpsit, & non suppositum humanum, signum est ergo, quòd suppositum, & natura non sunt idem, sed realiter differunt. In cōtrarium dicetis vos: nonne idem importatur per hominis nomen, & eius diffinitionem? at per hominis finitionem non importatur, nisi quidditas, & natura, & deinde per hoc nomen hominis, quod est suppositi: quare, &c. Pro determinatione huius difficultatis, velim notetis

suppositum, & naturam duobus posse accipi modis, vno modo, vt suppositum concretum, vt homo, & natura abstractum, vt humanitas. Tunc quęrere, quo modo se habeat suppositum ad naturam, est nil aliud quęrere, quàm quo modo se habeat quidditas ad id, cuius est, siue habens quidditatem. Possunt alio modo capi sic, vt suppositum singulare, V. g. vt hic homo, & natura, vt q d commune, siue vniuersale, V. g. vt homo, vel humanitas, sub quo sensu suppositum quid super naturam addit. His premissis, nunc ad primum dico argumentum, quòd agere est suppositi, nõ naturę, ob id non sequitur, ergo suppositũ, & natura sunt realiter diuersa, sed quia suppositũ significatur, vt quod, & natura, vt quo est, aut quid est, & quia agere correspondet ei, quod est esse, iccirco supposito ascribitur actio, vt quod, & naturę, vt quo, idest tanquam ei, quo agens agit, vtrunq; tamen realiter agit, ęquè vnum, sicut alterum: non enim duo sunt, sed vnum, quamuis vni magis, quàm alteri attribuatur secundum loquendi modum, nec non propter diuersum significandi modum. Ad secundum argumentum dicitur, quòd in nulla creatura habens, & qđ habetur, vniuersaliter sunt idem: nam in omni creatura pręter suppositum, & naturam dantur aliqua, quę realiter differunt ab vtroque, nihil tamen ꝓhibet, quin in creatura sit aliquid habitum, quod non differat realiter ab habente, vt diximus de supposito, & natura. Ad tertium argumentum dici põt, quòd natura humana in Christo, natura est, & non suppositum non propter hoc, quòd natura, & suppositum, vel concretum, & abstractum diuersa important de principali significato, sed quia concretum ex modo significandi intelligitur, vt ha-

bens,

bens, quòd aũt alterinititur, non dicitur habens, vt sit, sed potius habitum, propter qđ humana natura in Christo nõ dicitur homo, sed humanitas. Completo primo quæsito, alterum examinandum relinquitur, quæritur enim, Vtrum in diuinis suppositũ sit idem, quod essentia. Boetius partem hic tuetur affirmatiuam, dùm ait, in diuinis, quod est, & quo est, identificari, sed quod respicit suppositum, & quo naturam: igitur, &c. Pro intellectu huius rei debetis scire, aliqua identificari tripliciter posse sumi, vno modo realiter, non conuertibiliter, alio modo realiter conuertibiliter, tertio formaliter. Nunc his ita positis, ad formã argumenti Boetij dicitur, personã, & naturã identificari realiter, sed nõ conuertibiliter, siue adequatè, nec formaliter, & ita ruit Boetij authoritas.

VTRVM CONVENIENTER DICATVR, QVOD SINT TRES PERSONAE VNIVS ESSENTIAE. Lectio XCIX.

NE probro affici posse videar omittendo, quæ mihi occurrunt pernecessaria, statui hodierna die in dubium duo reuocare, & primò. Vtrum conuenienter dicatur, qđ tres sint personæ vnius essentiæ. Deinde, Vtrum aliqua nomina de Deo conuenienter translatiuè dici queant. Quantum ad primũ, negatiuè sic arguitur, eadem est ratio vnius solius, & simpliciter authore Arist. primo Elenchorum, V. g. vnius hominis, & hominis: similiter videtur, quòd eadem ratio sit essentiæ, & vnius essentiæ, sed nõ benè dicitur, quòd sint tres personæ essentiæ: igitur

nec, qđ sint tres personæ vnius essentiæ. At quia oppositū vidimus in textu, iccirco videtur esse dicendum, quòd benè, & conuenienter dici possit, quòd tres personæ sint vnius essentiæ, illud enim benè, & conuenienter dicitur, quòd verè, & congruè dicitur, at quod tres personæ pronuncientur esse vnius essentiæ verè, & congruè profertur: igitur, &c. Nunc his ita positis, ad argumentum primum pōt sic responderi, quòd licet sit eadem ratio essentiæ, & vnius essentiæ, attamen quidam modus habendi essentiam designatur, cum additur vnius, qui non designatur absq; eius additione, & quia talis modus construendi est ad designandam ꝓprietatem essentiæ habitæ, propterea primus modus cum additione vnius, non aūt secundus recipitur. Et hęc pro primo dubio. Sequitur alterum, dùm quęritur. Vtrum aliqua nomina de Deo conuenienter dici possint translatiuè. Mihi sanè, quòd non, apparet, quæ enim apertam continent falsitatem, de Deo minimè habent pronunciari, sed nomine translatiuè sic se habent, ergo de Deo dici minimè debent. Minor sic declaratur, quia apertè falsum est dicere, Deum esse agnum, leonem, vel lapidem: quare, &c. Ex alio latere in oppositum se habet sacra scriptura, quæ pluribus in locis huiusmodi nomina Deo ascribit: igitur, &c. Pro determinatione itaq; huius difficultatis sciendum est, oīa nomina, quæ Deo ex creaturis ascribuntur, translatiuè dici: nam nullum nomen Deo, nisi ex creaturis ascribimus, & hoc, quia ipsum adamussim non intelligimus. Nunc ad formatum argumentum dicamus, tales propositiones falsas minimè esse, si tamen debito intelligantur modo, videlicet in sensu, quem primo aspectu faciunt: nam intelligendæ sunt, non penes ꝓprietatem,

prietatem,

prietatem, sed penes similitudinem, nec non proportionem, & ita veræ sunt, sicut parabolicæ locutiones. Et hęc de personarum diuinarum distinctione sufficiant.

DE QVIBVSDAM, ETC.
Distinctio XXXV.
Lectio C.

V*Ersaturi circa trigesimam quintam in ordine distinctionem pendentiam primò considerabimus, insuper ad diuisionem accedemus. Quantum ad primum, ex quo Magister satis abundè loquutus est de Deo, nec non de conditionibus ipsum in essendo concernentibus, consequenter nunc acturus de ipso secundum conditiones eundem in operando respicientes. Diuiditur modo, siue vsurpatur in partes tres hęc distinctio, in quarum prima declaratur, quo modo Dei scientia multipliciter dicatur, in altera inquiritur, num eius scientia à rebus scitis pendeat. Tertiò, & vltimò rimatur Magister, quæ à Deo sint scita, & qualiter. Quantum ad primam partem, arbitror vos scire, Dei vnicam, & inuariabilem esse scientiam, quæ tamen propter varios rerum status diuersa nomina sortitur: nam quandoq; scientia de attributis essentialibus, quæ vt vna, specialem quoq; tractatum requirit, nec solum scientia, sed ēt pręscientia, dispositio, prędestinatio, & prouidentia. Pręscientia enim est respectu oīum futurorum, siue bonorum, siue malorum. Dispositio verò respectu agendorū. Prędestinatio est de hominibus saluandis, & de bonis,*

qui hic à malo liberantur, & in futuro coronabuntur. Prouidentia est de gubernandis similiter, & dispositio, sed cum discrimine. Nam dispositio spectat ad fieri, & esse: prouidentia verò ad benè habentem, & ad rei conseruationē. Hic tamen notandum est, q̄d interdum solet accipi prouidentia ꝑ prescientia, at scientia, siue sapientia illa est, quæ dicitur respectu oīum vniuersaliter, siue presentium, preteritorum, futurorum bonorum, & malorum, & non solum respectu temporalium, verum ēt respectu eternorum. Et hec de prima parte. In altera inuestigaturus Magister, num Dei scientia à rebus scitis pendeat, ita fari videtur. Vtrum si nulla essent futura, nec fuissent, an adhuc prescientia dispositio, & predestinatio in Deo fuissent? videtur, quòd non, & ratio est, quia oīa hec p respectū ad futura dicuntur, si ergo nulla futura fuissent, locum in Deo procul dubio non habuissent. Sed video vos hic ingenio pollentes dicere predestinatio Dei, dispositio, & prescientia nonne idem sunt, quod scientia Dei? at scientia, & Dei essentia idem à primo: ergo ad vltimum prescientia Dei, & scientia idem erunt, at Dei essentia esset dato etiam, quod nullum futurum esset, igitur Dei prescientia fuisset, in ipso Deo circumscripto oī futuro: quare licet Dei prescientia tolleretur, quantum ad respectū, quem importat ad futura, non ob id, quantum ad essentiam: ablato ergo rerum respectu, adhuc remanet Dei scientia, quæ sibi ab eterno competit, nec augetur, nec minuitur, ꝑpter creaturarum existentiam, siue differentiam, nec à rebus scitis causari dicitur, sed causa rerum existit. Et hec de secunda parte. In tertia, & vltima inquirendum est, quæ à Deo sint scita, & qualiter: videtur enim,

quòd

quòd Deus oĩa præsentialiter, & simul perfectè, & immutabiliter cognoscat, præsentialiter dico, hoc est ita lympidè, ac si cuncta præsentialiter forent in essentia. Simul ẽt scit oĩa, qui intuendo se, qui sibi præsens est, oĩa videt. Perfectè quoque, quia cognitio eius nec põt augeri, nec minui. Scit & immutabiliter, quia oĩa nouit per naturam sui intellectus, qui est immutabilis. Deus igitur cognoscit temporalia æternaliter, mutabilia immutabiliter, contingentia infallibiliter, futura præsentialiter, dependentia independenter, creata increatè. Alia verò à se, in se, & per se, & hæc satis. In sequenti perpulchra intelligetis originem ducentia ex Magistri sent. verbis. valete interim.

DE PRAESCIENTIA, ETC.
Lectio CI.

Circa diuinam præscientiam versaturi differentiam primò considerabimus: nam Magister sent. vt patuit in textu, ponebat differentiam inter attributa diuina, quæ sunt, sapientia, scientia, præuidentia, vel præscientia, dispositio, prouidentia, prædestinatio, & reprobatio. Notandum ergo, qđ in istis diuinis nominibus, vel attributis talis ponitur differentia, q̃ a vnum se habet ad additionem per aliud, non quòd sit ibi additio ex parte scientis, sed scitorum tantùm, quæ diuersimodè ad scientiam se habent. V. g. Hoc nomen scientia, vel sapientia absolutè cognitionem dicit cum conditione certitudinis. Vnde scientia, vel sapientia Dei est respectu oĩum, siue præsentium, siue futurorum, siue

tempo-

temporalium, siue ęternorũ. At pręuidentia, siue pręscientia addit durationis ordinem, quæ pōt esse ęternitatis ad ipsum tempus, & ideo est tàm respectu temporalium bonorum, quàm malorum. Dispositio adhuc ordirẽ causæ addit ad causatum in essendo, vnde dispositio diuina est respectu faciendorum. Prouidentia adhuc plus addit, scilicet ordinem causæ conseruantis, & ordinantis in finem, & ideo ad gubernationẽ pertinet, vnde Dei prouidentia est respectu gubernandorum. Pręde stinatio verò addit supra prouidentiam determinatum finem, vnde dicitur respectu eorũ, quæ ad gloriam ordinantur, & ideo de bonis salubribus dicitur esse, quare prędestinatio Dei est respectu saluandorum, reprobatio verò, cum sit respectu malorũ, nihil ad scientiam pertinens addit supra pręscientiam ex parte reprobati, cuius ratio est, quia nihil causatur in ipso reprobato, per q̃d malus fiat, addit tamen aliquid ex parte reprobantis ipsius Dei, scilicet voluntatem ordinis pęnæ ad culpam, ita quod reprobatio est tantùm pręscientia culpæ, & non causa, quia culpa est tantùm prescita, & non intenta, neque causata: benè reprobatio est pręscita, & pęna quoq; intenta causata, & ordinata, & hęc differẽtia est pręscientiæ ab alijs diuinis attributis. Nunc secundo loco fiat sermo de exigentia pręscientiæ: solet enim queri. Vtrum si nulla futura fuissent, pręscientia in Deo fuisset. Pro parte negatiua, q̃d primo dicturus, audite. Pręscientia est futurorum cognitio, at si nulla fuissent futura, neq; in Deo pręscientia fuisset. Ex alio latere videtur esse tenendum, q̃d fuisset in Deo pręscientia, licet futura nulla fuissent: nam Dei pręscientia quid est, nisi Dei scientia? & scientia eiusdem nonne idem, quod

Dei

Dei essentia? at hęc à futuris minimè dependet, igitur si futura n̅o fuissent, adhuc pręscientia Dei fuisset; hanc veritatem confirmo hac distinctione premissa: nam pręscientia tribus capitur modis, primò, vt assignata abstractè, tunc idem est, quod Dei essentia. Secundò signata concretè, & verbaliter, V. g. cũ dicitur, Deum pręscire: idem enim est, quod esse Dei. Tertiò pręscientia Dei signata concretè, & nominaliter, V. g. dùm dicitur Deus pręscius, idem enim est, quòd Deus; ergo licet futura nec essent, nec fuissent, adhuc pręscientia Dei esset, licet ille respectus ad futura cessasset, & hęc paucis dicta sint verbis de exigentia pręscientiæ Dei. Superest modo, vt tertio agamus loco de propria huius materia: Nam duplex Dei videtur esse pręscientia, vna approbationis, & sic est respectu bonorum, de qua Apost. ad Rom. viii. Quos pręsciuit, & prędestinauit conformes fieri imaginis fi'ij sui. Vbi Aug. in glosa sic ait, quos pręsciuit, i. ab æterno pręordinauit conformes fieri imaginis filij sui, idest filij, qui est imago Patris. Datur alia pręscientia reprobationis respectu malorum, vnde communiter dicimus, malos pręscitos, & bonos prędestinatos, & hoc per appropriationem, non quia Dei pręscientia sit magis propriè de bonis, quàm de malis, sed quia bona habent aliquid aliud respondens in Deo, quàm pręscientiam, idest causam: mala aũt culpæ nil aliud in Deo habent, nisi pręscientiam, vnde bonorum habet Deus pręscientiam, & causam; malorum aũt culpæ, vt fiant, Deus habet pręscientiam tantùm, & non causam. Et hęc satis pro præsenti.

QVOD

QVOD DEI PRAESCIENTIA NON EFFICIT, ETC.

Lectio CII.

AD maiorem prædictorum euidentiam perpulchra quędam, nec non vtilia de pręscientia hodierna die speculabimur, de more igitur nostro sermonē hunc in puncta quatuor diuidemus. In quorū primo docebimus, pręscientiam non efficere, in secundo non cogere, in tertio non deficere, in quarto, & vltimo non causare. Quo ad primum, quia diuina præscientia non dicitur inducere, vel inferre causalitatem, nec imponere necessitatem, sed includere infallibilitatē; & ex consequenti certitudinē, iccirco dicendum erit, quòd nec efficiat, nec cogat, nec deficiat. Qđ causalitatem non inducat, de facili suaderi pōt: nam præscientia Dei scientiam includit, quæ absolutè est oīum, nec tamen dici pōt causa rerum, nisi vt voluntati diuinæ coniūncta. Insuper res naturalis, vt lapis, vel quid aliud, ad suum non mouetur locum, nisi mediante naturali inclinatione; ita naturalis intelligentia nō mouetur per scientiam ad productionem effectuum, nisi mediante inclinatione voluntaria. Pręterea duplex datur scientia speculatiua, & practica, si de prima loquamur, hoc modo rerum nō est causa, quia finis eius est scire, non operari. Altera practica, & hęc est causa rerum. Vnde Dei scientia speculatiua, quæ est simplicis intelligentiæ, siue notitiæ, non est rerum causa, quia tàm est entium, quàm non entium, tàm bonorum, quàm malorum, respectu quorū non est causa. At Dei scientia, quæ beneplaciti est, vel approba-

tionis,

tionis, est rerum causa, & talis scientia dicitur ad similitudinem artificis, vt enim artificis scientia est causa artificiati, ita Dei scientia causati omnis, idest creati causa, & vt in productione artificis seruatur iste progressus; primò enim artificis scientia finem ostendit, secundò voluntas eius illum finem intendit, tertiò eius voluntas precipit, ac imperat actum per quem deducatur opus ad finem, sic Deus facit, primò enim suam bonitatem cognoscit, & finem oīum, secundò suam bonitatem intendit, vt finem vltimum, oībus communicare, tertiò pracipit, vel imperat actum, per quem id, qđ cognoscit, & intendit, ad finem deducat. Et hęc de primo. Nunc circa secundum, quòd nec cogat, siue necessitatem imponat rebus, audite: si enim cogeret, liberi arbitrij facultas colleretur, quod non est dicendum, non ergo cogit. Insuper Dei pręscientia saluti meæ quam infert necessitatem? nullam certè: nam salus mea non pendet à pręscientia, quia est prescita: nam, qui fecit me, non saluabit me sine me. Dei ergo præscientia rebus necessitatem non imponit. His addi pōt tertium, quòd non deficiat: nam Deus infallibilis est: ergo. Deinde, Dei pręscientia idem est, qđ essentia sua: quare, &c. Tertiò cognitionem præscientia includit: infallibilis ergo. Post hęc vt in sequēti magis accuratè hęc percurramus, quæ maxima egent consideratione, ad quartum enodandum accedemus probantes Dei pręscientiàm rerum minimè esse causam, alioquin, cum mala etiam Deus pręsciat, videretur causa, & author mali, quod non debet dici, non ergo præscitorum causa Dei pręscientia censenda. Et hęc satis.

VTRVM

VTRVM DEI PRAESCIENTIA SIT RERVM CAVSA, ETC.

Lectio CIII.

VT recentiorum valeatis euitare scommata, existimaui tria hodierna die fore examinanda de Dei praescientia, & primò. Vtrum rerum causa queat dici. Insuper, Vtrum rebus necessitatē imponat. Tertiò, Vtrum certitudinem habeat. Circa primum pro parte affirmatiua videtur posse monstrari, qđ Dei praescientia sit rerum causa: nam illa dicitur causa secundum philosophum, ad quam sequitur effectus: at sequitur, qđ si Deus aliquid praescit, hoc erit, igitur Dei praescientia causa futuri. Ad hanc instantiam doceo vos duobus modis respondere, primò per distinctionē: nam aliquid sequi pōt ad aliud dupliciter, vno modo secundum esse, & sic sumitur in finitione causa, quia causa est illa, ad quam sequitur effectus. Alio modo secundum rationem, vel ordinem consequentis, scilicet quando in antecedente includitur consequens, V.g. cum dico, si homo est animal, est: sequitur enim animal ad hominem, quia in homine includitur animal, & hoc non requirit causam essendi, sed solum consequendi, quia concomitatur illud. Similiter in proposito, Deus praescit aliquid, illud est futurum, quia in hoc antecedente, quod est, si Deus praescit aliquid, includitur consequens, scilicet, qđ illud futurum sit, sicut in homine includitur animal, vt supra. Secundò, dùm dicitur. Si Deus scit aliquid, illud erit, consequens habet sumi, non secundum rei dispositionem in seipsa, sed solum secundum

modum cognoscentis, quamuis res in se ipsa futura sit, tamen secundum modum diuinæ cognitionis præsens est, & ideo magis dicendum est, si Deus scit aliquid, illud est, quàm illud erit. Deus enim intuetur ab æterno vnumquodq; contingentium, non solum pro vt in causis suis, sed pro vt est in esse determinato, qđ quidem qualiter sit, euidenter ostendit Boetius in fine de cõsolatione. Cum igitur Deus sit æternus, oportet, quòd eius cognitio æternitatis modum habeat, quæ est totum simul sine successione: vnde quamuis tempus successiuum sit, æternitas tamen præsens est oĩbus temporibus, & vna est, ita cognitio sua intuetur oĩa temporalia, quamuis sibi succedentia, vt sibi præsentia, nec aliquod futurum est respectu ipsius, sed benè respectu alterius. Vnde melius eius cognitio de futuris, & magis propriè diceretur prouidentia, quàm præuidentia, potest nihilominus vocari præscientia, inquantum cognoscit illud, quod est futurum nobis, non sibi. Et hęc de primo puncto. In subsequenti videtur posse probari, quòd Dei præscientia rebus necessitatẽ imponat: Anselmus enim Doctor celeberrimus in libro de cõcordia præscientiæ Dei, & liberi arbitrij ita fatur. Quæ scit, necesse est esse futura: ergo. Insuper ratione sic. Pręscitũ à Deo, aut impossibile est non euenire, aut possibile, si primo modo, ergo necesse est euenire, si verò possibile sit non euenire ponatur, quòd non eueniat, & est præscitũ, ergo præscientia Dei fallitur, at hoc est inconueniens, igitur præscitum à Deo impossibile est non euenire: ergo necesse est euenire. Ad hoc respondeo, & dico, qđ aliud conuenit rei absolutæ secundum se considerata, & aliud inquantum res est cognita, idest secundum modum cognoscentis, V. g. si

ego intelligo aliq d, oportet illud esse immateriale, nõ enim oportet quod illud, qđ intelligitur sit immateriale, nisi secundum quod est in intellectu. Vnde licet Deus sciat aliquid, istud consequens, qđ est, illud erit, debet sumi non secundum rei dispositionem in se ipsa, sed secundum modum cognoscentis. Quamuis enim res in se ipsa considerata sit futura, tamen secundum modum cognoscentis, vel cognitionis diuinæ presens est; ideo magis dicendũ est, si Deus scit aliquid, illud est, quàm hoc erit, non enim intellectus diuinus intuetur, vel fertur in rem aliquam sub hac conditione, vt est præterita, vel futura, sed vt presens, quia intellectus diuinus, vnico actu cum sit æternus, omni tempori præsens est. His ita premissis, respondeo ad authoritatem Anselmi dicentis: Quæ prescit Deus, necesse est esse futura. Duplex datur necessitas, vna consequentiæ, & hec est conditionata, V. g. si homo est, animal est. Alia est necessitas consequentis, & est absoluta, quæ est in causando, vel in essendo, & non in consequendo. Si ergo sub primo sensu necessitas sumatur, verum dicit Anselmus, at si secundo modo, nequaquam: non enim sequitur, Deus præscit: ergo necessario eueniet: nam Deus scit, quod in se est, futurum contingens, sed non sub illa conditione, sed pro vt est presens, & necessarium. Ad illam verò rationem, qua probatur, prescitum à Deo impossibile non euenire: ergo necesse, duobus hic respondeo modis, vel coniunctim, vel diuisim. Si primo modo, concedo verum, at si secundo modo, nego. Exemplum primi, V. g. impossibile est, quòd scit Dei scientia, vel prescientia simul, & euentus rerũ contrarius. Exemplum secundi, V. g. si dicas, Deũ non potuisse prescire omne, qđ fit, falsum dicis,

potuit

potuit enim facere, vt non fieret, & ita esset non prescitum, vel aliter dicatur, omne scitum, vel præscitum à Deo, impossibile esse non euenire, & ex consequenti esse necesse fieri, vel esse, hoc dupliciter summi, vel de dicto, vel de re. Si primo modo capiatur, tunc cõposita est, & vera, hoc enim dictũ est necessarium, scilicet scitum à Deo esse necessarium verũ, & euenire. Si verò secundo modo sit de re, sic est diuisa, & falsa: nam hanc rem, quæ ponitur scita à Deo, non est necesse fieri, quia contingenter fit. His tertio loco addenda venit illa quæstio de Dei prescientia. Vtrum certitudinem habeat. Pro parte negatiua sic primò arguitur. Posito possibili nullum sequitur impossibile, possibile aũt est, aliquem prædestinatum, vt Petrum, peccare, & tunc occidi, & ita predestinationis effectus frustrabitur: non ergo Dei præscientia certitudinem habet. Insuper, aliquis predestinatus quandoq; est in peccato mortali, vt patet in Paulo, quando Ecclesiam Dei persequebatur, põt aũt talis, vel perseuerare in tali peccato, vel tunc temporis interfici, & ita Dei prescientia nullius erit certitudinis. Ad primũ argumentum de Petro respondeo, & dico, quòd Petrus, vel quilibet alius predestinatus dupliciter considerari potest, vno modo secundum se, alio modo vt est predestinatus. Primò argumentum habet concedi, sed secundo modo negari; impossibile enim est, qđ vt predestinatus ruat, licet secundum se aliter appareat; non ergo predestinatio falli potest. Ad illud verò Pauli respondeo, & dico, quòd quis aliquid dicitur posse dupliciter, vno modo cõsiderando potentiam, quæ est in ipsa, V. g. cum dicitur, quòd lapis põt deorsum moueri. Alio modo considerando potentiam alterius, idest

proijcientis. Cum ergo dicitur, quòd Paulus, vel quis alius, pōt in mortali mori, si consideretur potentia ipsius, verum est, at si loquamur de prędestinato secundum ordinem, quem habet ad prędestinantem Deum, sic ille ordo non patitur istū euentum, qui est prædestinatum damnari. Habet ergo Dei pręscientia certitudinem, & infallibilitatem. Et hęc de ꝓpositis satis. In sequenti alia scitu digna apponemus.

DE DEI PRAESCIENTIA SECVNDVM BOETIVM.

Lectio CIIII.

ADhuc quatuor de pręscientia Dei consideranda nobis sese offerunt, & primò eius proprietas. Secundò quo modo excludat à rebus necessitatem Dei pręscientia. Tertiò, quòd includat infallibilitatem. Quartò, quòd concludat simul arbitrij libertatem. Quantum ad primum, vt nobis exprimat pręscientiæ ꝓprietatem Boetius, ita ait, quòd cognitio diuina magis debet dici scientia, quā pręscientia, & ratio assignatur, quia scientia dicit notitiam pręsentium, pręscientia verò notitiam futurorum: nam pręscire est ante futura scire. Et hęc de primo puncto. Quod verò Dei pręscientia à rebus pręscitis necessitatem excludat, nunc dicendum: nam triplici via id comprobari potest, primò ratione, secundò exempli inductione, tertiò distinctione. Vt ergo Dei scientia, vel pręscientia non causat rem, ita nec perturbat, i. mutat, vel variat naturam rei, quo ad necessitatem, & contin-

contingentiam, quæ secundum naturam contingens est, non ergo rebus necessitatem imponit. Secundo hoc idem probari potest exempli similitudine, quia sicut nos id, quod de se necessarium est, puta solem oriri in cęlo, & quod de se contingens est, & voluntarium, scilicet hominem ambulare super terram, ita Deus, vel intuitus diuinus minimè perturbat, idest mutat, vel variat qualitates rerum necessitate, vel contingentia: ergo. Tertio idem distinctione probari pōt: datur enim duplex necessitas, vna est simplex, vel absoluta, quæ determinatur ex causa materiali, V. g. necesse est oēs homines esse mortales; alia est conditionata, siue secundum quid, V. g. si videas aliquem ambulare, necesse est eum ambulare; primo modo, Dei pręscientia nullam ponit in rebus pręscitis necessitatem, secundo modo sic, quia inquantum videt Dei pręscientia, est necesse, id esse, quamuis de se nullam habeat necessitatem naturæ. His tertio loco ad mentem Boetij addenda est consideratio de Dei pręscientiæ infallibilitate, certa enim est. Nā rei euentum Deus cognoscit pręsentialiter. Vnde, quæ nobis contingentia sunt, & futura, Deo sunt pręsentia. Sed dicetis, ponamus Socratē pręscitum à Deo, cras ad forum iturum, cum sit in eius hoc potestate, nonne poterit mutare sententiam, & ita non ire. quare Dei pręscientia euacuata videbitur, & non certa. Ad hoc respondetur, quòd Deus pręuidit, ac pręsciuit vtrunque, videlicet & propositum, & potestatem non eundi, & mutationem propositi, & actū eundi, & ita non poterit aliquo modo Dei pręscientiam effugere, & licet vtrunq; mutetur in Socrate, ob id nō debet dici, qđ diuina pręscientia mutationi subdatur, quia oīa simul cognoscit

Deus tanquam pręsentia. Et hęc de tertio puncto. In quarto videndum est, quo modo Dei pręscientia arbitrij libertatē includat, non enim quis necessitatur, siue cogitur ad bonum, vel ad malum faciendum, sed manet in omnibus viatoribus libera voluntas; ne ergo penas incurratis, sed assequamini pręmia, exercete virtutes, subleuate animum in Deum, vt qui est finis omnium, det vobis, & mihi vitam ęternam. Amen. Et hęc de pollicitis satis.

AN SIT DEI PROVIDENTIA.
Lectio CV.

CIrca prouidentiam post diuinam pręscientiam versaturi, hodierna die vnū tantùm percurremus quęrentes, Num sit Dei prouidentia concedenda. Ad cuius euidentiam primò considerandum erit, quosdam Dei prouidentiam negasse, & oīa à casu, & à fortuna procedere voluisse. Quibus verò motiuis, ac rationibus niterentur, audite: nam primò ratiocinabantur dicentes, omne à Deo prouisum, est & rectum, & ordinatū, & per oppositum oē inordinatum, & confusum, est improuisum, V.g. quod mali pręferantur bonis, & stulti prudentibus, & qđ seruus regnet, non ergo videtur, quòd sit Dei prouidentia. Hoc authoritate Ecclesiast.x.confirmatur, dū dicitur, Vidi, quasi aliud malum sub sole, stultum positū in dignitate sublimi, &c. Pręterea, si Dei prouidentia esset eorum, quæ sunt in mundo, & bonis bona, & malis mala redderentur, at hoc non videmus, sed totum oppositum, propter quod conqueritur Hier. xii. Quare via impiorum prospe-

prosperatur? similiter Abacuc: Quare taces deuorante impio iustiorem se? non ergo videtur esse Dei prouidentiam. Pręterea, si Deus prouidentiam habet, cur imaginem, quam menti hominum impressit, deturpari permittit? at quia in peccatoribus oppositum videmus, non ergo, &c. Tandem si Deus prouidentiam habet, cur ergo tot damnari permittit? His ita positis, nunc argumenta diluenda, deinde erit finis. Dici igitur pōt ad argumentū primum, qđ licet multa in mundo nobis confusa, & inordinata videantur, respectu tamen diuinæ prouidentiæ sunt ordinata. Nam, & si quandoq; pluuia in aliqua parte appareat inordinata, nec nō loco, vbi pluit nociua, est tamen hoc ordinatum à Dei prouidentia respectu vniuersi. A simili, licet de se videatur malum, & inordinatū, quod mali, & stulti, & serui sint in loco supremo, attamen quia hoc est à Dei prouidentia ordinatum, ex qua isti, qui sunt in loco superiori, & prosunt bonis, & possunt prodesse malis, ideo bonum. Ad alteram rationem sic dico, quòd quamuis videatur inordinatum nobis, qđ bonis mala, & malis bona eueniant, tamen id totum est ex Dei prouidentia, vt bonis mala pęnæ eueniant, & aduersitates multæ, vt scilicet ex eis maius bonum eliciant. Similiter ex diuina prouidentia est, qđ malis eueniant bona prospera, vt ex eis reuocentur à malo: tales enim Dei beneficium considerantes, citius à malis reuocantur. Ad rationē tertiam potest dici, quod deturpatio imaginis Dei, quæ menti est impressa à Deo, non est ex Dei prouidentiæ defectu, immo ab ipsis malis, & peccatoribus, qui cadunt. Hoc malum tamen ordinare, scilicet imaginem deturpatam, vel in bonum misericordiæ, si peccator à sua malitia

 recedat,

recedat, & conuertatur ad Deum, vel in bonum iustitiæ, si in sua perseueret malitia, à Dei prouidentia est. Ad vltimam superius allatam rationem de tot damnatis, &c. respondetur, hoc non ex Dei defectu prouenire, immo ex illorum defectu, quoniam sensualitates potius, quàm rationem sequuntur. Sed vnde hoc? certè ex libertate arbitrij deficiente, qđ liberũ arbitrium de se sufficiens est ad cadendũ, sed non ad proficiendũ sine Dei gratia. Et hęc satis.

DE DEI PROVIDENTIA, QVO AD QVID SIT; Lectio CVI.

EX *quo vidimus dari Dei prouidentiam, nec iure posse negari, consequenter circa eandem, quo ad eius quid, uersandũ erit. Nam Hugo de sancto Victore uerba faciendo, de Dei prouidentia sic dicebat: Prouidentiam esse illam, qua Deus de omnibus curat, quæ fecit, & nihil relinquit ex omnibus, quæ pertinent ad ipsum, & quæ subiecta sunt ipsi, & vt prouidet singulis, & habeat vnumquodque, qđ sibi debetur, & conuenit, qua in definitione videntur quatuor tangi ad prouidentiam necessaria. Quorum primum est pręcognitio finis, alterum dispositio ordinis, intentio mentis tertium, & operis executio quartum. Nã Deus primò rei fiendæ finem pręconcipit, secundò eiusdem rei ordinem ad illum finem disponit, tertiò proponit, & intendit dare ea, quæ vtilia sunt ad illum finẽ, & oĩa nociua excludere. Quartò omnia, quæ pręmisit, actualiter facit. A simili in artificialibus id habet manifestari: nã artifex circa artificium, qđ facere intendit,*

ut circa Domum, hęc quatuor facit, primò enim cogitans de domo facienda finem Domus pręconcipit, scilicet habitationē, propter quem finem Domum intendit ędificare; secundò disponit ordinem partium Domus adinuicem, & ad finem Domus, puta quod fundamentum sit sub parietibus, & paries sub tecto. Tertiò in mente sua disponit, vel proponit dare oĩa, quæ conferunt ad hunc finem, & excludere oĩa, quæ impediunt. Vnde cogitat Domus sustentamenta, & fenestras, & aliquas appenditias, quibus Domus sit apta ad habitandum. Quartò artifex actualiter exequitur; & perficit oĩa, quæ pręmisit. Dčus similiter hęc quatuor facit: nam primò pręcognoscit finem, propter quem oẽs creaturas produxit, qui finis diuersimodè est Dei bonitatem participare. Secundò disponit ordinem creaturarum adinuicem, & ad Deum: distinxit enim vniuersum secundum status diuersos producendo corproales, & spirituales. Tertiò proposuit, & statuit dare cuilibet creaturæ illud, per qđ quęlibet creatura finem possit attingere suum, scilicet dare Angelo intellectũ, quo Deũ intelligere possit, & cęlo stellas, per quas inferiorà produceret, & homini sensum, & rationem, quibus perficeretur; & ista pręconsideratio dicitur prouidentia, quæ supponit curã, & dispositionẽ Quartò Deus hęc, quæ proposuit, & disposuit actualiter facit, cuilibet dando necessaria, & hoc dicitur administratio, siue gubernatio, quæ est diuinæ prouidentiæ effectus. Ad cuius euidentiam notanda hic sunt tria, primum est, quòd ista quatuor, pręcognitio, dispositio, intentio, & executio, adinuicem dupliciter distinguuntur, scilicet in significatione, & n duratione; primò in significatione, quia pręcognitio solum ra-

tione cognitionis dicitur, & non ratione alicuius operationis. Dispositio verò dicitur ratione ordinis excogitati in re operanda. Gubernatio verò est prouidentiæ executio, & conseruatio prouidentiæ est actus. Differunt secundò in duratione, quia hęc tria, pręcognitio, dispositio, intentio in Deo sunt ab ęterno: at gubernatio solum est in tempore, quæ supponit creaturam esse in actu. Secundum est, qđ prouidentia melius dicitur, quàm pręuidentia, Deus enim vno ęterno intuitu videt oĩa temporalia, non vt absentia, nec vt succedentia sibi, sed pręsentia simul: ergo debet dici prouidentia, non pręuidentia. Tertium est, quòd diuina prouidentia quinq; attribuitur, scilicet scientiæ, sapientiæ, bonitati, voluntati, & potentiæ Dei. Scientiæ Dei primò, vt pręcognoscentis: nam prouidere, est procul videre, videre aũt procul ad scientiam spectat: ergo, &c. Sed dicetis, cui scientiæ debet prouidentia ascribi? An speculatiuæ, aut practicæ? respondetur, qđ practicæ: nam Deus de se scientiam habet speculatiuam; & de oĩbus rebus, at practicam solum de rebus, de quibus est prouidentia. Aliquando ẽt Dei prouidentia sapientiæ Dei, vt ordinantis attribuitur, sapientis enim est oĩa ordinare: quare, &c. Tertiò attribuitur bonitati Dei, vt se omnibus rebus communicanti, & diffundenti; ꝓuidens enim communicat se omnibus. Quartò ascribitur Dei voluntati, vt proponenti, vel intendenti, vel mouenti. Quintò eius potentiæ ascribitur, vt exequenti: prędicta ergo quinque Dei prouidentia includit scientiam in pręcognitione, voluntatem in pręcogniti intentione, bonitatem in sui communicatione, sapientiam in dispositione, & ordinatione, tandem potentiam in

pręcogniti,

pręcogniti, communicati, dispositi, intenti executione, quæ est gubernatio omnium. Nam Dei scientia est, ut dirigens voluntas, ut imperans potentia, ut exequens. Et hęc satis.

QVORVM SIT DEI PROVIDENTIA. Lectio CVII.

EX quo de quidditate prouidentiæ Dei hactenus satis abunde sumus loquuti, superest, ut quorum sit, enodetur in pręsenti. Habebit itaq; sermo noster duas partes, in quarum prima, quorum sit prouidentia Dei declarabitur, in altera dubium cum solutione ponetur. Quantum ad primum, Dei prouidentia est casualium est malorum, voluntariorum, vilium, & singularium de quibus, vel respectu quorũ aliqui, Dei prouidentiam negauerunt. Circa primum audite, quid dicturus sim. Dei enim prouidentia est, ut tales causæ ad tales effectus concurrãt, & licet casualia respectu alicuius particularis causæ, non ob id sic euenit respectu uniuersalis causæ, V. g. duorum concursus seruorum, licet quo ad eos, sit casualis, quia concursum hunc ignorant: est tamen pręuisus à Deo, qui eos scienter misit ad talem locum, ubi unus ignorabat de alio. Sub quo sensu respectu diuinæ prouidentiæ, nihil est casuale. Secundo Dei prouidentia est non solum bonorum, sed ẽt malorum, quod primo patet, quia non tollit bona à rebus, nec excludit mala, & hoc ne multa bona semoueantur à rebus: ergo, &c. Sed hic notetis, quòd aliter est de prouisori particulari, & aliter de uniuersali: particularis enim prouisor

omnem defectũ, & omne malum à rebus, ac vniuersalis prouisor permittit defectus quosdam esse, & quędam mala, ne bonum vniuersi impediatur. Differenter tamen de bonis, & de malis Deus prouidentiam habet: nam tripliciter bona prouidentiæ Dei subduntur, scilicet, quia bona sunt à Deo preuisa, & intenta, & ordinata, habent enim ordinem bona adinuicem, mala aũt duobus subduntur modis diuinæ prouidentiæ, scilicet, quia sunt preuisa, & ordinata, non aũt intenta: sunt enim mala à Deo ordinata, malum enim naturæ Deus ordinat in bonum naturæ, & malum culpæ per bonum iustitię. Non ob id dico, quòd mala sint à Deo intenta, quia malum, vt malum, non habet, qđ possit intendi. Benè diuina ꝓuidentia vtitur malis, & hoc ꝓpter tres causas; prima est ad eorum vtilitatem, quibus mala eueniunt, vt sunt infirmitates corporales, quas Deus immittit, & infirmitates spirituales, quas Deus permittit: hæ enim resultant in vtilitatem eorum, qui patiuntur, eò quia corriguntur. Altera est ratio, scilicet vtilitas alterius hominis particularis, V. g. cũ ex pęna vnius alius emendatur. Tertia ratio, quare Deus benè vtitur malis, est ad vtilitatem communitatis, sicut cum pęna malefactoris ordinatur ad pacem communitatis. Tertiò Dei prouidentia est ordinariorum, immo voluntariorum, nõ enim Dei prouidentia tollit libertatem arbitrij, alioquin bona non multiplicarentur, immò tollerentur, vt laus humanæ virtutis primò, secundò iustitia pręmiantis, & punientis, si homo liberè non ageret. Tertiò circumspectio in consilijs. Quartò diuina prouidentia vti vilium est, non enim solum Deus sua prouidentia nobiles gubernat creaturas, vt Angelos, &

homines,

homines, sed et viles, ut animalia, pisces, vermes, & huiusmodi, quod si non ita esset, omnia in nihilum tenderent. In specie tamen curam habet de hominibus. Et hec de prima parte. In altera ex dictis dubium proponitur, & statim diluitur, dubitatur ergo, q᷑ Deus de homine prouidentiam non habeat, quod enim sibi dimittitur, alicuius prouidentiæ non subditur, sed homines sibi ipsis dimittuntur à Deo, non ergo, &c. Minor patet secundum illud Ecclesiastici xv. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: ergo. Respondetur ad hoc, quòd ex illo verbo non ostenditur, Deum hominem sibi omninò dereliquisse, sed benè ostenditur, quòd non præfigitur ei virtus determinata ad vnum: quare, &c. Demum Dei prouidentia est etiam singularium, quia horum est causa, ideo curam, & prouidentiam habet. Et hec satis.

DE QVATVOR VTILIBVS CIRCA PROVIDENTIAM DEI NOTATV DIGNIS.

Lectio CVIII.

DEsiderio sciendi allecti prædictis de Dei prouidentia quatuor ualde utilia addemus, quorum primum est, q᷑ nulla creatura sine Deo potest se gubernare. Alterum est, quòd Deus per se ipsum sine aliquo alio creaturæ prouidet. Tertium est, quòd Deus creaturæ per aliam creaturam prouidet. Quartum est, quòd Deus aliquando prouidet bonis per bonos, & aliquãdo bonis per malos. Quod aũt nulla creatura possit se ipsam

gubernare

gubernare sine Deo, queso audite. Nam id quod non est ex se, sed semper dependet ab alio, quo modo ex se poterit se gubernare? at creatura pendet à Deo, non ex se: igitur sine Deo se gubernare, & conseruare minimè poterit. Sed dicetis, cum Deus sit omnipotens, nonne poterit creaturæ regendi potentiam conferre? si sic, ergo se ipsam poterit regere, &c. Ad hoc dico, quòd Deus hoc non pōt, nec propter hoc impotens dici debet, quia hoc totum pendet à creatura, quæ tantam virtutem capere non potest, ex impotentia ergo creaturæ à Deo dependentis prouenit, quòd se ipsam sine Deo regere non possit, quare Dei prouidentiæ oīa subijci non negandum, & fienda, & iam facta. Vt fienda subduntur Deo, per quē ipsa bona fiunt. Vt iam facta, sic mala diuinæ subduntur prouidentiæ, quatenus per ipsam in bonum aliquod ordinantur. Insuper uidendum est, quomodo Deus per se ipsum prouidentiam habeat de omnibus creaturis: quatuor enim modis id euenit, scilicet ꝓducendo, gubernando, ordinando, & conseruando oēs per se ipsum creaturas. Ratio huius sic assignatur, quia immediatè Deus res producit, & cognoscit: igitur per se ipsum illas gubernare habet. Sed dicetis, cur ergo, si ita est, vna creatura prouidentiam habet de altera? Respondetur, hoc ex Dei defectu non prouenire, sed benè ex creaturæ defectu non valentis recipere immediatè prouidentiam ex ipso, nisi mediante aliquo. Quo modo diuina sua prodentia administrat Deus, & gubernat creaturas inferiores, scilicet irrationales per homines, & homines per Angelos, eo quia inferiores creaturæ propter defectum earum non sunt immediatè susceptiuæ actionis, vel prouisionis diuinæ. Tertiò sic administrat

propter vtilitatē eius, propter quem fit prouisio, & sic Deus vult administrari, prouiderique pauperibus à diuitibus pp vtilitatem diuitum. Vult ēt doceri quosdam propter vtilitatem docentium. Sed hic scitu dignum considerare oportet, quòd dùm dicitur, qđ Deus vni creaturæ prouidet per alteram, hoc habet duobus accipi modis: nam illa particula, per, vel refertur ad authoritatem, uel subauthoritatē, si primo modo, falsum est, quia Deus per se ipsum regit, atq; gubernat. Si secundo modo, concedi potest, quia Deus sic creaturas per alias administrat, & regit vt Rex ciuitatem per prępositum. At dubitabitis nos ingenio splendentes sic. Qui solus mundum creauit, solus ipse regit, non ergo per creaturas. Respondetur, quòd aliud est loqui de creatione, & aliud de regimine, siue gubernatione, benè solus Deus, cui soli, & non alijs competit actio creationis, mundum creauit, & solus ipse gubernat principaliter ad differentiam, siue ad distinctionem aliarum creaturarum, per ordinationem diuinam gubernantium instrumentaliter. Ly ergo solus dictio capitur dupliciter, vno modo, vt sonat solitariè, sub quo sensu sumus primo loquuti, de creatione verba facientes, alio modo solus sumitur ad distinctionem alterius, vt in ꝓposito loquimur: nam creatio, qua Deus res producit, solius est Dei, at gubernatio, & Dei, & creaturæ est, Dei immediatè, & creaturæ mediatè. Cum itaq; Deus aliquando bonis per bonos, & aliquando bonis per malos prouideat, vt ait Aug. lib. Lxxxiii. quęstionum, quid nam melius erit? Respondetur, quòd est melius bonis per bonos prouidere, quia, qui prouidet, melior est, at prouidere bonis per malos, licet eis melius non sit, qui prouident, melius

tamen

tamen est, quo ad vniuersum, quia magis ad vniuersi pulchritudinem facit, & ad maiorem laudem Dei, & beatorũ gloriam. Sed dicetis, cur Deus ista malis concedit? respondetur, q̃d quandoq; Deus malis talia concedit in pęnam eorum, & in vtilitatem aliorũ, vt patet in Balaam, qui licet malus esset, tamen fuit illuminatus à Deo, non propter se ipsum, sed propter alios, quibus prophetauit de Christo. Hoc idẽ patet in Caypha, qui cũ esset summus Pont. prophetauit, q̃d Christus erat moriturus pro genere. Et hęc satis.

PROPTER QVID, VEL AD QVID SIT PROVIDENTIA DEI.

Lectio CIX.

VT ea, quæ à sacris solent dici Theologis, autumemus, hodierna die de tribus verba faciemus. Primò de modo ꝓuidentiæ Dei. Secundò de septem differentijs diuinæ prouidentiæ. Postremo aliud esse ordinare bonum in malum, aliud facere malum ꝑ bonum, & aliud permittere docebimus. Circa primum versaturi, vt diuinæ prouidentiæ modum cognoscere valeamus, à Damasceno non recedemus, qui assignat triplicẽ diuinæ prouidentiæ significationem: nam triplex est prouidentia, scilicet acceptationis, vel approbationis, cõcessionis, vel permissionis, derelictionis, vel desperationis. Primò prouidentia, qua Deus prouidet bonis, per bonos est, qua elicit bonum ex bono. Secundò prouidentia concessionis est, qua Deus bonum ex malo elicit, vel ex malo pęnæ, quam mittit ad vtilitatem sui, vel communitatis, vel

ad

ad gloriam Dei, vel ex malo culpæ, quā permittit. Tertiò prouidentia derelictionis est, quando Deo faciente oīa, quæ sunt ad salutem hominis, homo insensibilis, & incurabilis in proprio proposito perseuerat, & tunc in finem perditionis tendit, & ex hoc malo ęternali Deus elicit bonum scilicet iustitiæ Dei, & sanctorū lętitiæ, quæ in beatis oritur ex cognitione vltionis diuinæ in damnatis. Et hęc de primo puncto satis. In altero Damascenus prouidentiam cognitionis, siue concessionis, vel permissionis, in septem differentias diuidit. Prima est, cum Deus permittit, iustum in calamitates incidere, vt in eo latentem virtutem faciat alijs manifestam, vt patet in Iob. & hoc modo Deus ex malo pęnæ vnius bonum elicit aliorum. Secunda est, quando Deus aliquid inconuenientium fieri permittit, vt quid maius inde eliciat, quo modo ex malo penæ vnius Deus bonum multorum operatur, vel oīum ex parte Dei. Tertia Dei prouidentia est, cum sanctum pati concedi, ne vel ex sibi gratia data, vel ex recta conscientia in superbiam cadat, vt in Paulo, cui dictum fuit, Sufficit sibi gratia mea, & hoc ex reuelatione diuina. Quarta Dei prouidentia est, quando quis ad tempus derelinquitur in directione aliorum, vt alij intuentes in ipso instruantur, & sic Deus ex malo culpæ, qđ permittit, vel ex malo pęnæ, qđ vni immittit, aliorum elicit bonum. Quinta Dei prouidentia est, quādo quis derelinquitur, & punitur à Deo non propter peccatū proprium, vel parentum, sed propter gloriam Dei, vt patet in cęco nato; sic Deus ex malo pęnæ elicit gloriam sui. Sexta Dei prouidentia est, cū permittitur quis pati in Zelum alterius, ad exemplum, ut gratia eius, qui passus est, considerata in

pugna,

pugna, alijs fiat leuior passio, ut in martyribus, & sic Dei prouidentia ex malo pęnæ vnius aliorum elicit bonum. Septima Dei prouidentia est quando quis permittitur à Deo incidere in operationem nefariam, in detestationem deterioris culpæ commissæ, ut elatum in virtutibus permittit ruere in adulterium, ut ex casu humilietur, & sic Dei prouidentia ex malo culpæ, qđ permittitur, bonum elicit misericordiæ, cum quis de peccato pęnitentiam facit, & bonum iustitiæ, si perseueret in peccato: vbi ēt notandum venit, quòd prouidentia approbationis est tantùm bonorum, & hoc tribus modis, primò est aliquorum bonorum immediatè, quæ bona ipse Deus per se, & immediatè operatur. Secundò est aliquorum bonorum consensu alterius mediante, uel non resistente, vt in virgine patiente. Tertiò est aliquorũ bonorum lib. arbitrio mediante, ut actus nostri boni, qui adeo sunt boni, quia conformes rationi. Si verò non sint rationi conformes, tunc boni minimè dicentur, sed apparentes boni. Et hęc de duobus punctis. Superest tertium examinare cognoscendi gratia, aliud esse ordinare bonum in malum, & aliud facere malum propter bonum, & aliud permittere, vel sustinere malum aliquod propter aliqđ bonum. Primo modo, ordinare bonum in malum non videtur bonum, nec aliquis bonus prouisor hoc facit, quod duplici ratione probatur. Prima est, quia nullum contrarium per se suum inducit contrarium, sicut calidum non frigefacit, nec vice uersa. Altera ratio est, quia bonum de se semper ordinem hēt ad finem bonum, non ad malum: & ideo hoc, scilicet ordinare bonum in malum, non videtur posse diuinæ aptari prouidentiæ. Secundum verò, scilicet malũ facere propter

bonum,

bonum, non licet, quia hoc facere in homine reprehēsibile est; multo magis hoc esset in Deo, quare diuinæ hoc non debet attribui prouidentiæ. Tertium scilicet permittere, uel sustinere malum aliquod propter aliquod maius bonum, hoc licet, unde cùm Deus prouisor prudentissimus sua prouidentia non prohibet, sed aliqua mala permittit, hoc precipuè triplici ratione facit. Prima est, quia Dei prouidentia permittit vnumquodq; agere secundum naturam suam, sed natura quarundam rerum, & conditio est, quod possit male agere, & deficere. Secunda ratio est, quia nisi diuina prouidentia mala sustineret, & permitteret, multa bona tollerentur à rebus. Tertia ratio est, quia diuina prouidentia sustinet aliquod paruum malum, ne impediatur aliquod magnum bonum; quodlibet enim particulare malum dicitur esse paruum respectu boni vniuersalis, & ideo diuina prouidentia aliquod malum particulare permittit, vel sustinet, ut bonum aliquod magnum vniuersale, uel totius vniuersi inde eliciat. Sed dicetis, videtur, qđ diuina prouidentia non debeat aliqđ malum permittere, ut inde eliciat aliqđ bonum tali ratione. Bonū est malo potentius: ergo magis bonū ex bono elici pōt, quā bonū ex malo. Ad hoc dici pōt, dari aliqđ bonum, qđ minimè pōt elici, nisi ex aliquo malo, V. g. sicut bonum patientiæ, qđ tunc elicitur, nisi ex malo ꝑsecutionis, & bonū penitentiæ, nisi ex malo culpæ, nec hoc impedit infirmitas mali respectu boni, q a huiusmodi eliciuntur ex malo, non quasi ex causa ꝑ se, sed per accidens, & materialiter, & hec de pollicitis ad mentē diui Thomæ in q̄stione disputata de veritate. q. vii. de prouidentia articulo viii. Vtrum motus, & actiones horū inferiorū diuinæ subijciantur ꝓuidentiæ.

DE DIVINAE PROVIDENTIAE EFFECTIBVS. Lectio CX.

Effectus diuinæ prouidentiæ in particulari sunt à nobis innumerabiles, in generali tamen quatuor esse dicuntur. Scilicet creaturarum conseruatio, ordinatio, inclinatio, vel directio, & gubernatio: nam diuina prouidentia hęc quatuor facit in creaturis, has enim primò in esse conseruat, ne ab esse deficiant. Secundò disponit, & ordinat, ut finem attingant. Tertiò ad debitum finem dirigit creaturas, uel inclinat. Quartò creaturas oẽs gubernat, ut quod necesse est habeant. Quod aũt Deus in esse creaturas conseruet, audite: nam est causa creaturarum, nec non continuationis esse earum: igitur & conseruationis. Insuper, vt impossibile est res moueri cessante motione, uel virtute mouentis, ita & res sine Dei ꝓuidentia cõseruari: quare, &c. Postremò, vt se habet sol ad aerem, ita Dei prouidentia ad rerum conseruationem, sed sole pręsente lumine suo aer fit lucidus, ita actione diuinæ prouidentiæ creaturæ conseruantur in esse. At dicetis, assignetur ratio, quare actione agentis cessante, cessat conseruatio rei, ad hoc dici potest, quòd est triplex, uel id fieri, & euenire propter tria, scilicet, propter modum, propter subiectum, & propter respectũ. Primò propter modum, scilicet agendi, quia actio agentis est causa fieri rei, & non esse rei, V. g. subtracta actione domificatoris non subtrahitur conseruatio domus, eo quod domificator est causa fieri domus, sed nõ esse domus, quia esse domus, sequitur eius naturam à qua non separatur actione domificatoris cessante.

Pręterea,

Preterea est altera ratio, propter recipiendi modum, q̃a quando id, quod recipitur in materia ab agente, dicitur habere eundem ordinem essendi, tunc cessante actione agentis, nō propter hoc statim cessat effectus in subiecto receptus, V. g. cessante actione ignis ab aqua, adhuc remanet calefacta. Quod aũt non recipitur secundũ eundem modum in subiecto, tunc oppositum dicitur euenire, V. g. cessante lumine solis ab aere, claritas aeris statim desinit esse. Postremo hoc idem euenit ꝓpter respectum, scilicet quando effectus productus habet ordinem, vel respectum ad causam aliam, V. g. candela, quamuis habeat lumen ab alia candela, non tamen extinguitur extincto lumine candelæ, à qua recipit, & hoc quia habet respectum non ad iam extinctam candelam, sed ad motum, & ad cęli virtutem. Sic de Dei prouidentia est dicendum, quòd oĩum creaturarum sit causa non per motum, & quod sine Deo res conseruari nequeant. Secundus diuinæ prouidentiæ effectus est ordinare creaturas, ideo in rebus talis à Deo creatis apparet ordo, primò, quia vna est superior, nobilior, & melior, secundum quod vna mouetur ab alia. Inde diuina cognoscitur sapientia, cuius est oĩa ordinare. Sed dicetis, licet is ordo rerum videatur, qđ Deus pręmiserit creaturam intellectualem rationali, & spiritualem corporali, & corporalem corruptibili, cum non se extendat Dei prouidentia ad corporalia corruptibilia, quo modo eius saluari poterit prouidentia? quòd autem ad corruptibilia non se extendat diuina prouidentia, docet Dam. lib. ii. dùm inquit, esse necesse, res fieri melius, sicut fieri possunt secundum Dei prouidentiam, & rationem necessariam, sed corporalia, vel corruptibilia possunt

fieri meliora: ergo. Respondetur ad hoc, quòd quamuis res corruptibilis fieri possit melius, quàm sit, tamen vniuersum melius, quod constat corruptibilibus, & incorruptibilibus, quàm ex incorruptibilibus tantùm; nec id mirũ: in mundo enim melius est duo esse bona, quàm vnum tantùm. Sed dicetis, vnde corruptio prouenit? Respondetur, quod talis non prouenit ex Deo agente, sed ex Deo non agente, sicut tenebræ fiunt ex sole nõ influente. Tertius diuinæ prouidentiæ effectus est creaturas oẽs in finem debitum inclinare, dirigere, & producere: mouet enim Deus creaturas ad sui similitudinem: nam ipse in se, vt est bonus, sic oĩs creatura bona est. Secundò Deus est causa bonitatis in alijs, ita etiam vna creatura respectu alterius. Tertiò Deus alia ad participationem bonitatis mouet, sic creatura aliam ad hoc inducit, & mouet. Quartus diuinæ prouidentiæ effectus, est creaturas oẽs gubernare, vt patet experientia: nam vt Regis offitium, & domini temporalis est suo imperio regere, & ordinare, & subditos gubernare: ergo multo magis Regis ęterni, scilicet Dei erit sua prouidentia omnia gubernare conferrendo illis, quod est vtile, & necessarium ad finem consequendum. Et hęc satis.

AN DEVS SE TANTVM COGNOSCAT, VEL ETIAM ALIA A SE.

Lectio CXI.

POst prędicta arbitror ad maiorem euidentiam pręcedentis distinctionis hodierna die duo examinanda fore quęsita, & primò. Vtrum Deus cognoscat se tantùm, an alia à se.

Insuper,

Insuper, vtrum ꝓpriam, perfectamq; nec non distinctam habeat cognitionem de alijs à se. Circa primum duplici via pro parte negatiua pôt argui, & primò sic. Quęcunq; sunt alia à Deo (vt norunt oẽs) dicuntur esse extra Deum, at secundum Aug. lib. lxxx. iii. q. Deus nequaquam extra se ipsum intuetur: igitur alia à se nõ cognoscit. Deinde secundum ordinem obiectorum dicitur esse ordo nobilitatis in operationibus, ideo Arist. in Ethicis quarto fęlicitatem ponebat respectu nobilissimi obiecti, authore enim eodem fęlicitas nobilissima ponitur operatio, at quicquid est aliud à Deo vilius, & imperfectius est eo, quare si Deus alia à se cognosceret, illius intellectus vilesceret, at hoc absurdum est, non ergo alia à se intuetur. In oppositum se habet Apostolus ad Heb. capite quarto dicens, q̃ oĩa nuda, & aperta sunt oculis eius. Hoc idem habetur apud D. Aug. xv. de trin. Deus ergo non tantùm se, verùm ẽt alia à se cognoscit. Pro determinatione huius quęsiti tres erunt ponendæ conclusiones, quarum prima hęc. In Deo est ponere scientiam, seu certam aliorum à se cognitionem. Altera est, quòd Deus cognoscit se, & alia à se perfectè, & comprehensiuè. Tertia, quòd Deus alia à se cognoscit, sed non per aliud à se. Prima iam patet, supposito, q̃ Deus sit prima causa, & nobilissima, cui modus causandi competit nobilissimus, qui est per intellectum, & voluntatẽ. Secunda similiter clara est, quia Deus perfectè, & comprehensiuè se cognoscit, nec non alia à se, quia sub eius obiecto oĩa cadunt. Tertia non secus manifestari pôt, quia Deus alia à se, in se, & per suam essentiam cognoscit, non per aliorum esse: nec id mirum, nam potẽtia intellectiua in Deo est suamet essentia: quare, &c. Nun

ad primum argumentum venit in hunc modum danda responsio, quòd Deus alia à se non extra se, sed in se cognoscat: nam essentia diuina ratio cognoscendi alia à se dicitur esse, & est. Dùm verò Deus alia à se intuetur, ne credatis, quòd talia, vt obiecta principalia cognoscat, sed benè, vt secundaria, & ita primum ruit argumentum. Ad secundum potest dici, quòd secundum ordinem nobilitatis obiectorũ principalium, & per se attendatur nobilitas, vel ignobilitas in operatione, non aũt secundum ordinem secundariorum obiectorum, alioquin eadem operatio simul esset nobilior, & vilior cum contingat eandem operationem; simul esse respectu plurium, quorum vnum est minus nobile altero. Sed tunc vtrunq; eorum non põt esse obiectum principale; quando aũt vtrunque est obiectum principale, impossibile est, eadem esse operationem, propter qđ minus nobile intelligendo impeditur ab intellectione rei, magis nobilis, & sic vilescit intellectus; cum ergo diuina essentia, & creatura nõ sint ęque obiecta principalia diuinæ intellectionis, nec Deus intelligendo creaturas impediatur à sui cognitione, propterea alia cognoscendo non eius intellectus vilescit. Et hęc de dubio primo. Huic nectitur alterum dùm quęritur. Vtrum Deus propriam distinctamuè habeat cognitionem de alijs à se. Pro parte negatiua quidam solent argumentari, & primò sic. Ex oĩum consensu certum est, quòd per causam primam, & remotam distincta, atq; perfecta cognitio de rebus haberi minimè põt, at quicquid Deus cognoscit, per suam essentiam cognoscit, quæ est rerũ prima causa, & remota: quare, &c. Pręterea Deus alia à se nõ cognoscit, nisi quatenus in eo pręexistunt; at non videntur pręexistere distinctè,

distinctè, sed vnitè, & indistinctè, non ergo, &c. Idest, quòd distinctè cognoscat. In oppositum se habet veritas, quæ est, quòd Deus est agens producens distinctè: ergo ẽt distinctè cognoscit, cõtra illum maledictum Aueroem in sua Metaphysica dicentem, Deum alia à se non intelligere, nisi in vniuersali, idest inquantum sunt entia, quæ opinio, vt falsa penitus, si admitteretur, proculdubio esset concedere, aliquam in Deo ignorantiam: nam hoc modo Deus secundum Aueroem huius non haberet entis cognitionem, verum quia opinio hęc purus est error, ideo dimittenda, vt ipse Aueroes ad debitas luendas pęnas est dimissus. Dicamus igitur nos pro veritate, quòd essentia diuina, vt oĩum rerum sufficiens causa prima res distinctè repręsentet, & specificè oĩa, quæ cõtinet in se virtualiter: quare diuinus intellectus, qui perfectissimè, & comprehensiuè suam nouit essentiam, nouit ẽt oẽs res creatas perfectè, quantum ad earũ distinctionem specificam. Nunc argumenta diluenda, & erit finis. Ad primũ ergo de causa vniuersali distinguendum est: nam causa vniuersalis tribus sumi põt modis. Vno modo in pręedicando, & talis causa dicitur vniuersalis vniuersalitate pręedicationis, V.g. quando artifex ponitur causa artificiati, & particularis, vt statuifica respectu statuæ, & singularis, vt hęc statuifica est causa huius statuæ, & hoc modo, per causam vniuersalem non cognoscitur effectus particularis, vel specificus, nec per causam particularem, vel specificã singularis effectus cognoscitur. Alio modo sumitur causa uniuersalis, non per pręedicationem, sed quia se extendit ad plures effectus, tamen secundum aliquid est eis commune, & non secundum id, quod est eis proprium, nisi deter-

minetur per aliud, & sic sol causa dicitur oĩum generabilium; nec adhuc per talem causam res sufficienter, & distinctè cognosci pōt, & neutro horum modorum Deus debet dici causa vniuersalis. Dicatur igitur tertio modo, dari causam uniuersalem, quæ se extendat ad plura secundum propriam vniuscuiusq; rationem absq; hoc, quòd per aliud determinetur, & ita Deus est causa vniuersalis oĩum, quoniam uel producit, uel producere pōt per se, & immediatè absq; hoc, quòd per aliud determinetur, & per talem causam sic vniuersalē possunt distinctè cognosci effectus: est enim causa uniuersalis, quia oĩum causa, propria tamen vniuscuiusque, quia vnumquodq; producit, vel producere pōt per se ipsum, & ita cognoscere. Ad alterum argumentum secundum dicitur, q̃d Deus creaturas non cognoscit, nisi secundum quod existunt in ipso. Sed hic notetis, quòd ly secundum, dupliciter habet sumi, vno modo formaliter, alio modo repręsentatiuè. Si primo modo, sensus falsus est, quòd Deus res cognoscat, secundum quod sunt in illo, non enim insunt formaliter: nam secũdum Anselmum essentia diuina creaturæ causatrix est, formaliter ergo solũ se tantũ cognosceret Deus. Alio modo, ly secundum, potest notare rationem intelligendi, tunc sensus bonus est, V.g. quod Deus res creatas non intelligat, nisi quia pręexistunt in eo, sicut in causa repręsentante, & sic propositio est vera. Tunc non sequitur, q̃d non intelligat alia à se, sed benè, quòd non intelligat per aliud à se. Et hęc satis.

AN

AN DISTINCTE DEVS SINGVLARIA COGNOSCAT.

Lectio CXII.

PRiusquam ad subsequentem transeamus distinctionem, decreui duo alia uobis in præsenti enodare quæsita ex Theologorum uoto. Quorum primum erit. Vtrum Deus distinctè singularia cognoscat. Insuper, vtrum Dei scientia vniuersalis, aut particularis censenda sit. Circa primum duplici via pro parte negatiua potest argui, & primò sic. Dei cognitio scientifica est, cum in Deo non sit opinio, nec suspitio, at de singularibus non est scientia, immo ab ante reijcienda: igitur Dei cognitio nequaquam se extendit ad ea. Deinde Boetij authoritate sic instatur. Singulare est, dùm sentitur; vniuersale autem, dùm intelligitur, at cognitio sensitiua in Deo non admittitur: nõ ergo singularia Deus cognoscit. Ex alio latere, cum illud, quod magis habet de entitate, sit magis cognoscibile, & singularia plus habeant de entitate, quã vniuersalia: ergo cognoscuntur à Deo. Pro determinatione huius quæsiti videndum est, quo modo Deus singularia cognoscat, vt ergo ipsis tradidit esse, eo modo talia cognita sunt ab illo, & si q̃d in rebus esset incognitum ab eo, oporteret fateri, quòd circa illud tale vacaret diuina operatio, idest, quòd non esset operatũ ab ipso. Nunc ad argumenta respondendum, & primò ad primum sic, q̃d licet cognitio, qua se cognoscit, & oĩa alia, vna sit secundum rem, est tamen plures, secundum rationem, inquantum in plura tendit obiecta, & sic plura sortiiur nomina. Nã inquantũ Dei cognitio

in essentiæ suæ quidditatem tendit, vel alterius rei simplex intelligentia uocatur, quatenus verò in suam tendit essentiam, sibi rerũ causalitatem attribuendo vocatur intellectus, V.g. cum se rerum causam cognoscit, dici ẽt põt cognitio principiorum, quia causalitas sua alijs rebus est causa essendi, siue ratio cognoscendi. Inquantum verò ex suæ causalitatis cognitione in aliarum rerum cognitionem tendit, atque proprietatum eis conuenientium, secundum tamen rationem earum generalem, vel specialem, scientia, vel scire, quòd est rem per causam cognoscere. Inquantum verò in singularium cognitionem tendit secundum rationem suæ singularitatis, tunc dicitur quasi cognitio significatiua, siue experimentalis, quæ in nobis dici nequaquam põt scientifica cognitio. Cum ergo dicitur in primo argumento, quòd oĩs Dei cognitio est scientifica, dicendum est, quòd licet Dei cognitio, quæ vna est, scientifica sit, non tamen respectu oĩum, quia non respectu sui ipsius, nec respectu singularium. Ad illud Boetij dicitur, quòd de nobis sit loquutus, in quibus sensitiua cognitio viget, quæ solum est singularium, & nullo modo vniuersalium. At cognitio intellectiua, vt perfectior, tàm singularium, quàm vniuersalium, & multo magis cognitio Dei intellectiua ob suam perfectionem, non solum vniuersalium, uerum ẽt singularium, includit enim oĩum perfectionem. Et hęc pro primo puncto. Queritur secundo, num Dei scientia possit dici uniuersalis, vel particularis. Mihi certè videtur primo aspectu vniuersalis: nam illa scientia, quæ per causam habetur uniuersalem, vniuersalis est, sed Dei scientia sic se habet: ergo vniuersalis. Pręterea illa scientia non solum uniuersalis censenda, immo vniuersalior, quæ

ad

ad plura se extendit, sed Dei scientia ad omnia se extendit: igitur vniuersalior. Ex alio latere totum oppositum uidetur esse dicendum: nam cognitio rerum secundum proprias rationes specificas, & singulares particularis est, at Dei cognitio, quam ipse de rebus habet, sic se habet: ergo, &c. Pro intellectu huius questionis velim uos scire, nos duobus modis de Dei scientia verba posse facere, vno modo prò re informante diuinum intellectum secundũ nostrum modum intelligendi, alio modo, pro vt talis Dei scientia comparatur ad obiectum. Si primo modo loquamur de scientia, nulla est vniuersalis, sed est singulare quoddã, vniuersalia enim sunt tantùm in intellectu obiectiuè, at nusquam subiectiuè secundũ rationem suæ uniuersalitatis, & sic Dei scientia non põt dici uniuersalis, sed benè quędam singularitas, sicut & essentia diuina. Alio modo põt considerari scientia, pro vt comparatur ad scibile, vel ad obiectum, & sic vniuersalis, uel particularis ab obiecto dici potest. His ita positis, dicitur, q̃d Dei scientia est vniuersalis, quatenus ad oĩa scibilia se extendit, non tamen vna secundum rationem dici potest, sed plures, quia scientiæ, quæ sunt in nobis secundum rem diuersæ, in Deo sunt diuersæ secundum rationem. Cum itaq; in nobis non sit vna scientia, quæ se extendit ad omnia scibilia, sed plures secundùm rem, consequens est, q̃d Dei scientia, quæ vna est secundùm rem, sit plures secundum rationem. V. g. vt se ad oĩa scibilia extendit, penes aũt illam primam assignationẽ scientiæ vniuersalis, & particularis erit dicendum, quòd Dei scientia sit, & vniuersalis, & particularis, & non vniuersalis tantùm, nec particularis tantùm. Nunc ad rationem primã prius

formatam

formatam de causa vniuersali, &c. habet sic responderi, quòd illa scientia, quæ est per causam vniuersalem prędicatione, vel per causam vniuersalem, quæ se ad plures effectus extendit, solum secundum illud, qđ est eis cõmune, vniuersalis est, pro ut vniuersale distinguitur contra particulare secundum primam acceptionem, & ita Dei scientia vniuersalis est, quam habet de rebus alijs, nec solum vniuersalis, verum ẽt particularis penes primam acceptionem, & penes secundam vniuersalis. Altera ratio adducta ab aduersarijs solum probat, quòd Dei scientia sit vniuersalis iuxta acceptionem secundam vniuersalitatis, vt iam concessum fuit: est ergo Dei scientia partim particularis, vt res cognoscit secundum specificas rationes, est etiam vniuersalis, inquantum res secundum suas generales, & communes rationes cognoscit.

VTRVM CONCEDENDVM SIT, ETC.
Distinctio XXXVI.
Lectio CXIII.

SAtis longo sermone de Dei scientia secundum se verba fecimus in distinctione superiori, cui uidetur herere subsequens trigesima sexta in ordine, & iure merito. Ex quo enim ibi de scientia Dei absolutè actum, hic verò nunc respectiuè, quia res scitæ ad scientem comparandæ. Nam primò speculandum, non oĩa esse in Dei essentia, vt sunt in eius scientia. Secundò qualiter Dei scientia se habeat ad bona, & ad mala. Demùm concludendum, non omnia, quæ ex Deo sunt, de ipso posse dici. Quantum ad

primum,

primum ita fandum. Licet oĩa ſint in Dei ſcientia, non ob id oĩa debent dici eſſe in eius eſſentia. Huius ratio aſſignari pōt in hunc modum: nam oĩa, quæ in diuina ſunt eſſentia, eiuſdem naturæ cum Deo eſſe dicuntur, at ea, quæ ſunt in eius ſcientia minimè, quare oĩa cognita à Deo poterunt dici eſſe in diuina ſcientia, licet nequeant eſſe in eius eſſentia. Et hęc de primo puncto. In ſubſequenti ſecundo membro videndũ eſt, qualiter Deus cognoſcat, intueaturuè bona, & mala: non enim bona eodẽ modo, & mala cognoſcit, ſed bona oculo probationis, & mala oculo reprobationis. At dicetis, vt bona ſunt in Deo, num & mala eodẽ modo? reſpondetur ad hoc, qđ non. Nam illa ſola in Deo eſſe dicuntur, ad quæ Deus ſe habet in ratione principij, vt ad bona. Ad mala verò non ſic ſe habet, quare nec in Deo eſſe, vt bona dicendum eſt. Rurſus dicetis, cur ergo dixit Paulus, Ex ipſo per ipſum, & in ipſo? reſpondeatis, hanc authoritatem intelligendam fore de poſitiuis, non de priuatiuis, niſi ſub modo cognitionis reprobationis. Et hęc de duobus ſegmentis. In tertio, & vltimo ſpeculandum venit. Num omnia, quæ ſunt de Deo, queant dici ex ſe ipſo, & vice uerſa: mihi ſanè, quòd non, apparet: nam illa dicuntur eſſe de Deo, quæ habent eſſe ab ipſo ſecundum ſubſtantialitatem, at eſſe ex Deo denotat generalem principationem; nihil ergo propriè loquendo dici poteſt de Deo, niſi quod eſt de eius ſubſtantia, at ex Deo dicuntur eſſe oĩa, quæ quouis modo principiata: ſi ergo omne illud, quod eſt ex Deo, dicitur eſſe de Deo, tunc oẽs creaturæ dicerentur eſſe ſubſtantiales ipſi Deo, quod eſt falſum, quia ſolum perſonæ filij, & Spiritus ſancti, quæ ſunt de Patre, ipſi propterea conſubſtantiales dici poſ-

ſunt,

ſunt, & hęc de pręſenti diſtinctione ſatis, quam paucis enodatam verbis habetis:

AN DEVS MALA COGNOSCAT. Lectio CXIIII.

VT hominis vita panis, & aqua, quæ componi videtur ex à, & qua, quaſi aqua viuamus, ita contemplatiui vita dubitatio eſt, & dubitationis reſolutio. Quapropter, ne ſicco pertranſire pede videamur uelle ea, quæ in textu à Magiſtro tacta fuere, duo in pręſenti perpulchra proponemus quęſita, quorum primum erit. Vtrum mala Deus cognoſcat. Alterum. Vtrum creaturæ ſint in Deo. Circa primū negatiuè arguunt quidam, & primò ſic. Intellectus in actu ſemper exiſtens priuationem minimè cognoſcit, vt habetur tertio de anima, at intellectus diuinus ſemper eſt in actu: igitur malum, vt eſt priuatio quędam cognoſcit minimè. Confirmari poteſt id, quod diximus nunc nunc exemplo à ſenſu viſus, uel auditus deſumpto, qui ſi ſemper forent in actu, nec ſilentium perciperet auditus, nec tenebras viſus: ergo eodem modo eſt circa intellectum: quare, &c. Vlterius arguitur. Omnis cognitio, vel eſt rerum cauſa, vel à rebus cauſata, ſed Dei ſcientia nec malorum (ſaltem culpæ) cauſa eſt, nec cauſata ab eis: igitur, &c. Demum, intellectum in intelligente eſt, ſed malum in Deo non eſt: igitur nec intellectum ab eo. In oppoſitum ſe habet illud Iob. xi. ipſe nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatē eorum, nonne conſiderat? & in Pſalmo, Delicta

mea

mea non sunt à te abscondita. Circa quæstionem hanc tria consideranda occurrunt, primum distinctionem communem scientiæ Dei respicit. Alterum pertinet ad illud, in quo moderni oẽs concordant. Postremũ ad illud, in quo quidã discordant inquirentes quid sit verius. Quo ad primũ, sciendum est, qđ quamuis scientia Dei vna sit secundum rem, tribus tamen solet accipi modis: nam dicitur scientia simplicis notitiæ visionis, & probationis, sed dicetis; quid est scientia simplicis notitiæ? Respondetur, qđ est illa, qua Deus scit oĩa, quæ sunt, fuerunt, & erunt, vel possibilia sunt secundum infinitatẽ diuinæ potentiæ: scientia uerò visionis dicitur eadem scientia, inquantum eorum est, quæ sunt secundum aliquam differentiam tẽporis solum, quæ prò tanto dicitur scientia visionis, quia apud nos ea, quæ videntur, habent esse distinctum extra videntem, propter quod ea, quæ à Deo prodeunt inesse proprio, quod habent in sua natura preter esse, quod habent in Deo, tanquam in causa dicũtur pertinere ad visionis scientiam. Approbationis verò scientia dicitur eorum, in quibus diuina voluntas sibi complacet, & hęc sunt bona, & mala pęnæ, quatenus sortiuntur rationẽ boni moralis. Per oppositũ verò mala nescire dicitur, dico mala culpæ, eo quia ea tanquam à sua bonitate discordantia reprobat. Si ergo quęstio intelligatur de malis culpæ, & de scientia approbationis, patet, quòd Deus mala culpæ nescit, quia ea non approbat, sed reprobat, & punit. Quantum ad secundum, sciendum est, quòd moderni oẽs concedunt, Deum cognoscere malum, cuius ratio est, quia partes vniuersi cognoscit, & earũ habitudines, sed inter vniuersi partes talis est habitudo, quòd generatio vnius est corruptio alterius, in

rius, in

terius; in corruptione aũt malum cõsistit pęna, quo ad animata, & malum naturæ, quo ad oĩa; quędam ẽt aliæ partes vniuersi deficere possunt à rectitudine rationis, in quo malum culpæ consistit: ergo Deus cognoscit, ac intuetur omne malum, naturæ, pęnæ, & culpæ. Quantum ad tertium, in quo quidam discordant, sciendum est, q̃d de mali cognitione per bonum est duplex opinio, quidam enim volunt, q̃d Deus malũ cognoscat per speciem boñi, non cuiuscunq; boni, sed tantùm boni, q̃d priuat. Vt vt sit de hac opinione, nihil refert, aut saltem parum curandum est. Soluamus nos itaq; argumenta adducta, ex quibus, quid tenendũ sit, patebit. Dicitur ergo ad primum, quòd Deus malum approbando minimè cognoscit, at puniendo sic. Ad secundum argumentum potest dici, q̃d quamuis Deus non sit causa mali culpæ, est tamen causa mali pęnæ, & hoc ad mali cognitionem sufficit. Ad vltimum respondetur, quòd & si Deus non pręhabeat in se malum, ob id non sequitur, quin illud cognoscere valeat: nam ratio cognoscendi, tàm bona, quàm mala, est diuina essentia, proxima tamen ratio cognoscendi mala, sunt bona creata, quæ per mala priuantur, & hęc de primo segmento de duobus à me propositis. Quęritur insuper, num sint in Deo creaturæ. Videtur prima fronte, quòd non: nam si in Deo essent, aut hoc esset per suas essentias, aut per similitudines, non per essentias suas, q̃a quicquid est in Deo, dicitur ab ęterno in ipso, essentiæ aũt rerum non sunt ęternæ: igitur, &c. Nec per suas similitudines, quia q̃d est in aliquo secundum suam similitudinem tantùm, in illo propriam minimè habent operationem, at res in Deo proprias habent operationes, iuxta illud actuum xvii. In ipso viuimus, mo-

uemur,

uemur, & sumus: ergo. Anselmus in oppositum se habet, & tenet Monologion xxxvi. dùm ait, quòd res verius sunt in Deo, quàm in se ipsis: ergo. Pro veritate cognoscenda duo sunt dicenda, & primò, quòd oẽs res sunt in Deo, alterum est de modo, quo sunt in eo. Quantum ad primum, quid de rebus creatis sit dicendum, patet, vt enim ab aliqua dicuntur procedere causa, ēt põt dici ꝙ aliqualiter p̃existant in ea, põtate saltẽ & virtute, at oẽs creaturæ à Deo procedunt: igitur, &c. Insuper sciendum est, qđ res creata dupliciter cõsiderari hẽt, vno modo secũdũ esse suũ formale, & naturã proprij generis, alio modo secundũ esse uirtuale suæ causæ, secundũ qđ aliqualiter prȩexistunt in sua causa. Si verò res creata primo modo consideretur, sic ipsa in Deo esse dicitur, quoniam est in Dei scientia, & potentia, sed non in Dei essentia, cuius ratio est, quia creatura sic cõsiderata, cũ non sit idem, qđ Deus, solum se habere põt ad Deũ in habitudine obiecti terminantis eius operationem, & non in habitudine identitatis. Verum, quia hoc nomen Deus suppositũ significat, cuius est agere; scientia verò, & potentia significant principia actionũ se extendentium ad creaturas re, vel ratione, ideo creatura dici põt esse in Deo, & in eius scientia, & potentia, eò quia Deus scit eam, vel põt producere eam, vel productã destruere. Essentia verò nihil importat per respectũ ad creaturas, quia sicut à posse dicitur potentia, & à scire scientia, sic ab esse dicta est essentia, vnde sicuti aliqua in Deo esse dicuntur potentia, quia Deus põt illa, & in Dei scientia, quia Deus scit illa. Ita in Dei essentia dici possunt, quia Deus est illa, vel quia subsistunt in illa. Verum quia Deus non se habet ad creaturam in habitudine

identitatis, neque secundum essentiam, neq; secundum naturalem existentiam, ideo dici non põt, quòd res sic consideratæ sint in Dei essentia seruando locutionis proprietatem, licet Dei essentia non sit aliud, quàm sua potentia, vel scientia. His ita præmissis, argumento formato superius ita respondebimus dicentes, res creatas in Deo esse per suas essentias non formaliter, nec per identitatẽ, sed obiectiuè tantùm, quoniam subsunt diuinæ potentiæ, nec non scientiæ, & hoc modo sunt æternæ, quia ab æterno scitæ, & possibiles. Hoc etiam modo viuimus, in ipso mouemur, & sumus in ipso, vt in conseruante, à quo est nostrum viuere, & esse, & operari. In sequenti, num res creatæ omnes, vel aliquæ in Deo sint per suas similitudines, patebit. Et hæc satis.

AN IN DEO SINT CONCEDENDAE IDEAE. Lectio CXV.

DVO vobis in hesterno sermone meo notatu digna enodabam, duo quoq; alia desiderio sciendi allectus vobis hodie proponam: quorum primum pertinebit ad Ideas, alterum verò ad Idearum pluralitatem. Quantum ad primum, solet quæri. Vtrum in Deo sint concedendæ Ideæ. Hic pro parte destructiua consueuerunt quidam in hunc modum primò ratiocinari. Si Ideæ essent in Deo ponendæ, hoc pro tanto esset, vt forent principium essendi, vel cognoscendi, at dici non potest, quòd sint cognoscendi principium, quoniam per idem cognoscit se Deus, & alia, sed nõ cognoscit se per ideam: ergo nec alia: neq; debet dici,

quod

quòd sint principium essendi, quia cũ Deus sit causa creaturarum, per intellectum, Ideæ nequaquã poterunt esse principium essendi creaturæ, nisi sint cognoscendi principium: quare, &c. Preterea arguitur per Aug. ita dicentem: melius, ac perfectius res cognosci per suas essentias, quàm per suas similitudines, sed Deus res perfectissimè cognoscit: igitur eas cognoscit per suas essentias proprias, & non per Ideas, quæ sunt quedam rerum similitudines. In contrarium alibi se habet D. Aug. dicens, quòd tanta est vis in Ideis, vt sine his intellectis sapiens esse nemo possit; constat aũt Deum sapientissimum esse: quare, &c. Pro quesiti igitur determinatione tria consideranda erunt, & primò, quid per Ideam intelligendum sit. Deinde num Ideæ sint in Deo ponendæ. Preterea, quo modo se habeant ad intellectum diuinum, nec non ad actum intelligendi. Quantum ad primum, sic Aug. ait, quòd si idea de verbo ad verbum transferatur, tunc apud nos forma, vel species dicetur. Si ucrò ratio dicatur, hoc non erit secundum nominis proprietatẽ: volentes igitur Ideam sumere propriè, dicemus, quòd sit forma intellectualis, ad cuius similitudinem aliquid producibile est. Dyonisius Cap. v. de diuinis nominibus, Ideas appellat exemplaria, exemplar aũt id est, ad cuius similitudinem aliquid fit, vel est factibile, quare ex his de facili est colligere, quid sit Idea: nam est forma, siue ratio ad cuius similitudinem agens per artem aliquid põt producere. Hinc secundum apparet, quòd Ideæ sunt in Deo, & proprijssimè. Nam Deus, vt est artifex vniuersalis, res producit per artem, & intellectum, habet igitur penes se rerũ rationes, quas cognoscit, & iuxta quas res ꝓducit, has aũt Ideas vocamus:

ergo, &c. Hoc idem confirmari pōt, quòd Ideæ sint proprijssimè in Deo, ex consideratione esse ipsarum rerum, res enim quasi sex modis habent esse, vno modo in potentia materiæ, alio modo in suis causis agentibus naturalibus, vnumquodq; enim prçexistit aliqualiter in omnibus suis causis, ex quibus, vel à quibus educitur, vel passiuè, vel actiuè. Tertio modo res habent esse in se ipsis, cū iam productæ sunt. Quarto modo habent esse in intellectu nostro, anima enim nostra est quodā modo oīa per Arist. in libris de anima. Quinto habent esse in intellectu motorum orbium, quoniam opus naturæ est opus intelligentiæ. Sexto modo habens esse in intellectu entis primi, Deus enim per intellectum suum est causa oīum entium, quo modo Ideę ponuntur in Deo. De modo verò, quo se habeant Ideę ad intellectum diuinum, varię sunt opiniones, quas breuitati, vtilitatiq; inseruiens missas facio, & vna cū Aug. dico, quòd Ideę, non sunt causa, vel principium producendi creaturas, tantùm Ideę rerū rationes sunt, secundum quas oriri, & interire dicitur omne, quod oritur, & interit, & talis ratio potest esse, & est creatura, vt à Deo prçcognita, q̃a talem Deus producit creaturam, qualem prçconcepit producere. Si verò velitis concedere, Ideam quandoq; esse principium, seu causam remotam rei productæ in artifice, id minimè respuam. Se habet ergo Idea ad intellectum diuinum, vt obiectum raprçsentans res producibiles, non vt obiectum primum, sicuti est essentia diuina respectu intellectus diuini. His itaq; prçmissis, primo respondere argumento in hunc modum audeo dicendo, quòd in Deo non ponuntur Ideę, vt sint principium cognoscendi, quia Idea vel est ipsamet res cognita,

quæ

quæ est exemplar sui ipsius vt fienda, & tunc non est principium cognoscendi, sed benè ipsum cognitum non principale, sed secundarium, vel est essentia diuina, vt imitabilis à creatura: non ergo Idea potest poni principium cognoscendi, nec producendi, nisi per modum exemplaris, ad quod artifex inspiciens operatur. Vnde licet Deus per essentiam suam cognoscat se, & alia, non tamen per Ideam, sed tantùm alia. Ad secundum argumentum dicitur, non esse ad propositum: nam Deus non cognoscit per essentias rerum, cum illæ non sint ab ęterno, licet cognitæ ab ęterno, nec etiam eas cognoscit per proprias similitudines, sed vt est causa earum. Et hęc de primo dubio. Quęritur secundò. Vtrum in Deo pluralitas Idearum sit concedenda. Mihi primo aspectu videtur, quòd non, nam vt Idea relatiuè dicitur ad Ideatum, ita scientia dicetur relatiuè ad scibile. At Dei scientia vna est: ergo vna Idea in Deo, quamuis sint plura ideata. Pręterea, si in Deo Idearum pluralitas esset admittenda, vel hoc esset ex parte diuinæ essentiæ, vel ex parte creaturarum, at nullum horum admittendum: ergo, &c. Minor quo ad vtrunq; declaratur: nam vna est essentia diuina, & summè vna: non ergo Idearum pluralitas ex parte diuinæ essentiæ ponenda, nec ex parte creaturarum, quia vt res inęquales, ita Idearũ inęqualitas esset dicẽda, sed hoc subterfugimus: igitur, &c. Idest neq; illud dicere debemus. In oppositũ se habet D. Aug. vbi de Ideis (pluraliter enim loquitur de ipsis): ergo. Pro intellectu huius quęstionis duo notare debetis, & primò. Vtrum plures in Deo sint admittendæ Ideæ. Insuper, vtrum pertineant ad speculatiuam cognitionem, vel practicam. Circa primum est scien-

 dum,

dum, quòd Idea res creabilis dici pōt, vt intellecta, quæ imitabilis est à se ipsa, vt effecta, vel essentia diuina, vt imitabilis est aliqualiter à creatura. Si primo modo vocetur Idea, clarum, dilucidum, nec non manifestum, plures in Deo Ideas dari, quia res plures creabiles sunt à Deo ab æterno intellectę, & ita sunt in Deo obiectiuè, secundum quem modum Ideę pertinent ad intellectum. Si verò Idea secundo modo sumatur pro diuina essentia imitabili à creatura in Deo propriè loquendo, vna erit Idea ponenda, licet rerum respectus plures non negentur. Quantum verò ad secundū, paucis dicitur, quod Ideę per se, & simpliciter consideratę pertinent ad rationem, vel cognitionem practicam, & ratio assignatur: nam vt est in habitibus, sic suo modo debet esse in actibus. At in habitibus scientia simpliciter videtur dici practica, vel speculatiua ex natura scibilis: ergo non secus erit circa actualem considerationem ipsius Dei dicenda simpliciter, vel speculatiua, vel practica, ex natura cogniti, secundum quid aūt, idest ex intentione scientis, vel considerantis. At quia consideratio, qua Deus Ideas per se considerat de regulis operabilibus, est à Deo, quia Idea est exemplar, ad quod inspiciens artifex operatur, quę consideratio per se erit, & practica, secundum quid verò speculatiua, inquantum Deus considerat Ideas aliquorum operabilium, quę non intendit operari, seu producere, vel quia sunt iam producta, vel quia ex beneplacito suo, non vult ea producere: ex quibus de facili solutio primi argumenti pōt deduci, si dixerimus, quòd nos propriè non loquimur dicētes plures in Deo esse Ideas, sumentes tamen Ideam pro essentia diuina imitabili à creatura, sed solum, q̄d sint plures

rationes

rationes Ideales. Ad secundum argumentũ dici põt, inconueniens minimè esse inęquales Ideas esse, pro ut Ideæ sunt res ipsæ intellectæ, nec ob id aliqua inęqualitas sequitur in Deo subiectiuè, & secundum rem, sed tantùm obiectiuè, & secundum rationem, quod non videtur absurdum. Et hęc satis.

QVIBVS MODIS DICATVR DEVS ESSE IN REBVS.

Distinctio XXXVII.

Lectio CXVI.

S*Atis abundè hactenus docuimus, quo modo res in Deo esse dicantur: Nunc ex consequenti speculandum erit, quo modo Deus in rebus esse dicatur. Distinctio hęc in tria vsurpari potest segmenta, in quorum primo modi veri declarantur, quibus Deus habeat esse in rebus, in altero in ordine secundo excluduntur non veri, sed falsi modi, quibus Deus in rebus non dicitur esse. Tertio, & vltimo exarratur, qualiter Deus de nouo incipiat esse, nec non desinat esse in ipsis creaturis. Quantum ad primum, arbitror, vos scire cognoscereuè, Deum esse in oĩbus creaturis pręsentialiter, potentialiter, & essentialiter, in solis tamen iustis, tanquã in propria habitatione; Deus enim, vel est in rebus omnibus communiter, vel specialiter. Si primo modo, ecce pręsentialiter, potentialiter, & essentialiter in omnibus, vt diximus, rebus inuenitur, scilicet in omni natura, & essentia, sine sui dispositione. In oĩ loco sine sui circumscriptione. In omni tempore,*

 sine

sine sui mutabilitate. Alio modo specialiter dicitur in sanctis, quos per gratiam inhabitans tẽplum suum ipsos est efficiens. His duobus modis addite vos tertium specialissimè dictum, quo dicitur Deus esse in homine Christo, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat per gratiam vnionis, ut in libro magis abundè intelligetis tertio. At dicetis, si Deus est in omnibus rebus, ergo eius diuina natura posse maculari aliquo modo videbitur, cum in rebus habeat esse immundis, at si rectè perpendatis, totum continget oppositum, vt enim spiritus humanus per vnionem ipsius ad leprosum corpus minimè inquinatur, nec sol radijs suis fęda attingens defedatur, siue inquinatur, sic nec Deus pręsens rebus oĩbus maculatur. Et hęc de primo puncto. In secũdo modi non veri amouentur, quibus Deus nõ dicitur esse in rebus, V.g. diuina natura licet sit in loco, non tamen circumscribitur, vel à loco diffinitur, q̃d patet per hoc, quia duplex in natura mutatio inuenitur, creatura enim corporalis loco diffinitur, & circumscribitur, spiritualis verò solũ diffinitur. Pręterea corporalis creatura ꝑ tẽpus, & locũ mouetur; spiritualis verò ꝑ tempus, aut secundũ tempus mutari põt secundũ affectiones tempori subiacentes, licet Deo minimè conueniat mutatio, nec circumscriptio. Vnde de loco ad locum transire, ita ꝗ diffiniatur, & non circumscribatur, hoc spiritibus conuenit; at de loco ad locum circumscriptiuè transire eis minimè conuenit, & hęc de puncto secundo. In tertio declaratur, qualiter Deus incipiat esse de nouo in creaturis, & desinat pariter esse in ipsis sine sui mutatione, V.g. quando res esse desinunt, vel quando incipiunt esse. Et hęc satis.

AN

AN DEVS SIT IN OMNIBVS REBVS. Lectio CXVII.

DE more nostro examinaturi prędeclaratam distinctionem duo in pręsenti proponemus, & primò. Vtrum in oĩbus rebus sit Deus. Deinde, vtrum sit vbique. Circa primum, pro parte negatiua duobus quis posset instare modis: nam inter causas illę solę intrinsecę sunt, quę rem inesse constituunt, vt materia, & forma, de quibus Arist. libro primo, & secundo physicę auscultationis. Finis verò, & agens sunt causę extrinsecę, vt idem docet Arist. in secundo physicorum, at Deus ad creaturas non se habet, vt materia, vel vt forma, sed solum vt finis, & agens: igitur Deus non est in rebus, sed potius extra res. Deinde agere in rem pręsentem solum limitatę, finitęq; causę, siue virtutis esse dicitur, sicut agere aliquo supposito, at Deus non est virtutis limitatę: igitur non solũ agit in pręsens, sed indistans, & ita non est in omnibus, sed à quibusdam distans. In oppositum legere est apud Ioan. xxxii. Cęlum, & terram ego impleo: quare, &c. Pro determinatione huius negotij duo nobis consideranda occurrunt, primum est. Vtrum Deus sit in oĩbus rebus. Alterum est de modo essendi in eis. Quantum ad primum, quod Deus in omnibus sit rebus, probatur: nam causa singularis, & immediata actuq; operans simul est cum suo effectu, quam diù res est: ergo, &c. Pręterea, dùm dicimus, Deum esse in omnibus rebus, non intelligimus, quòd sit in eis per modum partis intrinsecę, sed q̃ sit pręsens rebus. Quantum verò ad secundum, de modo essendi

in rebus animaduertendum est: datur enim triplex modus in genere, quo Deus in rebus dicitur esse: nam vnus generalis est, & duo speciales; generalis modus ille est, quo Deus dicitur esse in rebus per essentiam, p præsentiam, & p potentiam, de alijs verò duobus modis heri egimus, & ideo non est, quòd eadem sine causa repetamus. His ita dispositis, ad rationes adductas vt respondeamus æquum est, dicamus ergo ad primam, qđ Deus non est in omnibus rebus, per modum partis intrinsecæ rem componentis, sed extra res: in eis tamen dicitur esse per immediatam præsentiam, quam habet ad quamlibet rem à se ipso pendentem, quo ad esse, & conseruari. Altera ratio sic diluitur, dùm dicitur, quòd facere rem præsentem esse, quæ prius oĩno non erat, vel conseruare iam factã, non arguit imperfectionem, vel potentiæ limitationem, sed potius perfectionem, dùm absq; eius præsentia cætera, nec esse, nec permanere possunt, negatur ergo similitudo de agere aliquo modo supposito: nam tale agere non se extendit ad oĩa, ex quo aliquid supponit, quod imperfectionis est, & hæc de primo quæsito, cui alterum nectitur, dùm quæritur. Vtrum Deus sit vbique. Mihi videtur, quòd non: se enim habent permanentia ad locum, vt successiua ad tempus, at in successiuis vnum indiuisibile in diuersis non potest esse simul temporibus: ergo nec indiuisibile permanens, vt Deus poterit esse in diuersis locis simul, si sic, ergo non est vbique. Ex alio latere, si Deus est in omnibus rebus, cum quilibet locus sit aliqua res, erit dicendum, quòd in omnibus sit locis. Pro determinatione igitur quæsiti scire debetis, qđ locus duobus pōt considerari modis, vno modo pro re quadam creata, idest vt est quædam res

creata,

creata, & ita Deus ponitur in omnibus locis, vt iam dictum est, in omnibus scilicet esse rebus. Alio modo potest considerari locus, vt est locati contentiuus, sub quo sensu Deus dicitur esse secundum se nusquam, at secundum suos effectus vbiq; est: nam sola virtus diuina se extendit ad producendũ oẽs res existentes, vel possibiles esse in loco, & hoc est replere locum suis effectibus, & sic esse vbique Deo conuenit, non tamen ab ęterno, sed ex tempore. Nunc ad argumentum adductum oportet considerare, triplex dari indiuisibile, vnum successiuorum, vt nunc, vel mutatum esse, & tale minimè esse potest in pluribus partibus temporis, vel motus. Aliud est non de genere successiuorum, vt ęternitas, vel ęuum, & tale pōt coexistere toti successioni motus, aut temporis, sic est quoddam indiuisibile, quod est aliquid quantitatis, vt punctus, & tale non potest esse in pluribus magnitudinis partibus, siue in pluribus locis. Postremò datur aliud indiuisibile, quod est penitus extra naturam quanti corporalis, vt Deus, de quo loquentes dicimus, nihil prohibere, quin pręsens sit oĩbus locis, & oĩbus rebus. Et hęc satis.

VTRVM ANGELICAE NATVRAE COMPETAT IN LOCO ESSE. Lectio CXVIII.

QVO modo Deus in loco esse dicatur, autumo satis clarè id dictum à nobis, propterea, quia obiter de natura spirituali quędam diximus, nunc duo de tali quęsita proponemus, & primò. Vtrum naturæ Angelicæ competat esse in loco.

loco. Insuper, vtrum localiter moueatur. Circa primum, partem negatiuam quidam tenentes, ita ratiocinantur. Si esse in loco Angelo conuenire posset, hoc maximè esset ratione suæ essentiæ, vel virtutis, siue operationis, at nullum horum pōt dici: ergo neq; primum. Minor, vt vobis suspecta, quo ad singulas partes, probatur, & primò, quòd ratione suæ essentiæ nequeat esse in loco. Auicena enim ait, quòd locus ratione substantiæ corporalibus minimè conuenit: ergo multo minus spiritualibus, qualis est Angelus. Nec ratione virtutis, quia Angeli virtus, vel est eadem cum sua essentia, vel non minus abstracta à conditione quantitatis, & loci: vnde si ratione essentiæ non ponitur in loco, neq; ēt virtutis, siue operationis. Insuper arguitur authoritate Boetij de Hebdom. ita dicentis, q̄d communis conceptio est, incorporalia non esse in loco, sed Angeli sunt incorporei: igitur, &c. In contrarium se habet Damascenus lib. i. capite xvi. Angelica igitur natura in loco ponenda. Pro determinatione huius quęstionis hęc conclusio admittenda. Angelus in loco est per suam essentiam, ita q̄d ratio essendi in loco sit eius essentia primo non operatio. Nunc ad rationes adductas, & primò ad primam respondeo sic, q̄d Angelo competit esse in loco ratione suæ essentiæ, non merito virtutis, nec operationis primo, nec circumscriptiuè, sed finitiuè tantū. Ad illud Boetij dicitur, q̄d loquebatur de esse in loco occupatiuè, siue circumscriptiuè, sub quo sensu incorporalia certè in loco minimè sunt. Iam primo enodato quęsito, subsequitur alterum in ordine secundum, dùm quęritur. Vtrum Angelus localiter moueatur. Mihi certè apparet, quòd non, nullum enim impartibile dicitur moueri, at

Angelus

Angelus sic se habet: igitur, &c. In oppositum Magister sent. in textu se habet, quare, quid de hac re tenendum, indagandum erit, scitis enim, quòd moueri localiter, & successiuè de loco ad locum transferri, propriè ascribi solet corpori naturam habenti, sed Angelus non sic se habet: igitur nec ei motus localis conuenire potest. Nunc ad argumentum formatum potest dici, quòd motus Angelo non conueniat, vt subiecto, sicut probabat ratio, negari tamen deinde non habet, quod ei, vt principio effectiuo per effectum manifestato motus non conueniat, secundum quem modum Magistri dicta in textu exponenda sunt. Et hęc satis.

NVNC ERGO AD PROPOSITVM, ETC.
Distinctio XXXVIII.
Lectio CXIX.

Postquam Magister sent. superius verba fecit de scientia Dei secundum se, nec non de rerum scitarum comparatione, nunc intendit ad propositum redire, & loqui de comparatione scientiæ ad res scitas, vbi tria nobis pollicetur. Dubium primò, determinationem dubij secundò, demùm nouam dubitationem cum solutione ex questionis determinatione emergentem. Quantum ad primũ. Quęrit Magister. Num Dei scientia, vel pręscientia causa sit rerum scitarum, uel uice uersa. Vbi affirmatiuè procedendo dicit, q̄d sic, alioquin nec aliqua futura essent, nisi Deus pręsciuisset, & quæ pręsciuit, impossibile uidetur, ea non euenire: igitur, &c. At hic uideo uos ingenio pollentes, totum oppositum

positum sentire dicentes. Si Dei scientia rerũ scitarum esset causa, sequeretur, Deum malorum esse causam, eò quia mala ab eo sunt prescita, at hoc est falsum: ergo,& primum: ex quo sequitur conclusio. Nec dici debet, quòd res sint causa scientiæ Dei, quia si sic, tunc creatum, ac temporale foret eterni causa, quod stare, nec admitti põt: quare, &c. At dicetis, quid, si darentur authoritates oppositum tenentes, erit dicendum? Respondeo, oẽs tales intelligendas esse de causa, sine qua non, idest quod res scitæ sint causa Dei scientiæ, idest sine quibus prescientia non diceretur. Hinc ex dictis distinctionẽ uelim notetis talem de scientia Dei, qđ scilicet Dei scientia, uel cognitio, ut superius tetigimus, duobus põt accipi modis, vno modo pro simplici Dei notitia, & hec nullius propriè loquendo dicitur esse causa, nisi forte, sine qua nõ: nam Deus non cogit quemquam peccare per hoc, quod prescit eum peccaturum. Insuper secundo potest accipi Dei scientia pro notitia simul, & beneplacito, & ita accepta rerum causa esse dicitur. Ex his, quid ad instantiam adductam de malo sit dicendum, patet, Deus enim, licet malum cognoscat, hoc tamen non nouit, nisi scientia simplicis notitiæ, sed hec non est rerum causa: igitur nec Deus mali causa. Et hec de primo puncto. In altero secundo in ordine pro determinatione q̃stionis iam motæ paucis vtitur uerbis Magister sent. dicendo, qđ Dei ineffabilis prescientia est causa oĩum bonorum, & malorum, non ut talia efficiat, & causet, sed benè dicitur causa sine qua non, idest sine quibus prescientia non diceretur. Et hec de duobus punctis satis. Superest tertium, vbi iterum dubitatur, & ratio dubitationis ex predeclaratis nascitur. Ex quo ergo de Dei

scientia

ſcientia aliquantulum hic ſumus loquuti. propterea quis dubitare poſſet. Num Dei ſcientia ſit fallibilis, nec ne? mihi ſanè videtur, quòd ſic. Nam futurum contingens vel eſt præſcitum à Deo, vel non, ſi primum vel poteſt aliter ſe habere, quàm præſcitum, vel non. Si non, ergo Dei ſcientia rebus ſcitis neceſſitatē imponit, & per conſequens contingentiam tollit. Si poteſt aliter euenire, quàm præſcitum eſt, ponatur in eſſe, quod aliter eueniat, tunc ſtatim ſequetur, quod Dei ſcientia fallibilis ſit, & incerta. Ad hanc dirimendam difficultatem Magiſter in textu diſtinctione perpulchra vtitur de ſenſu compoſito, atq; diuiſo. Inquit ergo, ſi talis propoſitio, impoſſibile eſt non euenire, quòd Deus præſciuit euenturum, & poſſibile eſt non euenire, quod Deus præſciuit euenturum, & cōſimiles intelligantur in ſenſu compoſito, falſæ ſunt, ideo quia impoſſibile ſit præſcientiam Dei eſſe, de re aliqua euenienti ſimul cum euentu contrario. Si verò huiuſmodi propoſitiones diuiſim, vel in ſenſu diuiſo concipiantur, tunc veræ ſunt, & poſſibiles, pro vt cōſiderantur abſq; Dei reſpectu ad præſcientiam. Et hæc ſatis.

AN DEI SCIENTIA SIT RERVM CAVSA. Lectio CXX.

EX voto Theologorum (Nobiliſs. Audit.) circa prædeclaratam diſtinctionem duo principalia examinanda ſeſe nobis offerunt, quorum primum eſt ad Dei ſcientiam pertinens, alterū ad enunciabilia. Circa primum quæritur, vtrum Dei ſcientia ſit rerum cauſa. Inſuper, vtrum Deus enunciabilia ſciat.

sciat. Quantum ad primum, pro parte negatiua sic arguitur, omnis causa aliquem actum habet, per quem potest producere effectum, si tamen sit causa perfecta, vel cooperatur ad effectus productionem, si sit imperfecta, sed Dei scientia nullum habet actum, quo producere possit, vel cooperari ad rerum productionẽ: ergo, &c. Quia minor non satis clara videtur, iccirco probatur: nam actus scientiæ non est, nisi scire, sed scire diuinum, principalius se extẽdit ad ea, quæ factibilia non sunt, scilicet ad essentiam diuinã, & ad ea, quæ sunt in essentia diuina, quàm ad creaturas: igitur scire non est actus operans, nec cooperans ad rerum scitarum productionem. In oppositum se habet Aug. v. de trin. vbi ait, quòd vniuersas creaturas corporales, & spirituales, non q̄a sunt, ideo Deus eas nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Pro responsione itaque nullus est, qui dubitet, quòd Deus non sit rerũ causa, & q̄d eius scientia similiter non sit causa; certum enim est, quòd eius scientia essentialiter Deus est, licet questio hoc non intendat, sed vtrum Dei scientia sit ei ratio res scitas causandi, vbi dicendum venit, q̄d Dei scientia rerum creatarum sit causa per modum dirigentis, voluntas verò per modum inclinantis, & inducentis. Neutra tamen causa immediata est, potentia verò rerum est causa, sicut exequens, & immediatè mouens. His in hunc modum positis, ad argumentum adductum dici põt, q̄d eo modo, quo aliquid est causa, habet actum, quo operatur, vel cooperatur ad effectum producendum, scientia autem non est causa alicuius immediata, sed solum remota, & per modum dirigentis, ideo actus eius, qui est scire, non operatur, nec cooperatur immediatè ad alicuius rei productionem mediatè, & directiuè.

directiuè. Et hęc de prima quęstione. Post quam quęritur secundò, Vtrum enunciabilia Deus sciat. Posita quęstione quidam ad partem negatiuam declinantes sic arguunt. Si Deus enunciabilia cognosceret intelligeretuè, hoc componendo, vel diuidendo fieret, at Deus non sic intelligit: igitur nec enunciabilia. Deinde illa cognitio videtur Deo esse attribuẽda, in qua error nõ est possibilis, at circa enunciabilium cognitionem possibilis est error, non autem circa simplicem quidditatum cognitionem, sola itaq; simplicium quidditatum Deo ascribenda, & non alia. At oppositum legitur in Psalmo: Deus scit cogitationes hominum, quoniam vanę sunt, &c. Pro responsione tria pręlibanda erunt, primum in ordine est, quòd Deus enunciabilium cognitionem habet. Alterum est, quòd non habet componendo, ac diuidendo sicut nos. Demùm, qđ Dei scientia minimè discursiua est. Quò ad primum patet, quòd Deus perfectissimè res oẽs nouit, & oĩum rerum habitudines, sed in rerum habitudinibus ratio enunciabilium consistit: Deus igitur oĩa enunciabilia nouit tàm affirmatiua, quàm negatiua. Insuper Deus scit quicquid in nostri intellectus potestate est, sed formare de enunciabilibus enunciationem in potestate nostri intellectus est: igitur Deus vtrunque cognoscit, scilicet enunciationem, & enunciabilia. Quantum ad secundum speculandum venit, quid sit intelligere componendo, & diuidendo, & quę causa est sic intelligendi; intelligere ergo componendo, ac diuidendo non est solum composita speculari, aut diuisa, quia hęc Deus ẽt intelligit, licèt non per compositionem, aut diuisionem: oportet ergo accipere diuisionem hanc, aut compositionem ex parte intellectus. Quantum

ad tertium apparet luce clarius, quòd Deus discurrendo minimè intelligit, quia intellectus discurrens, non oĩa intelligit simul, at ex noto in cognitionẽ ignoti venit, intellectus verò diuinus simul oĩa intuetur, non ergo discurrit. Insuper discursus, siue actus intelligendi discursiuś, actum intelligendi supponit componentem, ac diuidentem; at iste modus intelligendi componendo, ac diuidendo Deo minimè conuenit: ergo, &c. His ita pręmissis ad primum argumentum dicendum venit, quòd concludit, & probat Deum enunciabilia componendo, ac diuidendo minimè intelligere, vt intellectus noster, cui hoc propter sui imperfectionem competit. Ad secundum argumentum potest dici, quòd omnis cognitio tàm simplicium, quàm enunciabilium Deo attribuendo, cum hoc sit perfectionis, modi tamen imperfectionem includentes, penitus ab eo remouendi: nam in his error inueniri potest, merito compositionis, ac diuisionis, quod est imperfectionis virtutis intellectualis, quare talis à Deo modus amouendus. Et hęc satis.

VTRVM DEVS FVTVRA CONTINGENTIA SCIAT.
Lectio CXXI.

NObis aditus, vt sit magis facilis ad subsequentem distinctionem, in pręsenti quęremus. Vtrum Deus futura contingentia sciat. Mihi sanè videtur posse dici, quòd non, & ratio, qua me mouet est ista: nam omne scitum à Deo ex necessitate eueniret, sed nullum futurum contingens de necessitate

euenit:

euenit: igitur nullum futurum cõtingens est scitum à Deo. Minor vt suspecta sic probari potest exemplo desumpto à Sorte, qui cras possit currere, & velit currere, tunc vel necessariò curret, aut erit possibile, eum non currere, si necessariò curret, habetur intentum, si non necessariò, sed possibile sit eũ non currere, ponatur tunc in esse, quia secũdũ Arist. Regulam, possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile, sed Deus scit, quòd curret, & põt non currere: Dei ergo scientia videtur falli, quòd est imposßibile: quare, &c. Preterea oĩs conditionalis, cuius antecedens necessarium est, & consequentia necessaria, ipsum quoq; necessarium est consequens, at hęc est quedã conditionalis, si Deus prescivit B. fore, B. erit cuius antecedens necessarium est, tum quia ęternum, cum ẽt, quia præteritum, & consequentia necessaria: verum quia consequentis oppositum minimè stat cum antecedente: igitur consequens est necessarium, eodem modo de quolibet futuro contingente possumus arguere in hunc modũ ex maiori de necessario, & minori de in esse, vbi videtur sequi conclusio de necessario, vt habetur primo Priorum, & ita omne scitum à Deo necessario erit verum, sed D. fore est scitum à Deo: igitur necessario verum est, quòd D. erit, & sic idem, qđ prius. In oppositum videtur esse dicendum, quoniam, quæ ab agente libero, & habente sui actus dominium possunt non fieri. Si sic: ergo fiunt contingenter, sed talium Deus cognitionem habet, cum merita remuneret, & demerita puniat, & antequam ea fiant, ab ęterno cognoscit Deus: igitur futura contingentia, &c. Pro solutione quęstionis duo nobis consideranda occurrunt, primum est, quid futurum vocamus contingens, quotq; sint modi

contingentis futuri. Alterum est de modo cognoscendi contingens. Quantum ad primum. Sciendum est, quòd antequã res sit in actu, secundum esse suæ existentiæ, solum habet esse in suis causis, & futura dicitur. Causarũ verò gradus, siue modus triplex inuenitur: nam quędam in se necessariæ sunt, & in ordine ad suum effectum, vt Cęli motus in comparatione ad Eclypses, nec non ad alios effectus ex orbium motu necessario euenientes, qui effectus pręexistentes in suis causis futuri quidem sunt, sed nõ contingentes, immo necessarij. Pręterea aliæ dantur causæ, quæ non sunt necessariæ, saltem per comparationẽ ad effectus, vt eos necessario producant, immo possunt non producere, & effectus pręexistentes in causis huiusmodi sunt futuri, & contingentes, & harũ triplex dicitur esse differentia: nam quędam causæ contingentes sunt ad suos effectus, vt frequenter producendum, nec deficiunt, nisi raro, V. g. quòd homo generetur cum pluribus digitis, quã cum quinque, vel cum paucioribus. Harum verò causarum effectus pręexistentes in ipsis causis futuri, & contingentes sunt, licet quidã frequenter, & quidam raro eueniant. Insuper dantur aliæ causæ nullam de se ad hunc effectum producendum determinationem habentes, vel non producendum, se tamen indifferenter habent ad vtrunque, vt liberũ arbitrium, V. g. Sortes põt currere, vel non currere. Vnde tales effectus pręexistentes in causis talibus futuri sunt, & ad vtrumlibet. Et hęc de primo satis. Nunc fiat sermo de modo cognoscendi contingens vbi notandum venit, quòd contingens, & quęlibet res alia dupliciter cognosci põt, vno modo in sua causa, alio modo in sua existentia: nam alio modo cognosco de Socrate, quòd

debeat

debeat pugnare, quando ipsum armari video, & alio modo, dùm actu certare eum video. His ita premissis, dici pōt, qđ de futuris contingentibus certa non habeatur cognitio, nisi ex causis solum, & coniecturaliter tantùm. Deinde dicitur, quòd Deus futura contingentia cognoscit, quantum ad eorum actualem existentiam, quam temporis processu sunt habitura, non quo ad actualem existentiam, ita vt ea actu existere cognoscat, sed vt nunc nunc dixi. Supersunt modo argumenta diluenda, & erit finis. Dùm ergo primo dicebatur; omne scitum de necessitate euenturum, &c. Hoc est falsum loquendo de necessitate absoluta, & simpliciter. Immo sicut scitum est euenire, sic eueniet, quare qđ scitum est necessariò euenire, necessariò eueniet; & quod scitum est euenire contingenter, eueniet contingenter, alioquin Dei scientia falleretur, qđ est absurdum. Ad illud Arist. dicentis, si ponatur in esse, nullum sequi impossibile, hoc tanquam verum habet concedi, si tamen ponatur in esse illo modo, quo est possibile, aliter Arist. dictum non esset verum. Ad secundum argumentum, quando dicebatur, qđ omnis conditionalis, cuius antecedens est necessarium, & consequentia necessaria, id habet concedi, si tamen antecedens necessarium sit simpliciter, ita vt ex ipso consequens inferatur. Et quādo dicitur, quod hęc est necessaria, Deus pręsciuit B. fore. Dicendum est, qđ sic, & qđ non. Si enim est necessaria adiuncto necessitatis modo, tunc vera erit, V. g. sic dicēdo: Deus pręsciuit necessariò B. fore, & hęc adhuc duplex est, quia si modus necessitatis determinet cōpositionem verbi ad subiectum, vera est, & composita sub hoc sensu; necessarium est, Deū prescire B. fore. Adhuc talis necessitas,

non est, nisi ex suppositione, & non simpliciter. Ad tertium argumentum responderi potest, uti argumentando iam fuit responsum. Et hęc satis.

VTRVM DEI SCIENTIA, ETC.
Distinctio XXXIX.
Lectio CXXII.

EDocebat superius Magister sent. nos modum cognoscendi, qualiter Dei scientia se haberet causaliter respectu rerum creatarum. Nunc consequenter eius cõsilium est de ipsius scientię immutabilitate verba facere. Diuidatur igitur primo de more pręsens distinctio in tria puncta. In quorum primo inquiritur. Nunc Dei scientia possit augeri. Insuper, Num Deus queat scire, quę modo nescit. Demum dubium cum solutione. Quantum ad primum supposito, quòd Deus vnica, & inuariabili scientia intueatur pręsentia omnia, pręterita, atq; futura, quęrendum est. Num Dei scientia queat augeri, vel minui, & ex consequenti mutari. Pro parte affirmatiua videtur posse probari, quòd sic. Nam Deus hodie aliquid scire potest, quod nunquam ante sciuit, V. g. Iulium legere, vel mori, qui nunquam ante legit, vel moriebatur, signum ergo est euidens, quòd Dei scientia crementum suscipere valet, nec non decrementum. Deinde, nonne hodie aliquid scire potest Deus, quod nunquam postea sciet, V. g. Antonium ire in forum, quem nunquam post hoc sciet iturum? minui ergo Dei, atq; mutari eius scientia potest. Ex alio latere rectè perpendenti apparebit

rebit Dei scientia oĩno immutabilis. Nam nihil aliud est Dei scientia, quàm eius diuina essentia, quæ minimè variari pōt: igitur neq; eius scientia. Benè poterit dari inueniriq; aliquod subiectum scientiæ Dei, quod prius ei non fuerit subiectum, cum non fuerit. Pręterea pōt ēt dari aliquod subiectum scientiæ Dei, quod postea sibi minimè erit subiectum, eo quia deinde esse cessabit, & non erit: ob id non video, quo modo ex hoc debeat sequi crementum, vel decrementū, seu variatio ex parte scientiæ Dei, cum sic Deus possit scire, quæ nescit, & nescire, quæ scit. Et hęc pro primo puncto. In subsequenti secundo cognoscendi gratia, num Deus possit scire, quod modo nescit, hac via procedemus dicentes, Deum scientia visionis (licet non ex tempore) posse plura scire, quàm scit, atq; pauciora; possibile enim est dari aliquod subiectum diuinæ scientiæ, quod prius non fuit sibi subiectum, Deus ergo aliquid de nouo scire potest ex tempore. Vt respondeamus ad hoc vna cum Magistro in textu dicemus, Deum scire posse, quod nescit, & q̄d non vult posse velle absq; sui mutatione. Vnde propositiones istæ, quæ de ipso Deo solent pronunciari, nisi sano intelligantur modo, erroris in animo erunt causa nostro; dùm ergo dicitur. Deus pōt scire, quod nescit, & consimiles, habent intelligi duobus modis, vel coniunctim, vel diuisim. Si primo modo, falsæ sunt. Nam ista Deus potest scire, q̄d nescit, sic intellecta, Deum aliquid scire posse designat, quod nunc minimè scit, vel ante nesciuit. Diuisim verò intellectæ veræ sunt. Vnde ista Deus scire pōt, quod nescit, in isto sensu capta est vera, quia Deum libertatem, nec non potentiam suā sciendi, vel non sciendi, sicut ab ęterno habuit perbellè designat.

gnat. Omnes ergo res sunt scibiles, & non scibiles loquendo de scientia approbationis, & hęc de segmento secundo satis. Postremo obijcitur loco authoritate Hier. super Abacuc, qđ Deus non sciat omnia, & quod sua non sit oĩum prouidentia. Posita in hunc modum obiectione, nunc diluenda. Dùm ergo D. Hier. loco citato de Dei scientia, nec non eius ꝓuidentia loquitur, non vult dicere, quòd Deus aliquid nesciat, sed quod sua scientia non mutatur per temporum momenta, & quod non ęqualiter prouideat rationabilibus, & irrationabilibus: nam vt videre est, Deus sua prouidentia ad vitam ęternam rationabilia ordinat, & bruta non, sed ad vsum rationabilium. Et hęc satis.

VTRVM DEVS POSSIT NESCIRE, QVOD SCIT, ETC.
Lectio CXXII.

NE *fico videar velle pertransire pede, quæ dicta fuere à Magistro sent. in proxima pręterita distinctione, duo in pręsentiarũ quęram, & primò. Vtrum Deus possit nescire, quæ modo scit. Insuper, Num infinita cognoscere valeat. Quantum attinet ad primum, pro parte negatia sic argui potest. Quicunq; scire ualet, quod nescit, vel nescire, qđ scit, eius proculdubio scientia augumentabilis, & minuibilis est, sed Dei scientia non sic se habet: igitur non poterit scire, quod nescit, & nescire, quod scit. Deinde, Deus ab ęterno oĩa ẽt possibilia scit, at per hęc oĩa nihil potest scire pręter illud, qđ scit, & illa nequit*

obliuisci:

obliuisci: igitur non potest nescire, quòd scit. In oppositum se habet illud, quod dicitur de Deo nesciente Antichristum natum, & quandoq; sciet ipsum natum: ergo videtur, quòd quandoq; sciet, quod modo nescit. Rursus, Deus scit Antichristum nasciturum, sed quandoq; nesciet ipsum nasciturũ (scilicet quando natus erit) Deus ergo quandoq; nesciet, qđ modo scit. Ad euidentiam huius questionis admodum difficilis duo preponenda sunt, primum quorum ad actuum diuinorum distinctionem spectat, alterum ad propositi declarationem. Circa primum est sciendum, quòd actus diuini in triplici consideratione sunt, quidam enim, nec in exteriorem transeunt materiam, nec aliquem respectum ad extra dicunt, V. g. vt actus notionales, scilicet gignere, & spirare, & quo ad hos actus in Deo non est libertas, vel potentia ad opposita, tales enim actus ad intra in diuinis secundum se, & ex summa necessitate immutabilitatis ponuntur, & sunt. Alij dantur actus diuini à Deo effectiuè, qui sunt, & ad extra cognoscuntur per creaturas, V. g. vt creare, non secus temporales ex tempore Deo conuenientes conceduntur. Demùm actus in Deo admittuntur modo intrinseco se habentes, licet connotent extrinsecum, vel habitudinem ad res extra obiectiuè, V. g. vt uelle, & scire: Deus etenim scit, & vult non solum se, verum ẽt alia à se. His sic positis, secundo loco propositum declarari habet, deinde soluendæ rationes. Dicamus itaque, quòd huiusmodi actus considerari possunt, vel secundum id, quod sunt, vel penes respectum, quem ad obiectum habet. Si primo modo in Deo non est libertas, neq; potentia ad opposita respectu talium actuum: nam nullum intelligere, aut uelle est in

Deo,

Deo, quod possit, vel potuerit nõ esse in eo, ẽt de potentia absoluta. Si verò considerentur penes respectum ad obiectum, tunc distinctione opus erit: nam duplex datur obiectum, scilicet scientiæ, & voluntatis diuinæ, vnũ est primum, & principale, q̃d est essentia diuina, & eius diuina bonitas respectu cuius obiecti in Deo libertas, vel potentia ad opposita minimè datur; nec id mirum, quia scit essentiam, & suam diligit bonitatem. Aliud extat secundarium obiectum scientiæ, & voluntatis diuinæ, vt res creatæ, respectu quarum duplex est cognitio in ipso Deo, vna est, qua entium possibilium quidditates apprehendit, altera, qua rerũ habitudines intuetur secũdum compositionẽ, & diuisionem, & est scientia enunciabilium. Hęc adhuc duplex est, vna scilicet, qua res per solam compositionem, ac diuisionem possibilem apprehenduntur, altera, qua secundum compositionem, & diuisionem non solum possibilem, sed vt deductam, vel deducendam ad actum pro tempore aliquo; & hęc est, per quam res esse, vel fore cognoscitur, & pertinet ad visionis scientiam, de qua postea dicetur. Quantum ergo ad primã, & secundam cognitionem, Deus non potest nescire, q̃d scit, vel scire, quod nescit. At quantum ad tertiam põt; & ratio assignatur, quia Deus necessariò scit non solum essentiam, verum ẽt oĩa, quæ per ipsam repręsentantur. Nunc ad soluẽdas rationes festinemus; deinde erit finis huius primæ quęstionis. Dicitur ergo ad primam, quod augumentatio, & minutio scientiæ duobus habet considerari modis, vno modo in natura scientiæ, alio modo extrinsecè. Si primo modo loquamur, argumentum formatum currit, at si secundo modo, nullum est: nam respectu plurium alicuius scientia augeri

dicitur, sed non merito diuinæ scientia. Ad secundum ratiocinium dici pōt, quòd Deus ab ęterno scit cūa, quantum ad quidditates, & hoc necessariò. Insuper dicitur scire ab ęterno res oēs futuras in tempore, quas minimè scit necessariò, sed absolutè loquendo potuit eas ab ęterno nescire, & hęc de primo quęsito, cui alterum nectitur, dùm quęritur. Vtrū Deus infinita cognoscat. Pro parte negatiua solent rationes quędam formari, quarum prima in hunc modum se habet. Vt scientia nostra mensuratur à rebus, ita Dei scientia rerum mensura est, sed contra infiniti rationem est esse mensuratum: igitur erit cōtra eiusdem infiniti rationem esse scitū à Deo. Deinde, quicquid scitur, scientia comprehenditur, sed infinitum cōprehendi nequit, quia semper est aliquid extra: quare, &c. Pro intellectu huius difficultatis de infinito distinguendum erit: nam infinitum solet quandoq; dici per finis priuationem, finis verò duobus sumitur modis: vno modo finis est secundum quantitatem, intra quod tota rei quantitas, & extra nihil. Alio modo dicitur finis generalius, illud scilicet, quod totam rei essentiam includit, quo modo finis rei finitio dicitur. De primo infinito alias (si rectè recolitis) sumus loquuti, propterea plura nunc de hoc dicere esset inutile. Infinitum aūt quantitatis adhuc duplex est secundum magnitudinem, & multitudinem, iuxta duplicem quantitatem continuam, & discretam, quorum vtrumq; duobus accipi pōt modis, vel secundum actum simpliciter, vel secundum actum potētiæ permixtum; ad hos aūt modos habent omnes modi infiniti reduci propriè accepti, infinitum enim diuisione, vel appositione reducitur ad infinitum secundum multitudinem, & infinitum in

tempore,

tempore, & in motu reducuntur ad infinitum secundum magnitudinem, ad hos ergo modos sufficit questionẽ deducere. His itaq; positis, nunc ad argumenta respondendum, & primò ad primum sic, quòd Dei scientia est quidem rerum mensura, quo ad esse, & veritatem naturæ, sed non mensura quantitatiua, quia sic mensurata essent infinita, si essent. Ad alterum argumentum pōt dici, qđ si infinitum actu esset, à Dei scientia certè comprehendi posset, nec ob id finiri posset, q̄ a scientia infinita est: quare, &c. Et hęc satis.

VTRVM DIVINAE PROVIDENTIAE OMNIA SVBSINT.

Lectio CXXIIII.

QVoniam in calce prędeclaratæ distinctionis facta fuit mentio de prouidentia Dei, iccirco in animum induxi meũ aliquantulum circa hanc morari, vt conoscere valeatis, num omnia diuinæ prouidentiæ subsint. Deinde, Vtrum prouidentia, & fatum debeant dici idem. Quantum ad primum, declinantes quidam ad negatiuam partem ita fantur. Quorum non est prudentia, neq; erit prouidentia, quæ pars est prudentiæ, at necessariorum minimè prudentia est, quæ solum est de contingentibus, de quibus est consilium, & electio, vt patet sexto Ethicorum. Cum ergo in entibus multa sint necessaria, videtur, quòd oĩum minimè sit prouidentia. Deinde, ad prouidentiam pertinet remotio eorum, quæ impediunt à finis consecutione, sed mala sic se habent: nã à fine impediunt: igitur ad Dei ꝓuidentiam pertinet

mala

mala à rebus amouere, at constat in rebus multa mala esse, nõ igitur omnia diuinæ subduntur prouidentiæ. Oppositum legitur Sapientiæ duodecimo, qđ ęqualiter est ei cura de omnibus, at nomine curæ, vel solicitudinis prouidentia intelligitur: quare, &c. Pro determinatione itaq; huius quęsiti tria sunt pręponenda, quid primò sit Dei prouidentia, secundò, vtrum sit de omnibus, tertiò, num ęqualiter de omnibus. Quantum ad primum. Prouidentia est diuina voluntas, secundum quam oĩa, quæ sunt in finem conuenientem deductionem accipiunt, & sic primum patet. Alterum in ordine secundum est, quòd diuinæ subesse aliquid voluntati dupliciter euenit, vno modo sicut illud, cui prouidetur, quo pacto solum diuinæ prouidentiæ subsunt subsistentia, vel supposita, alio modo aliquid dicitur subesse diuinæ prouidentiæ, non sicut illud, cui prouidetur, sed sicut illud, de quo prouidetur, vtrumq; tamen dicitur cadere sub prouidentia. Quantum ad tertium, facile est enunciare, qđ Deus ęqualiter non prouideat omnibus, hęc tamen inęqualitas desumenda est ex creaturarũ parte, non ex parte Dei, qui vna ratione simplici scit, quod vnicuiq; rei expedit ad sui finis consecutionem. At dicetis, vnde talis inęqualitas oritur? respondetur, quòd hinc: nam executio prouidentiæ respectu aliquorum dicitur à Deo immediatè, scilicet respectu Angelorum, & eorũ, quæ sic à Deo producuntur. Respectu verò aliorũ est mediantibus causis secundis, propterea Dei prouidentia de omnibus ęqualiter non dicitur. His ita positis nunc ad primũ argumentum de facili põt responderi, quòd humana prudentia nõ se extendit, nisi ad cõtingentia, nec ad illa oĩa, sed solum ad illa, quæ per hominẽ fieri,

vel

vel impediri possunt. Verum, quia homo factor non est reru, quas necessarias dicimus, licet liberè, & non necessariò sint à Deo productæ: iccirco res necessariæ diuinæ subsunt ꝓuidentiæ, inquantu sciens eis, & liberè volens contulit ea, quæ sunt expedientia ad sui finis consecutionem. Ad secundum argumentum dicitur, quòd ad prouisorem particularem pertinet finis particularis, quem intendit impedimenta remouere, at nō sic ad vniuersalem prouisorem amouere ea, quæ finis vniuersalis consecutionē impediunt, quare Deus omni creaturæ rationali auxilia contulit, per quæ mala culpæ, nec non salutis suæ impedimenta posset euitare: ideo, &c. Ad illud verò Sapientiæ duodecimo dicitur, quòd ei de oībus est ęqualiter cura, quare tantùm in rebus prouisis non in Deo prouidente ponenda inęqualitas. Et hęc de primo dubio. Superest modo speculari, num prouidentia sit idem, qđ fatum. Primo aspectu videtur, quòd sic. Nam alicuius comparatio ad diuersa eius essentiam non plurificat, at prouidentia, & fatū nō videntur differre, nisi penes comparationem ad diuersa: quare, &c. Ex alio latere D. Aug. v. de ciuitate Dei in oppositum se habet, dùm inquit, nihil fieri fato dicimus, nihil aūt fieri diuina prouidentia, est erroneum, non ergo fatum, & prouidentia diuina sunt idem. Pro determinatione huius questionis sciendum est, fatum duobus accipi posse modis, vno modo pro vi syderum inconsiderata, vnde cum homines vsitata loquendi consuetudine fatū audiunt, non intelligunt, nisi vim quandam syderum. Capitur alio modo fatum pro ordine causarū, & earum connexione, pro vt habent reduci in diuinam voluntatem, & scientiam oīa ordinantē, & conuertentem, & hic modus

magis proprius est, quã primus. Nam fatum à fando dicitur, illud autem, quod diuina prescientia ordinatum est, causarum quadam connexione effatur, sicut vocale verbum dici solet quoddam effatũ interioris conceptus, sub quo sensu fatum si sumatur, procul dubio in multis à prouidentia differre patebit, & primò ex parte subiecti, in quo est, sunt enim illa diuersa, quæ in diuersis habent esse subiectis, sed prouidentia, & fatum sic se habent: igitur, &c. Minor clara est, quia prouidentia in Deo est, & fatum in causis secundis, quia dicitur causarum ordo reductus in Deum, ordo aũt est in ordinatis: ergo, &c. Differunt secundò, quoniam fatum pendet ex prouidentia, & in hanc habet reduci, non vice versa. Tertiò, quia prouidentia ęterna est, & fatum temporale: ideo, &c. Postremo, quia fato non oĩa subduntur, at diuinæ prouidentiæ sic, ideo differunt. Ad argumentum verò in oppositum dicitur, qđ prouidentia, & fatum non solum penes modos diuersos differunt, siue respectus, immo ẽt penes multa alia, vt visum fuit. His additur, quòd diuina cognitio respectu talium prouidentia est, at executio est fatum. Ad illud verò Aug. potest dici, nihil fato fieri, sumendo fatum pro syderum virtute necessitatem imponente his, quæ fiunt à libero arbitrio aliter non. Et hęc satis.

QVID SIT PRAEDESTINATIO.
Distinctio XL.
Lectio CXXV.

INnata est nobis via, vt à cõmunioribus, notioribusq; ad minus communia tendamus, hinc Magister sent. cum hactenus

de

de scientia Dei in genere sit loquutus, ad speciem vt transeat in presenti de Dei predestinatione, quæ est quedam eius species intendit sermonem habere. Distinctio hec posito nexu in partes diuidi habet tres. in quarum prima inquiritur, quòd quid est prædestinationis. In altera ponitur comparatio quedam predestinationis, & predestinatorum. In tertia, & vltima tanguntur, & predestinationis, & reprobationis effectus. Quantum ad primũ. Predestinationis diffinitiones assignantur ab Aug. quatuor. Prima est. Predestinatio est pscientia beneficiorum Dei. Altera est. Predestinatio est alicuius ad gloriam preordinatio. Tertia est. Prædestinatio est propositum miserendi. Quarta est. Predestinatio est preparatio gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro. In prima diffinitione notatur diuina cognitio, vt perbellè docet Magister in textu. In secunda electio. In tertia voluntas. In quarta directio in finem. Predestinationis verò causa efficiens Deus est, quantum ad effectus notatos in nomine predestinationis. Materialis aũt causa ille est, qui predestinatur. Formalis est modus, siue ordo predestinationis, primò enim gratia datur, & post hoc gloria. Causa finalis duplex est; vt scilicet simus sancti, & immaculati in conspectu Dei. Hic obiter notetis differentiam inter hec, quæ ponit Aug. scilicet vocationem, iustificationem, predestinationem, & magnificationem. Nam vocatio retrahit à malo. Iustificatio respicit initiale bonum gratiæ. Predestinatio respicit gratiæ bonum finale. Magnificatio verò est bonum gloriæ futuræ. Vel dicatis, quòd predistinatio p gratiam, gloriam preparat. Vocatio gratiam offert. Iustificatio illam confert magnificatio per gratiam gloriam multiplicat.

tiplicat. Sed dicetis, quia hic sermo est de prędestinatione, & prę-scientia, quo modo duo hęc differunt inter se? Respondeo sic differre; quoniam prædestinatio est tantùm saluandorum, & præscientia dicitur respectu reprobandorum. Et hęc de primo puncto. In secundo cõparatur prædestinatio ad prædestinatos: nã dicitur, quòd numerus prædestinatorũ adeo certus est, ita vt nullus damnandus possit saluari, neq; quicunq; prædestinatus possit damnari, qđ authoritate beati Aug. probatur, vt patet in textu Magistri. At video, vos hic iure merito dubitare posse his verbis, vel Deus liber est, vel non. Si primum verum est, quia verum: ergo Deus poterit dare gratiam illis, quibus minime dat, & subtrahere illis, quibus dat: igitur prędestinatorum numerus poterit augeri, vel minui, & ex consequenti non erit certus. Ad hanc difficultatem tollendam vna cum Magistro dicemus, huiusmodi propositiones, V.g. prędestinatus potest damnari, & prescitus saluari, duobus accipi posse modis, vel coniunctim, vel diuisim. Si intelligantur primo modo, idest coniunctim, tunc sunt falsæ, quoniam designant, illum posse saluari, quem Deus pręuidit damnandum. Ne ergo certitudo diuinæ prouidentiæ tollatur, ꝓpositiones prędictũ similes sano modo intelligendæ. Si diuisim intelligantur, vel si prędestinatus consideretur, non vt prędestinatus, sed vt hic homo absolutè, tunc veræ erunt oẽs tales propositiones, quia nihil aliud denotant, nisi quod talis homo possit damnari, & talis saluari. Vel pro maiori declaratione, dilucidationeq; huius difficultatis dicendum erit, quòd prędestinatus, inquantum prędestinatus nunquam possit damnari, & quòd prescitus, inquãtum talis, nunquam possit saluari,

uari, qđ in sensu composito totum id verũ est, licet in sensu diuiso oppositum euenire contingat. Et hęc pro secundo segmento. In postremo vtriusq; scilicet prędestinationis, & reprobationis tanguntur effectus, qui sunt, scilicet prędestinationis saluatio, & reprobationis damnatio. In sequenti velim pro comperto habeatis, me vobis perpulchra dicturum de his. Hęc intantum.

DE PRAEDESTINATIONIS QVINQVE ACTIBVS.

Lectio CXXVI.

VT valeam me à Momorum latratibus tueri, circa prædestinationem actus quinq; necessarios perpendam hodierna die, qui de eiusdẽ prędestinationis essentia nuncupantur, V. g. pręcognoscere, diligere, eligere, proponere, vel velle dirigere, vel iuuare. Primo ad prędestinationem requiritur pręcognoscere, sicut enim nescire Dei est nõ approbare, sed potius reprobare, iuxta illud, quod dicitur Matthęi xxv. Amen dico vobis nescio vos, scilicet notitia approbationis, ita Dei scire est causa prędestinationis, vt dicit Apostolus ad Romanos viii. Quos pręsciuit, non notitia simplici, vel speculatiua, quæ est non solum bonorum, sed ẽt malorum hominum, sed notitia approbationis, scilicet ab ęterno approbando, conformes fieri, nõ difformes imaginis filij sui, hos & prędestinauit, vt scilicet eis gratiam in pręsenti daret, & gloriam in futuro. Vnde primo solet sic diffiniri prędestinatio, dùm dicitur, quòd est pręscientia beneficiorum Dei. Requiritur

quiritur secundo ad prędestinationem diligere: nam sicut odisse Dei est reprobare, vt dicitur Malachiæ primo: Esau odio habui, id est reprobaui gratiam meam nō apponendo, ita diligere Dei est approbare, & eligere: nam dicitur ibidem: Iacob dilexi, id est mea charitate elegi, & vocaui. In Deo enim dilectio pręcedit electionem, ex eo enim, quod diligit, eligit Ideo tertio ad prędestinationem requiritur eligere: nam electio est segregatio, non ab irrationalibus, sed ab his, qui nati sunt participare eundem finem. Vnde Apostolus ad Ephesios primo: Elegit nos in ipso ante mūdi constitutionem; & ideo Ioann. xxv. dicitur, Ego elegi vos. Vbi Aug. sic dicit, electi sunt itaque, id est pręordinati, & à reprobis separati ante mundi censtitutionem ea prędestinatione, qua Deus futura facta pręsciuit. Electi autem de mundo ea vocatione, qua Deus id, qđ p̃destinauit, impleuit. Subdit deinde Aug. & videte quemadmodum non eligat bonos, sed quos elegit facit bonos, sicut enim dilectio Dei non causatur à bonitate, sed est causans eam, ita electio Dei non pręsupponit bonos, sed facit bonos, & ideo solet secundo sic diffiniri. Prędestinatio est pręordinatio alicuius ad gloriam. Quarto ad prędestinationem requiritur proponere, vel velle, ita dicit Apostolus ad Rom. nono. Cuius vult miseretur, & quem vult, indurat. Ambr. ita fatur, cuius vult gratuitè miseretur dando gratiam in pręsenti, & gloriam in futuro, & quem vult indurat, scilicet iusto iuditio gratiam non dando, & si habet aliquam subtrahendo. Aug. verò ait: cuius vult miseretur, id est nullus fit saluus, nisi quem Deus velit, & ideo rogandus est, vt velit, quia necesse est fieri, si voluerit. Vnde sic solet diffiniri. Prę-

destinatio est propositum miserendi. Quinto ad prędestinationem requiritur dirigere, vbi notandum, qđ sicut artifex, vel Magister in suo opere attendit quinque, ita Deus in prędestinatione. Primò enim artifex percipit, vel excogitat opus, qđ producere intendit, secundò opus diligit, quòd facere intendit. Tertiò eligit, & deliberat facere. Quartò oīa remouet, quæ opus faciendum impedire valent. Quinto omnia, quæ ad perfectionem operis iuuant, & conferunt eligit. Ita facit Deus. Nam primo pręconspicit, & pręcognoscit, secundo diligit, tertio eligit, quarto proponit, quinto ad vitam ęternam dirigit excludendo oīa impedimenta, & cōferendo oīa promouentia necessaria. Vnde Aug. lib. viii. de sanctorum prędestinatione diffiniens prędestinationem sic ait: Predestinatio est pręparatio gratiæ in pręsenti, & gloriæ in futuro. In qua finitione tria tanguntur, primo id, quod est ante tempus, dùm dicitur: Præparatio, scilicet æterna. Secundo tangitur, quod tempus concomitatur ibi, & gloriæ in futuro, ita vt prędestinatio tria includat, V. g. principium à quo, cum dicitur pręparatio: secundo medium in quo, cum subditur gratiæ in præsenti: tertio terminum includit ad quem, cum subiungitur, & gloriæ in futuro. Ad cuius euidentiam est sciendum, quòd aliud est prędestinatio, & aliud destinatio: nam destinatio directionem importat in aliqua re, quā homo ex proprijs minimè valet consequi naturalibus, sicut in gratiam, & gloriam. Sed hęc prępositio præ, importat antecessionē, ita quod prędestinatio importet antecessionem, idest pręcognitionē illius directionis, quam destinatio importat. Nam idem est prædestinatio, quod cogitatio de creatura intellectuali mittenda in

vitā æternam. Cuius ratio talis, cum enim aliquid est ordinatum ad finem aliquem, quem sua nequeat virtute attingere, tunc necessariò indiget alio ipsum ad finē dirigente, & perducente, vt patet de sagitta: modo ita est, quòd creatura intellectualis est ordinata ad finem supernaturalem, scilicet ad Dei visionem, quam propria virtute nō potest attingere, sicut nec sagitta ad signum sua virtute sine sagittante, & ideo sicut missio sagittæ à sagitante in signum dicitur destinatio, ita precogitatio de creatura intellectuali in vitam æternā mittenda dicitur prædestinatio. Vnde conuenienter solet finiri sic. Predestinatio est ꝓpositum conferendi gratiam, & gloriam creaturæ intellectuali. Et hec satis pro presenti.

HIC PRAEDESTINATIONIS CAVSA INQVIRITVR.

Lectio CXXVII.

CIrca predestinationē ratio superans notitiam in presenti consideranda venit: Nam ratio, siue causa principalis, quare Deus aliquos saluat, & aliquos reprobat, vel damnat, non videntur esse propria merita, nec merita aliena, sed voluntas, & bonitas diuina. Quod aūt non sint propria merita, ratio principalis predestinandi, ac reprobandi patet primò ratione sic, quia gratia non est ex meritis: ergo minus gloria, vel sic. Infusio gratiæ in presenti, non pendet à meritis: ergo nec adeptio gloriæ in futuro, quæ est effectus predestinationis pendebit ex meritis. Quod autem infusio gratiæ non sit ex meritis, probat Apostolus ad

Rom. xi. dicens. Quòd si gratia saluati sunt, iam non ex operibus, alioquin gratia nõ esset gratia, si ex operibus. Insuper opera nostra, siue merita temporalia sunt, at prędestinatio ab ęterno, non ergo causa ęterni, vt temporalia, nec ex consequenti prędestinationis. At diceiis, licet merita propria prędestinationis causa dici nequeant, nec aliena, nonne saltem aliquo modo valent, & iuuant ad beatitudinem obtinendam? respondetur, quòd sic, sed non principaliter. Ad cuius euidentiam est sciendum, quòd aliquis vitam ęternam dicitur consequi quinq; modis. Scilicet merendo, orando, suadendo, disponendo, & coadiuuando. Primo merendo, sicut aliquis habens gratiam meretur ex suo opere vitam ęternam de condigno. Secundò orando, V. g. dùm sanctorum precibus quis in pręsenti adiuuatur ad gratiam consequendam, deinde in futuro gloriam. Tertiò consequitur, vel obtinet quis vitam ęternam suadendo, V. g. dùm quis alteri suadet, & ad bonum cooperatur, ita dicit Apost. ad Corinth. iii. Dei enim coadiutores sumus non propter diuinę virtutis indigentiam, vel defectum, quia Deus cum sit infinitę virtutis, põt sine adiutorio alieno gratiam, & gloriam exhibere: sumus ergo duplici de causa dicti coadiutores, primò propter ordinis conseruationem, vt scilicet saluetur ordo, & conseruetur, quem diuina sapientia instituit. Insuper propter dignitatis, vel bonitatis cõmunicationem, vt scilicet diuina bonitas creaturis cõmunicaretur, & diffunderetur. Quartò quis vitam disponendo ęternam obtinet, dùm se pręparat, atq; disponit ad gratiam, tunc Deus de congruo illi gloriam concedet, licet sua virtute quis gratiam causare nequeat, quia hoc est solius Dei. Quintò quis vitam

ęternam obſequendo obtinet, & hoc naturali iuuamento obſequendo, ſicut oẽs cauſæ naturales iuuant ſuo officio, & electum ad poſſe ſuum ſuſtentant. Cur autem Deus aliquos prędeſtinet, & aliquos damnet, in generali poteſt aſſignari perfectio bonitatis diuinæ, & iuſtitia. Si ergo prędeſtinat, hoc ex Dei mera bonitate, nec non miſericordia eius prouenit, iuxta illud, Neque volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: ergo cauſa prędeſtinationis Dei bonitas, & eius miſericordia. Cur verò hunc trahat Deus; & non illum, noli diudicare, ſi non ius errare. Si non traheris ora, vt traharis inquit Aug. ſuper Ioan. Et hęc de primo puncto. In altero ſecundo in ordine circa prędeſtinationem pręſumptio adiuuans, & eleuans fiduciam conſideranda venit, quilibet enim plus tenetur pręſumere, & ſperare de ſua ſaluatione, quàm reprobatione, quod duplici põt via comprobari. Nam vt quis tenetur fidem, & charitatem habere, ita tenetur ſpem habere, ſed ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis: ergo quilibet tenetur ſperare, ſe habiturum beatitudinem. Pręterea, qui remedia vitæ ęternæ habet de vita debet ęterna confidere, ſed quilibet ſalutis ęternæ remedia efficacia, ideſt mandata, & ſacramenta habet: ergo magis ſperãdum eſt de ſalute futura, quàm de reprobatione. Sed dicetis, quid ſi quis pro certo haberet ſe eſſe prędeſtinatum? num adhuc laborare pro ſalute, ac operari debet? dico, quòd ſic. Nec mirum, quia promiſſum eſt à Deo, quòd per huiuſmodi media habeat ſaluari. Et hęc de materia prędeſtinationis ſatis.

DE REPROBATIONE.

Lectio CXXVIII.

IN tractatu de prędestinatione dicebamus, prescientiam reprobandos respicere, propterea consultò hic agendum erit de reprobatione. Duo ergo vobis polliceor in presenti meo sermone, essentiam primò reprobationis, insuper, quo modo prędestinatio, & reprobatio præscientiam differenter includant. Pro intellectu primi tria præmittenda, & primum est hoc, quòd reprobatio, & appprobatio sunt opposita, vt ipsa nomina sonant: approbare enim, vel reprobare, aut dicunt actum intellectus solum, vel voluntatis, vel dicunt actum vtriusq; simul. Primò videntur dicere actum intellectus solum, dicimus enim approbare aliquod dictum, quādo iudicamus, illud esse verum, & reprobare, qđ respuimus, quando iudicamus, illud esse falsum. At iudicare pertinet ad intellectum: ergo. Secundò hęc videntur duo dicere actum uoluntatis solum, & sic approbatio idem est, quòd acceptatio, & reprobatio idem, quod refutatio, V. g. acceptantes dicimur approbare id, quod acceptamus, & reprobare, quod refutamus. At acceptare, & reprobare actus ipsius uoluntatis sunt, & electionis partes: ergo, &c. Postremò hęc duo uidentur dicere actū vtriusq; potentiæ, scilicet intellectus, & uoluntatis, V. g. approbatis est præuisio aptitudinis alicuius ad vitam æternā, & acceptatio illius ad eam, reprobatio verò est præuisio, uel pręcognitio ineptitudinis alicuius ad uitam ęternam. His pręmissis, patet diffinitio reprobationis esse conueniens, quā attulit D. Aug. in libro de malo perseuerantiæ sic dicens.

Reprobatio

Reprobatio Dei est prescientia, vel cognitio malitiæ in quibusdam non finiendæ, & preparatio pęnæ non terminandæ. Reprobatio ergo est prescientia iniquitatis quorumdam, & preparatio damnationis eorumdem, in quibus uerbis tria tanguntur, primum est preuisio, siue precognitio culpæ, uel malitiæ, & hoc ab ęterno. Secundum est obduratio, idest subtractio gratiæ, & hoc in presenti, quæ est reprobationis effectus. Tertium est preparatio pęnæ ęternæ, quæ erit in futuro: quorum primum est causa secundi, & secundũ est causa tertij. Et hęc pro primo segmento. Nunc in secundo videndum est, quomodo predestinatio, & reprobatio prescientiam differenter includant: nam vt prouidentia diuina respectu boni, qđ est per consecutionem gratiæ, & gloriæ cũ prescientia euentus, dicitur predestinatio, ita prouidentia diuina respectu mali oppositi cum prescientia defectus, dicitur reprobatio. Verum quia bonum diuinæ prescientiæ subiacet, vt intentum causatum, & ordinatum, ideo dicitur, qđ predestinatio est causa gratiæ, & gloriæ, ad quam ordinatur. At quia malum non subiacet diuinæ prouidentiæ, & intentum, vel ut causatum, sed ut prescitum, uel ordinatum, ideo reprobatio est tantum prescientia culpæ, & non causa culpæ, sed pęnæ, per quam culpa ad diuinam ordinatur iustitiam: inde reprobatio est, & prescientia, sed non causa, vnde bonorum Deus habet prescientiam, & causam malorum aũt culpæ, vt fiant: Deus habet notitiam simplicis intelligentiæ, & non causam, sed malorum culpæ, vt ordinentur ad pęnã Deus habet prescientiam approbationis, & hoc nomen reprobationis importat. Vnde reprobatio ex parte Dei reprobantis super prescientiam addit uolunta-

tem

tem ordinis pęnæ ad culpã: Deus ergo ab ęterno alterũ præscit, & non pręparat, scilicet iniquitatem, alterum verò præscit, & præparat, scilicet ęternam pęnam. Et hęc de pollicitis satis.

DE REPROBATIONIS DECENTIA, ETC. Lectio CXXIX.

LOquturi in pręsentia de reprobationis decentia, Deum aliquos reprobare, & hoc decere triplici via manifestabimus, & primò ratione sic. Sicut decet iustos pręmiari ꝓpter meritum suum, sic decet malos à bonis excludi, atq; puniri propter suum demeritum pręuisum. Pręterea idem confirmari potest ex vniuersali prouisione sic. Ad bonum prouisorem attinet in communitate permittere mala aliqua circa aliquas personas, ex quibus plura bona eliciuntur in illa ciuitate, sed Deus est totius vniuersi prouisor, & gubernator: ergo ad ipsum pertinet permittere aliqua mala quorumdam reproborum, ex quibus plura bona eliciat, scilicet iustitiæ punientis, & patientiæ bonorum tolerantium mala ab eis illata, sed hoc est reprobare: ergo, &c. Tertiò inductione exempli hoc idem confirmari potest, quia sicut Pater familias sapienter vult mortem pulli galinacei ad sustinendam familiam, ita Deus sapientissimè, nec nõ iustissimè permittit aliqua mala in vniuerso, ex quibus multa eliciat bona, decet ergo Deum aliquos reprobare. Et hęc de primo capite, cui alterum nectitur ad confirmandum id, qđ prius est dictũ, scilicet Deũ reprobare aliquos: habet enim primò, vt nitar authoritate Malachiæ i. Iacob dilexi,

dilexi, Esau autem odio habui. Sicut ergo dilectio Dei est causa prędestinationis, ita odium Dei est causa reprobationis aliquorũ. Insuper ad prouidentiam diuinam vt pertinet permittere aliquem defectum in rebus, quæ prouidentiæ subduntur, ita aliquos ab isto fine vitæ ęternæ deficere, sed hoc est reprobare: ergo, &c. Et hęc de secundo. Accedit tertium vbi uidendum, quo modo Dei reprobatio sit causa trium, & quorum. Est ergo primò reprobatio Dei causa obdurationis excęcationis secundò, & aggrauationis tertiò. Vbi notandum, quòd obduratio, & excęcatio duobus modis dicuntur: nam primò sunt actus uoluntatis obstinatæ in malo, & auersæ à lumine diuino, quo modo Deus non dicitur esse causa obdurationis, & excęcationis, sicut non est causa peccati, sed homo per liberum arbitrium. Secundò obduratio, vel excęcatio dicitur ipsa gratiæ priuatio, & quãtum ad hoc duplex causa assignari põt, prima est homo, qui per peccatum obstaculum ponit. Altera est Deus, qui obstaculum peccati inuenit, & sic vel gratiam non influit, vel gratiam infusam subtrahit, quo modo Deus dicitur esse causa excęcationis mentis, & aurium aggrauationis, & obdurationis mentis, quæ quidem penes duos distingui habẽt effectus gratiæ: nam gratia perficit intellectũ dono sapientiæ, & emollit affectum charitatis igne. Verum quia ad cognitionem intellectus maximè deseruiunt duo sensus, scilicet visus, & auditus, quorũ vnus deseruit intentioni, scilicet visus, alius verò deseruit instructioni, vel disciplinæ, vt puta auditus, ideo, quantum ad visum effectus reprobationis, ponitur excęcatio. Isa. vi. Excęca cor populi huius. Quantum ad auditum aurium ponitur aggrauatio, ibi, & aures

eius

eius aggraua, & quantum ad effectum ponitur obduratio, ibi, vt corde nō intelligat, neq; conuertatur, & sanem eum, & hęc satis. In sequenti loquemur de effectibus diuinæ reprobationis.

QVOT SINT EFFECTVS DIVINAE REPROBATIONIS.

Lectio CXXX.

AD maiorem euidentiam authoritatis prędictæ Isa. vi. Excęca cor populi huius, &c. Quatuor in pręsēti reprobationis effectus tangentur. Obtusio, vel intellectus excęcatio, aggrauatio auditus, obduratio affectus, & auersio cogitatus. Quæ imprecationes istorum quatuor modorum, vel aliorum, quæ in sacra scriptura inueniuntur, quo ad pręsens, duobus intelligi passunt modis, vno modo per modum pręnunciationis, non per modum optationis, sicut illud Psal. Conuertantur i. conuertentur peccatores in infernum. Alio modo per modum optationis, ita tamen, quod desiderium optantis ad hominum pęnas non referatur, sed ad punientis iustitiam, secundum illud Psal. Lętabitur iustus, cum viderit vindictā. At dicetis, quo modo Deus excęcationis est causa, cum ab alijs dicatur diabolus, & proprium peccatum? Respondetur, quòd hęc tria sunt excęcationis causa, sed differenter, primò Deus dicitur causa excecationis illorum, quos reprobat non quidē imittendo culpam, sed nō impertiendo, influendo, vel conferendo gratiam. Secundò subtrahendo gratiam infusam, & hoc propter obstaculum, quod in habente inuenit. Tertiò permittendo ruere in culpam.

culpam. Secundo diabolus est causa excęcationis suggerendo, vel seducendo, scilicet inquantum suggerit seducit, & inducit in culpam, & sic excęcat. Tertio propria malitia, siue peccatū est causa excęcationis obstaculum gratiæ illuminantis existendo, & ex hoc pęnam hanc, scilicet cęcitatis merendo, sicut culpa est causa meritoria pęnæ: patet ergo ex pręmissis, q̃d excęcatio intellectus, q̃ est primus reprobationis effectus, est à Deo, à diabolo, & à peccato, sed differēter. Primo à Deo, vt à nō influēte gratiam, vt à subtrahēte gratiam, vt à permittēte culpā, vt à iusto iudice faciente iustitiam, scilicet à puniente culpā. Secūdo est à diabolo, vt à suggerēte, vt à seducēte, & ab inducēte: inducit enim ad culpā, sed nō cogit. Tertio excęcatio est à peccato, vt à causa ponente obstaculum scilicet gratiæ, vt à prohibente influxum gratiæ, vt à merente hoc supplicium, scilicet cęcitatem animæ, vt culpa est causa meritoria pęnæ. Secūdus effectus reprobationis dicitur aggrauatio auditus. Isa. vi. Et aggraua eius aures, & oculos eius claude. Vbi glosa sic ait. Aures interioris cordis aggraua, idest in peccato permittes, & oculos eius interiores claude, idest claudi permittes ostio peccatorum. Hic notetis, q̃d excęcatio pōt, uel ad prędestinatos referri, vel ad reprobos, si quantum ad prędestinatos, dici pōt, quòd ad eorum salutem ex Dei misericordia ordinetur; quantum verò ad alios dicitur, quòd ordinatur ad eorum condemnationem ex Dei iustitia, & ita ex his patere pōt, quo modo excęcatio semper ordinetur ad bonum salutis, vel diuinæ iustitiæ. Tertius effectus reprobationis est induratio affectus. Exodi iiii. Ego enim indurabo cor Pharaonis. Si iam cor Pharaonis per se erat induratum, quo ergo

modo

modo dicitur, Ego indurabo cor Pharaonis? nunq̃d Deus est malorũ causa? certum est, quòd cor Pharaonis erat propria malitia, atq; peccato induratũ, & inflexibile cor illius, nihilominus adhuc legitur, Indurabo cor Pharaonis, scilicet Deo permittẽte iusto iudicio. Secundò Deo gratiam, quæ cor emollit, subtrahente, tertiò Deo signa, & ꝓdigia ostendente, quarto Deo non miserante: his ergo quatuor modis à Deo cor induratum est Pharaonis. Quisquis ergo obduratus est, se debitè obduratũ arbitretur, & quisquis adiutus est, se adiutũ gratis cognoscat: nam miseretur magna bonitate, & obdurat nulla iniquitate. Quartus effectus reprobationis est auersio cogitationis à Deo, ita concluditur Isa. vi. Exceca cor populi huius, ne forte oculis videat, & auribus suis audiat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanem eum. In quo verbo tangitur triplex effectus reprobationis, primus est non credere. Secundus est non obedire. Tertius est non penitere. Quantum ad primum, dicitur exceca eum, vt oculis suis interioribus nõ videat veritatẽ. Quantum ad secundum subditur, & auribus suis interioribus non audiat, idest non obediat, sed contradicat. Quantum ad tertium infertur, & conuertatur quasi dicat exceca, & non conuertatur ad me, neq; conuersum sanem eum à peccatis suis, scilicet à morte culpæ, à vulnere concupiscentiæ à cecitate ignorantiæ: rogitemus ergo nos Deum benedictũ, ne excecet, & induret cor nostrũ deserẽdo, & nõ adiuuando, ex quo sumus certi, q̃d nos nõ dereliquit Deus, nisi nos voluerimus, secundũ illud Oseæ iiii. Oblitus es legis Dei, & ego obliuiscar tui. Causa ergo derelictionis, & perditionis nostræ nos sumus, vt ex dictis satis abunde patet.

AN

AN PRAEDESTINATIO HABEAT CERTITVDINEM.

Lectio CXXXI.

NE quid ad nostrā spectans vtilitatem silentio pretermittamus, in presentia quesita duo rimaturi sumus. Quorum primum ad predestinationem attinet, alterū verò ad reprobationem. Solet ergo primo queri. Vtrum predestinatio certitudinem habeat. Pro parte negatiua aduersarij solent in hunc modum ratiocinari dicentes. Vel Deus, quod ab eterno potuit, nunc potest, vel non. Si sic, tunc dicendum, quòd sicuti ab eterno potuit non predestinare, ita & nunc, quare non oīno certa videbitur esse predestinatio. Deinde aliqui de libro vitæ deleri dicuntur, at in tali libro vitæ non scribuntur, nisi illi, qui ad gloriam sunt predestinati, predestinatio ergo oīno non est certa. In oppositum se habet Anselmus de concordantia predestinationis, & gratiæ, quapropter pro difficultatis terminatione sciendum est primo, oīa in suos dirigi fines per diuinam prouidentiam, per quā cuilibet rei illud confertur, qđ expedit ad sui finis consecutionem, qui duplex est, ad quem res creatæ diriguntur, vnus est naturæ ꝓportionatus, ad quem per virtutem naturæ propriæ res creata pōt pertingere, alius finis est, qui naturæ procreatæ facultatē excedit, & hic finis est vita eterna beata, ad quam oportet, quod natura creata transmittatur ab alio sibi dante, vnde possit ad talem finem deuenire, talis aūt transmissio vocatur predestinatio, & quia rationes rerum preexistunt in Deo, antequam fiant, ideo ratio talis

destinationis

destinationis creaturæ in finem supernaturalem dicitur prędestinatio, sicut ratio ordinis rerum absolutè loquendo dicitur prouidentia. Solius ergo Dei est prędestinare, & solius creaturæ intellectualis prędestinari, nec id mirũ, quia talis creatura huius capax finis est. Insuper notandum est prouidentiam, & prędestinationẽ dupliciter differre, vno modo secundum magis, & minus commune: nam prouidentia est omnium rerum respectu cuiuscunq; finis, prędestinatio verò solum est creaturæ rationalis, atque respectu finis supernaturalis. Pręterea prouidentia non includit consecutionem finis, at prędestinatio requirit consecutionem finis, differunt ergo secundo. Tertio notandum, quod prędestinatio infallibilem habet certitudinem, & in generali, & in speciali; in generali, q̃a prędestinatus infallibiliter saluabitur, in speciali verò qui, & quot saluabuntur. Nunc ad argumenta diluenda accedamus, & primò ad primum dicentes, quòd Deus nunquam potuit non prædestinare, quem prędestinauit, aut prędestinare quem non prędestinauit in sensu composito, in sensu autem diuiso, & loquendò de potentia absoluta, Deus nunc potest verè prędestinare, quem non prędestinauit, & non prędestinare, quem prędestinauit, hoc enim posse sonat solum Dei libertatem respectu talis obiecti: nec ex hoc tollitur prędestinationis certitudo, quæ ponitur in sensu composito. Ad secundum argumentum dici pōt, q̃d liber vitæ dupliciter sumi pōt, quo ad præsens, vno modo, vt Dei vocatur cognitio de illis, qui ad vitam ęternã habendam simpliciter, & absolutè eliguntur, atq; ad gloriam assumuntur, & sic soli prędestinati in libro vitæ scribuntur, & qui sunt ita scripti, nunquam ex eo delentur, sed

infallibiliter

infallibiliter saluabuntur. Alio modo solet dici liber vitæ cognitio diuina de illis, quæ ordinantur ad habendam vitam ęternam, non simpliciter, sed secundum iustitiam præsentem, & sic scripti sunt oēs in libro vitæ, qui quandoq; sunt in gratia, & qui sic se habent, delentur quandoque. Authoritates verò de prędestinationis necessitate debent intelligi de necessitate suppositionis, quæ cōtingentiam minimè tollit. Et hęc de primo quęsito. Post cuius declarationem quęritur, deinde, vtrum ad Deum pertineat reprobare aliquem. Pro parte negatiua solet sic primò instātia adduci; nulli debet imputari, quòd vitare minimè pōt, at si quis à Deo sit reprobatus, quin pereat, vitare non pōt, at inconueniens hoc dicitur: ergo Deo non conuenit aliquem reprobare. Insuper quemadmodum se habet prędestinans ad prędestinatos, sic reprobans ad reprobatos, verū Deus prędestinans est causa salutis prędestinatorū: ergo si Deus sit aliquos reprobans, erit causa damnationis eorum: at hoc falsum est dicente domino Oseæ xiii. Perditio tua ex te Israel est, tantummodo ex me auxilium tuum; Deus ergo minimè reprobat aliquem. In oppositum se habet illud Malachiæ i. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Pro determinatione igitur huius quęstionis supponēdum erit, quid sit reprobatio: est enim refutatio alicuius à cōsecutione vltimi finis, idest vitæ ęternæ; quo stante de facili ruent rationes, & maximè prima, si dixerimus, quòd reprobus absolutè, & simpliciter valeat culpas euitare, quia ab eo non aufertur liberi arbitrij potestas. Ad secundum dicitur, quòd Deus causa est damnationis malorum (non tamen merito) meritum enim damnationis est culpa, quæ à nobis est, non à Deo, sub quo sensu Oseæ authoritas

 ritas

ritas intelligenda venit. Deus nihilominus causa ponitur damnationis effectiua, quo ad penam ordinatam ad culpam; est et causa subtractionis gloriæ eo modo, quo diximus alias. Et hęc satis.

VTRVM SIT ALIQVOD MERITVM, ETC. Distinctio XXXXI. Lectio CXXXII.

IAM *edocti estis prędestinationis essentiam una cum suis effectibus; nunc consequenter causa ipsius inquirenda, vbi tria faciemus. Nā primò veritatis sententiam ponemus. Secundò falsitatem elidemus. Tertiò nullam in scientia Dei fieri mutationē aperiemus. Circa punctum primum, inutile minimè erit fateri vna cum Magistro sent. prędestinationem sub merito non cadere, sicut obduratio: sed hic notetis, quòd sub nomine obdurationis non videtur intelligi posse, nec debere ipsa diuina pręscientia, quæ ab ęterno est, quare nullā habebit causam: non nego tamen, quin per eam possimus intelligere subtractionem, vel gratiæ carentiam, quā suis demerentur peccatores peccatis, qualiter non est de prędestinatione, quæ nec, quo ad illud, quod in eo ęternum est, scilicet diuinam electionem, nec quo, ad illud, qđ in ipsa temporale est, scilicet gratiæ appositionem mereri pōt, saltem intelligendo, quo ad primam gratiam, quæ sub proprio merito non existit; nulla ergo prędestinationis causa assignari pōt, nisi Dei mera bonitas, & misericordia. Et hęc de primo puncto. In secundo falsitatem reiecturi, in hunc modum loquemur dicentes, Deū propter nulla merita, vel demerita*

rita futura, sed liberè ab æterno elegisse, & reprobasse, & hoc contra quorundam sententiam existimantium perperam, aliquos propter merita futura prędestinari, ac reprobari à Deo. Pro corroboratione cuius nituntur D. Aug. authoritate dicentis, qđ futura fides in Iacob fuit causa suæ prędestinationis; at rectè intuenti patebit, quo modo deinde se retractauit D. Aug. quare horum ratio nulla. Explanatis iam punctis duobus de tribus à me ꝓpositis, accedit tertium, & vltimum ad videndum, quo modo nulla in Dei scientia mutatio sit ponenda. Quicquid enim Deus sciuit, nunc scit; & ideo nulla mutatio ponenda in Dei scientia est. In sequenti dicta Magistri examinantes, quæ digna consideratione erunt non omittemus. Et hęc satis.

VTRVM ELECTIO PRAECEDAT PRAEDESTINATIONEM.

Lectio CXXXIII.

VT maiorem eorum, quæ in superiori sermone dicta sunt à Magistro sent. cognitionem habere valeatis, quęsita duo in pręsenti parte examinabimus, & primò. Vtrũ electio dici possit prędestinationem pręcedere, an è conuerso. Insuper, Vtrũ prędestinationis sit assignanda alia causa à mera Dei voluntate. Circa primum arguunt quidam ratiocinijs duobus ad probandum prędestinationem pręcedere electionem: nam actus voluntatis circa finem eorũ, quæ sunt ad finem pręcedit voluntatẽ, sed prędestinatio est de fine, electio aũt eorum, quæ sunt ad finẽ:

prędestinatio ergo pręcedit electionem. Pręterea certum est, quòd electio diuersitatem supponit inter illa, inter quæ est electio; at diuersitas, quæ in hominibus inuenitur ad beatitudinis consecutionẽ pręcipuè attenditur secundũ gratiam, quæ prędestinationis effectus est: prędestinationem itaq; supponit electio. In cõtrarium illud se habet, quod dici solet, scilicet, quòd prędestinatio est directio, siue transmissio rationalis creaturæ in finem supernaturalem; vt ergo ad prędestinationem pertinet directio, ita ad electionem segregatio: quare videtur, quod electio prędestinationem pręcedat. Pro determinatione huius quęsiti tria perpendemus, & primo qualiter Deo conueniat electio, insuper quo modo se habeat ad actus intellectus, & voluntatis generaliter. Demum, qualiter se habeat in specie ad prędestinationem. Quantum ad primum, in Deo duobus modis dicitur electio, primò quia in ipso est, & ponitur acceptio vnius illorum, quæ sunt ad finem alio reiecto. Secundo vbi consilium, ibi electio, at in Deo consilium est: ergo & electio. Quantum ad secundum est sciendum, quòd inter electionem, & cęteros alios actus intellectus, & voluntatis in Deo non est assignare ordinem prioris, & posterioris penes rem, sed tantùm secundum rationem, ex his patet tertium, qđ electio pręcedit secundũ rationem ipsam prędestinationem Nunc diluenda sunt argumẽta formata, finis deinde erit primi quęsiti. Ad primum ergo põt dici, qđ sicut ex prędictis patet, non est prędestinatio de fine, sed de promouentibus in finem, quorum ratio sumitur ex eorum conditione, qui ꝓmouendi sunt, & ij electi sunt; electio igitur prędestinationẽ pręcedit. Ad secundum argumentum respondetur, qđ electio gratiæ diuersi-

diuersitatē non supponit in re, sed solum in diuina cognitione, vnde facit diuersitatem gratiæ per effectum sequentis prędestinationis. Et hęc pro primo dubio satis. Queritur deinde. Vtrum prędestinationis sit aliqua causa pręter Dei meram voluntatē. Mihi sanè videtur, quòd sic. Nā iniustum, immo irrationabile est ęqualibus inęqualiter dare: at homines sunt ęquales, quo ad gratiæ, & gloriæ susceptionem, nisi fiant inęquales per aliqua ipsorū opera, vel aliorum: iniustū ergo, & irrationabile esset velle gratiam, & gloriam quibusdam conferre, & non alijs, nisi ob operum differentiam; atqui diuina uoluntas iniusta, & irrationabilis esse non pōt: diuersitas ergo operum erit causā prędestinationis aliquorum, & reprobationis aliorum. Deinde quis videtur posse alteri primam mereri gratiam: ergo & finalem pari ratione, at finalem habere gratiam est esse prędestinatum: igitur prędestinatio cadit sub merito, quare alia causa pręter diuinā uoluntatem prędestinationis assignanda. Oppositum tamen legitur in textu apud Magistrum, & apud D. Aug. dicentem, quòd prędestinatio est ex gratuita Dei uoluntate, quam nulla merita aduocant: ergo. Pro intellectu huius difficultatis velim sciatis, quòd hic non est intentio de causa prędestinationis, vt cognitionē dicit in Deo, quia hoc modo prędestinatio essentialiter, & formaliter in vno consistit, idest in actu intellectus, & aliud habet adiunctum, scilicet propositum conferendi auxilia. Intentio ergo est de causa adiuncti, quare scilicet Deus vult electis huiusmodi auxilia conferre. His ita pręmissis, nunc rationes soluendæ, & erit finis. Dùm ergo in primò dicebatur argumento, quòd iniustum esset, &c. Respondetur ad hoc maiorem

esse veram, vbi aliquid redditur ex debito, at vbi tribuitur quid ex sola liberalitate, ut fit in proposito, tunc nulla est formata ratio, quare Deo nulla ascribenda erit iniustitia, si hunc, uel illum non prędestinet; sibi enim facere, quod vult, licet. Aliud argumentum solum probat, quòd aliquis effectus particularis prędestinationis (puta prima gratia, vel finalis) pōt habere causam, sed non totalis effectus; primum ergo iam concessum, sed alterum negatum, non itaq; prędestinationis alia debet assignari causa pręter meram Dei voluntatem. Et hęc satis.

VTRVM SANCTORVM PRECIBVS PRAEDESTINATIO IVVARI POSSIT. Lectio CXXXIIII.

CVM sanctorū intercessio maximè sit necessaria, ut hinc inde ex sacra colligitur pagina, iure merito in pręsenti nostro sermone quęremus. An sanctorum precibus adiuuari prędestinatio possit. Pro parte negatiua quidam insurgentes ita fantur. Prędestinatio totaliter à Dei uoluntate dependet, sed diuina uoluntas cuiuscunq; precibus limitari minimè pōt: frustra igitur pro prędestinatis, vel non prędestinatis oratur. Pręterea, oratio aut pro omnibus vniuersaliter funditur, aut pro quibusdam specialiter, si primo modo, fit frustra, nec exauditur, quia certum est, q̄d non oēs saluabuntur; si pro quibusdā, vel hoc est indefinitè, scilicet ut aliqui saluentur, & hoc similiter fit frustra: nam certum est, quòd quidam saluabuntur, aut hoc est determinatè, quòd iste,

vel

vel ille, vt Petrus saluetur, qđ nec conueniens videtur, quoniam hoc rationem non habet, sed admirationem tantùm; frustra ergo fiunt orationes, &c. Ex alio latere oppositũ legitur Iacobi vltimo, dùm dicitur, Orate pro inuicẽ, vt saluemini, sed nullus saluabitur, nisi prędestinatus: precibus itaq; sanctorũ prędestinatio iuuatur. Pro ueritate cognoscenda uelim sciatis, prędestinationem precibus duobus posse iuuari modis, vno modo, qđ preces iuuent ad hoc, qđ aliquis non prędestinatus prędestinetur, & hoc minimè concedi habet, alio modo intelligi pōt, quòd prędestinatio iuuetur ad hoc, quòd prędestinatus effectum prędestinationis consequatur; tunc distinctione opus erit, vel enim loqui volumus de totali prędestinationis effectu, & sic dicendum, cuiuscunq; precibus minimè iuuari, vel pōt accipi prędestinationis effectus non secundum sui totalitatem, sed secundum aliquam sui partem, quod est gratia, uel salus huius, quo pacto sanctorum iuuatur precibus prędestinatio. Nunc ad argumenta soluenda accedamus, & erit finis. Ad primũ ergo dici pōt, esse prędestinatum totaliter à Dei uoluntate dependere, & sic prędestinatio non iuuatur, cũ non sit causam assignare prędestinationis, nec effectus huius ex parte nostra pendentis. Si verò sumatur aliquis particularis effectus, vt aliqualiter pendet ab aliquo ex parte nostra, tunc concedendum erit, quòd proprijs iuuetur, & alienis precibus. Vnde quãdo oramus, hoc non facimus, vt Dei uoluntas mutetur, sed benè vt diuinũ volitum per orationes nostras, vel alienas, ut per causas medias impleatur. Ad alterũ in ordine secundum argumentum respondetur, quòd siue fiant orationes pro omnibus vniuersaliter, siue pro quibusdam in generali

ad certas non descendendo personas frustra non fieri: nam cũ pro omnibus generaliter oramus intelligendum est ꝑ illis, quorum nomina in libro vitæ scripta sunt, & licet pro comperto habeamus, quòd isti saluabuntur, eorum tamen salus ordinata euenire dicitur mediantibus orationibus. Hoc idem pronunciari poterit, quando oratio fiet ꝑ quibusdam in genere non descendendo ad certas personas, in his ergo oĩbus, in quibus non est causam assignare effectus prędestinationis mera Dei voluntas dicetur, at in particularibus multis effectibus assignari poterit causa, mediante qua impleantur. Et hęc satis.

DE OMNIPOTENTIA DEI.
Distinctio XLII.
Lectio CXXXV.

EX *quo satis abundè de scientia Dei verba fecimus superius ex voto Magistri sent. nunc de potentia eius loquẽdum, vbi tria perpendenda: nam primò inquirendum. Nũ Deus omnipotens sit. Insuper, veritas quęsiti determinanda. Postremò confirmanda. Circa primum solet quęri. Vtrum Deus sit omnipotens, vbi uidetur posse dici, quòd non, quia tales actus sibi nequeunt attribui, ut mentiri, & male velle, vt metuere, & dolere, vt comedere, & dormire, vt facere maiorem se. Insuper facere aliquid simul esse, & non esse, vel pręteritum esse futurum, non ergo Deus omnipotens, quia simpliciter oĩa possit; nec uidetur dici posse oĩpotens eò, quia oĩa possit, quæ vult, quoniam hoc modo*

sancti

sancti in cęlo omnipotentes essent, cũ quilibet eorũ possit, quicquid vult: non igitur prima via sufficiens videtur, neq; secunda ad Dei omnipotentiam detegendam. Et hęc de primo puncto. In altero vt veritas detegatur, ita dicendum, quòd Deus adeo sit oĩpotens, quia oĩa sub sua potentia actiua factibilia quæ cadunt, possit, & ad argumenta in oppositam partem adducta respondere difficile minimè erit: nam huiusmodi non cadunt sub nomine illius potentiæ, sed potius infirmitatis sunt, Deus itaq; oĩa põt, quæ sunt potentiæ, non quæ infirmitatis. Insuper Deo competit perfectum posse, non imperfectum: ex his vnum velim colligatis in diuinis, solum Patrem dici omnipotentem à se filium verò, & Spiritũ sanctum ab alio, nec ob id tres omnipotentes, sed vnus omnipotens substantiuè, licet adiectiuè queant nuncupari omnipotentes. In sequenti magis, quo ad tertium segmentum, distinctione confirmabitur veritas de omnipotentia Dei. Hęc in tantùm dicta sint.

VTRVM IN DEO SIT PONENDA POTENTIA. Lectio CXXXVI.

DE more nostro percurrere volentes distinctionem prædeclaratã, ne probro affici posse videamur, duo hodierna die consideratione digna cõtemplabimur, & primò. Vtrum in Deo sit concedenda potentia. Insuper, Vtrum se extendat ad oĩa. Quantum ad primum, duplici via probari habet pro parte negatiua, qđ in Deo minimè sit potentia, & primò sic. Si in Deo esset admittenda potẽtia, tunc talis, vel actui foret coniuncta,

iuncta, vel non. Nullum horum dici pōt: igitur in Deo potentia nō admittēda. Minor vt suspecta declaratur sic, quo ad vtrumq; membrū. Nā si actui talis potentia nō semp sit vnita, cū potentia p actū pficiatur, tunc Dei potētia foret imperfecta, at hoc est absurdū; ergo & illud, ex quo hoc sequitur. Si ēt semp actui coniuncta sit, sequeretur, qđ ab ęterno creaturæ fuisset, at hoc similiter est inconueniens: quare, &c. Pręterea authore Arist. nono Metaphysices, in bonis actus est potētia melior, at Deo, qđ est melius ascribendū venit, actus ergo, & nō potentia in Deo erit. In oppositū se habet illud Lucæ primo, Fecit mihi magna, qui potens est; in Deo ergo potentia. Ad euidentiam itaq; huius quęstionis scire debetis, potentiam ab Arist. lib. v. diuinæ Philosophiæ in actiuam, & passiuā secari, actiua verò potentia principium est transmutandi aliud, secūdum quod aliud. Passiua est transeundi principium ab alio, secundum quod aliud. Vnde actiua potentia ad aliquid influendum alteri ordinatur, & passiua ad aliquid in se recipiendum, non influendum alteri quid. Insuper est sciendum, has duas inter se multum differre potentias, vna enim scilicet actiua perfecta est, altera imperfecta, vt passiua. Quibus suppositis, nunc talis conclusio ponitur à nobis: In Deo est potentia actiua. Ad argumenta modo vt accedamus, ad primū primò dicemus, quòd Dei potentia essentialiter accepta, ad excludendū potentiam spirandi, & generandi, de quibus hic non loquimur, actui semper coniuncta nō dicitur, alioquin sequeretur, quòd res ab ęterno fuissent semper. Insuper, dùm dicitur, quòd potentia actui non coniuncta est imperfecta, debet hoc intelligi de passiua potentia, quæ apta nata est ad aliquid

in se recipiendum, vt patet de materia respectu formarum. Ad secundum argumentum patet, quid ad Philosophum sit dicendum: nam loco citato loquebatur de potentia passiua, quæ est in potentia ad actum recipiendum, quã in Deo minimè collocamus, sed actiuam. Et hęc de primo dubio. Post quod solet quęri secundo. Vtrũ Dei potentia se ad oĩa extendat, quæ alijs possibilia sunt. Mihi, q̃d nõ, apparet, & primò hac ratione vtor. Agere (vt norunt periti) sequitur esse, at Deus non est, q̃d alia sunt: igitur nec poterit, quæ alij possunt. Deinde, Deus nec cieri, nec mori põt, & tamen creaturæ talia possunt: igitur Deus non põt, quicquid alia possunt. Sed contra, oĩs potentia deriuatur à diuina, quicquid ergo est in effectu verius, & perfectius habet in causa concedi, quare quicquid põt quęcunq; potentia creata, illud verius, perfectiusuè diuina potẽtia poterit. Pro dilucidatione itaq; quęstionis pręsentis duo consideranda occurrunt, primum est, qualiter Deus possit ea, quæ naturæ possibilia sunt. Alterum est, qualiter ea possit, quæ naturæ impossibilia. Quo ad primum penes potentiam actiuam in Deo erit dicendum, quod Deus quicquid actiuam respicit potentiam, tantùm possit. Quæ verò potentiam passiuam respiciunt, imperfectionemq; sonant, in Deo minimè sunt. V. g. ambulare, & similia facere. Quantum ad secundum, num Deus, quæ naturæ impossibilia sunt, facere possit, dùm hoc quęritur, ꝓ solutione distinctione erit opus. Datur ergo duplex possibile, vnum secundum potentiam actiuam, alterum penes passiuam, V. g. dùm dicimus possibile esse ignem calefacere manum, nec non possibile esse manui, vt ab igne calefiat, vbi in vno est potentia actiua, & in altero passiua. Per oppositum

verò

verò aliquid solet dici impossibile ꝑpter defectum talis potentiæ, V. g. impossibile est hominē volare. Alio modo possibile solet dici quid, non secundum aliquam potentiam, sed secundum habitudinem terminorum sibi inuicem non repugnantium. V. g. dùm dicimus esse possibile hominē esse animal, vel triangulum habere tres. Per oppositum verò aliquid solet dici impossibile ex terminorum repugnantia, vt ternarium esse parem, vel idem simul esse, & non esse, tandem quęcunq; ex terminorum natura repugnant. His ita pręmissis, nunc dicendum, quòd Deus possit, quęcunq; sunt possibilia secundo modo, quamuis impossibilia sint primo modo, & naturæ impossibilia, non propter diminutionem, siue imperfectionem diuinæ potentiæ, sed solum propter incomposibilitatem existentem in re. Nunc ad argumentum primum dicitur, quòd agere supponit esse, ex quo habet concludi, quòd Deus prius intelligatur habere esse, quàm alia producere, quod nō negamus. Et licet Deus sit alia virtualiter, non tamen formaliter. Et hęc de solutione primi argumenti. Secundū iam est ex corpore quęstionis solutum, vt intuenti, intelligentiuè patet. Et hęc satis.

OPINIO QVORVNDAM.
Distinctio XLIII.
Lectio CXXXVII.

EX quo sermonem fecimus in superiori distinctione de oīpotentia Dei, vt magis hęc veritas confirmetur, sicuti tāgebamus in vltimo segmento præcedentis distinctionis, hodierna

hodierna die quanta Deus posſit oſtendemus, in ordine tria conſiderantes: quorundam primò errorem, authoritatem ſecundò, veritatem rei tertiò. Quantum ad primum. Quidam Dei potentiam limitantes ita dicebant. Deus non videtur poſſe facere, niſi illud, qđ bonum, & iuſtum eſt fieri, at nihil tale bonum, & iuſtum eſt, niſi id, quod facit; Deus ergo minimè poterit facere, niſi qđ facit: ſua ergo potentia limitatur, & ita non oĩpotens. Præterea, Deus, vt oẽs fateri videntur, non põt facere, niſi quod ſua expoſtulat iuſtitia, at talis iuſtitia non exigit, niſi quod facit: igitur, &c. His in hunc modum ab aduerſarijs addictis vt reſpondere valeatis, conſiderare debetis, huiuſmodi propoſitiones duplicẽ poſſe habere ſenſum, vnum primò, vt iuſtitia, & iuſtum referantur ad preſens tempus, ſub quo ſenſu, ſi dicatur, quod Deus non poſſit facere, niſi quod modo iuſtum eſt, vel quod iuſtitia ſua exigit modo falſæ ſunt. Alio modo poſſunt referri ad tempus confuſum, ita vt dicatur, qđ Deus non poſſit facere, niſi quod iuſtum eſt modo, vel ideſt quod niſi iuſtum eſſet, non faceret, tunc veræ ſunt, & dùm dicunt aduerſarij, quòd Deus non põt facere, vel dimittere, niſi qđ debet facere, vel dimittere, ad hoc eſt reſpondendum, qđ verbum debiti in diuinis, locũ non habet. Et hęc de primo puncto. In ſubſequenti ſpeculandum venit, quo modo Deus plura poſſit, quã velit, abſq; tamen inęqualitate potẽtiæ, & uoluntatis, ſed dicetis, nonne Dei potentia, & voluntas ſunt idem? ſi ſic, ergo ęquales: igitur non poterit, niſi qđ vult: ad hoc põt dici, qđ ſint ęqualia Dei potentia, & voluntas in Deo, & quod ſint idem; plura tamen ſubeſſe potẽtiæ, quàm voluntati in pręſenti non negandum, quod confirmari

poteſt

potest authoritate Matthęi xxvi. vbi dicitur. An putas, quia non possum rogare Patrē meum, &c. Similiter Aug. in Enchiridion ait. Omnipotentis uoluntas multa potest facere, quæ non vult, nec facit. Idem in libro de natura, & gratia, Dominus Lazarum suscitauit in corpore; Nunquid dicendum est, non potuit Iudam suscitare in mente? plura ergo diuinæ subduntur potentiæ, quàm uoluntati. Dilucidatis hactenus punctis duobus, superest tertium in ordine detegendum. Si ergo Deus alia vellet, & faceret, quàm vult, & facit, alius tamen ipse nō esset, idest in eius uoluntate nulla esset mutabilitas, quia quod modo vult, ab ęterno potest voluisse. Insuper dixit ipse, Ego Deus, & nō mutor: patet ergo error quorundam primò, authoritas secundò, & veritas tertiò, sub alijs tamen declarata verbis. Et hęc satis.

VTRVM DEI POTENTIA SIT INFINITA. Lectio CXXXVIII.

PRO vberiori dilucidatione eorum, quæ dicta sunt à Magistro sent. in superiori distinctione, duo in pręsenti examinanda erunt, & primò. Vtrum Dei potentia sit infinita. Insuper, Vtrum Deus aliquid actu infinitum facere possit. Quantum ad primum attinet, negatiuè quis argumentari poterit. Illud, quod melius est, Deo ascribi debet, at finitum est melius infinito, quia primum dicit habitum, & alterum priuationem: ergo. Deinde omne, qđ ab alio exceditur, finitum est, at Dei potentia exceditur à sua scientia; superius enim dictū fuit plura scire, quā

possit

possit facere : nam mala scit, quæ tamen facere nequit : ergo, &c. In cõtrarium se habet illud Psal. dùm dicitur, Magnitudinis eius non est finis : quare, &c. Pro intellectu quęsiti scire debetis, qđ quęstio non quęrit de infinitate penes durationem, sed tantùm intelligitur de infinitate potentiæ in vigore, quæ in nulla reperitur creatura, at illa prima sic, V. g. in Angelis, in sole, & cęlo conceditur, quibus suppositis, nunc ad argumenta dicendum; & primò ad primum, duplex dari infinitum, priuatiuè, & negatiuè. Illud vocatur infinitum priuatiuè, quod finiri natum est, licet nondum finem habeat, V. g. vt cęli motus, qui dici potest infinitus, & oĩs motus circa terminum; tale infinitum possibile quidem est, sed imperfectum, ideo Deo minimè ascribendum, de quo formatum currebat argumentum primum. Alio modò datur infinitum negatiuè carens omni limitatione, quæ competit rebus creatis, quo modo perfectius est esse infinitum, quam finitum : nam perfectior est negatio imperfectionis saltem naturæ substractæ, quam sit affirmatio, & hoc modo infinitum competit Deo. Ad secundum argumentum dicitur, quòd minimè potentia à scientia exceditur, nec vice versa, quia sunt idem, licet obiectũ excedatur ab obiecto; vtriusq; tamen obiectum infinitum est in potentia, respectu actus successiui, & in huiusmodi vnum benè põt excedere alterũ. Iam primo explanato dubio accedit alterum, vbi uidendum. Vtrum Deus aliqđ actu infinitum facere posit, ad partem negatiuam declinantes tribus vijs probabimus, quòd non. Primò ergo sic. Infinitũ à finito pertransiri nequaquam põt, nec ab infinito, ut colligitur ex vi. Physic. Sed si infinitum esset productum, quodammodo foret pertransitũ:

non

non ergo, &c. Preterea impossibile est, effectum suæ causæ equiuocæ equari, sed si Deus produceret infinitum, tunc talis effectus suæ causæ equiuocæ, idest Deo adequaretur; at hoc non potest dici, quia infinito nil maius: ergo, &c. Demùm infinitum illud est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid sumere extra, contra ergo infiniti rationem est esse in actu, & sic accidit idem, qđ prius. Ex alio latere, quis ire infitias audebit, Deum non posse sub qualibet specie indiuiduum aliqđ ꝑducere? sed si sub qualibet specie figuræ esset producta aliqua figura, tunc illæ figuræ infinitæ forent: ergo. Vt rem acu attingere valeamus (Nobiliss. Audit.) considerandum erit, questionem hanc intelligendam minimè esse de infinito secundum essentiam: non ergo hic queritur, Vtrum Deus possit aliquid tale infinitum producere, cũ constet necessariò oẽm creaturam limitari: intelligenda igitur venit dubitatio de infinito secundum quantitatem, quod est duplex, vel penes magnitudinem, vel multitudinem, vti duplex datur quantitas continua scilicet, & discreta. His ita premissis, nunc ad argumentorum solutiones properandum. Dici ergo põt ad primum, quòd Deus sub qualibet specie figurarum diuisim accepta, producere potest aliqđ indiuiduum, at sub oĩbus coniunctim speciebus acceptis, non, quia figurarum species procedunt, sicut numerorum species, vt trigonũ tetragonum. Species numerorum simul oẽs accipi nequeunt, cum causentur ex continui diuisione, quæ in infinitum successiuè, & in potentia tantùm in infinitum procedit. Ad secundum argumentum dicitur, quòd rationi quantitatis finitum, & infinitum non repugnat, scilicet appositione, & diuisione successiuè, & in potentia, eo

modo,

modo, quo determinat Arist. tertio Physic. infinitum verò actu repugnat non quantitati, sed benè cuilibet entitati productæ, siue creatæ; quare nullo modo producibile. Tertium argumentum, & vltimum patet ex prędictis: nam actu tale non admittitur infinitum, rationes verò in oppositum se habentes possunt concedi ratione conclusionis. Et hęc satis.

AN DEI OMNIPOTENTIA CREATVRAE COMMVNICARI POSSIT.

Lectio CXXXIX.

PRędeclaratis in pręsentiarũ tria cõsideratione digna erunt addenda, quibus expeditis ad quadragesimam quartam in ordine huius libri primi distinctionẽ festinabimus. Quæremus itaq; primò. Num creaturæ Dei oĩpotentia communicari possit; deinceps, num Deus ex naturæ necessitate agat, demùm, an ex necessitate iustitiæ. Quantũ attinet ad primum, formari solent rationes pro parte affirmatiua quędam, quarum prima sic, vt se habet scientia, ita & omnipotentia, sed scientia est Christo communicata, quantum ad animam, idest animæ Christi: igitur, & omnipotentia pŏt communicari: nec mirum, quia si id, qđ se ad plura extendit, communicatur: ergo & id, quod in minus, at scientia plura respicit, quàm potentia: ergo, &c. Insuper, quis virtutem expellendi dęmones dedit hominibus, nisi Deus? Idem ergo poterit dare, siue omnipotentiam creaturæ cõmunicare: quare, &c. Pro intellectu huius quęstionis notanda quędam erunt, & primò,

num Christo fuerit cõmunicatum, quicquid ei potuit cõmunicari. Preterea, quo modo Deus dicatur oĩpotens, vel oĩpotentia. Quo ad primum, certum est, vt dicitur lib. trrtio: Christo fuisse communicatum, quicquid potuit ei communicari, nõ ob id sequitur, qđ omnipotentia sit creaturæ communicabilis. Quantum ad secundũ; omnipotens dupliciter accipitur, vno modo, quia est agens, quod põt in oẽ possibile mediatè, vel immediatè; Alio modo accipitur propriè theologicè pro illo, qui põt in oẽm effectum immediatè, & in quodcunq; possibile, quod non est ex se necessarium, nec contradictionem includit, vel modo intelligatur omnipotens, quo ad effectum, vel quo ad efficiendi modum, scilicet quia se solo possit in oẽm effectum, vtroq; modo Deus oĩpotens dicetur, & est. Vnde Exodi xv. dicitur Omnipotens nomen eius. Deus ergo omnipotẽs à potentia actiua, non passiua, cum nihil pati queat. Intransmutabilis enim est, Iacobi i. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. His ita positis, suppositoq; absolutè, quòd creaturæ minimè possit omnipotentia communicari, ad argumentũ primò formatũ ita dicendum, nullam esse similitudinẽ de scientia, & omnipotentia, quia hęc non est cõmunicabilis, vt scientia; vel dicatis, qđ scientia animæ Christi scientiæ Dei non ęquiparetur, nec quo ad limpiditatem sciendi, neq; quantum ad scitorum multitudinem, & licet concedi posset, quòd oĩs scientia, quo ad numerum scitorum communicabilis sit, non ob id omnipotentia, & sic ratio nulla. Ad secundum argumentum facillimè respondetur: nam aliud est loqui de potentia ministerij, & aliud de omnipotẽtia. Primo modo conceditur, sed hoc secundo modo negatur. Enu-

cleato

cleato in hunc modum dubio primo, accedit secundum percurrendum; solet enim inquiri. Vtrum Deus ex necessitate naturæ agat. Hic quidam sunt arguentes pro parte affirmatiua dicentes, illud, quo in agendo sic est determinatum, qđ non pōt non agere, videtur ex necessitate agere, q̃a rationales potestates ad opposita se habent, at naturales minimè, sed Deus ita dicitur esse determinatus ad agendum, quod agit, ita vt illud non agere non possit: quare, &c. Minor forsitan vt suspecta sic declaratur: nam Deus res per uoluntatem producit, at Deus de necessitate vult, quicquid vult: igitur, &c. Deinde Dionsii authoritate de diuin. nomin. ii. Cap. sic instatur: nam vir iste assimilat diuinam actionem illuminationi dicẽs, sicut sol nõ ratiocinans, nec eligens suos diffundit radios, ita diuina uoluntas se in oĩa entia diffundit, atqui sine ratiocinatione, & electione dicitur ex necessitate naturæ agere: igitur, &c. Pro intelligentia huius quæsiti significata naturæ primò ponemus, insuper necessarij distinctionẽ, tertio difficultatis verũ intellectũ, postremò argumenta diluentur. Circa primum, natura capitur quadrupliciter secundum Boetium in libro. de duabus naturis, & vna persona. Vno modo pro eo, quod pōt distinctè, & perfectè intelligi ab intellectu nostro, & positiuè, quo modo omnis natura positiua est natura, sic Deus, & Angeli dicuntur natura. Secũdo capitur pro aliqua substantia, quæ pōt agere, vel pati, non solum instrumentaliter, sed ẽt tanquam principale agens, sic sola substantia de genere substantiæ dicitur natura, quo modo Deus natura dici non pōt, nec accidens. Tertio pro differentia specifica constituente vnam speciem specialissimam, vel subalternam, vt ratio-

nale respectu hominis. Quarto modo sumitur natura, prout est principium motus, & quietis, & sic diffinit Arist. secundo Physic. secundum Bonauenturam tripliciter accipitur natura, vno modo pro re, quæ naturaliter est, vel proprietas, quæ naturaliter inest. Secundo modo dicitur natura largius de omni eo, quod naturam conseruat. Tertio modo dicitur natura largissimè omne ens, quòd est in aliqua re naturali, siue sit naturaliter inhęrens, siue nō, siue conseruatiuum, siue non. Natura verò diuina teste Damasceno in primo suo, est pelagus infinitæ substantiæ, & capitur quinque modis, vno modo pro ipsa natura diuina, siue deitate, in qua tres personæ coexistunt, quæ est increabilis, & sic est prima entitas cōmunis Patri, & Spiritui sancto. Alio modo capitur personaliter, siue notionaliter, & sic capitur pro aliquo includente, & habente diuinam naturā, sic Pater dicitur diuina natura, similiter Filius, & Spiritus sanctus; & sic diuina natura valet, sicut persona diuina, quæ naturam includit. Tertio modo capitur, prout est principium naturale, productiuum naturaliter diuinæ personæ, quo modo intellectus in Patre diceretur natura similiter, & memoria fęcūda. Quarto modo pro qualibet vi existente naturaliter in natura diuina, sub quo sensu oīa attributa dici possunt natura, scilicet intellectus, voluntas, & sapientia, quia Deus naturaliter habet sapientiam. Quinto, & vltimo capitur, prout idem est, quod incommunicabilis necessitas, & sic dicit solum conditionem circa actū elicitum. Quo ad secundum duplex datur necessitas, scilicet coactionis, & immutabilitatis. Quo ad tertium, de sano huius quæstionis intellectu est sciendum, Deum agere ex necessitate naturæ

dupliciter

dupliciter intelligi posse penes illa duo, in quibus naturale agens ab agente per artem, siue à proposito differt: nam vnum est agens per artem, qđ precognoscit, quod agit, naturale verò non. datur aliud agens per naturam, & tale, quantum est de se non põt non agere, agens verò à proposito agit liberè, & ideo põt non agere; quare si questio intelligatur, quo ad primum modum, scilicet, an Deus ex necessitate naturæ producat, sic quod eius natura sit principium res producendi secundùm se, non vt eas precognoscens, hoc venit negandum. Si verò questio, quo ad secundũ intelligatur modum, V. g. vtrum Deus res producat necessariò, idest necessitate naturæ, non quidẽ absq; precognitione, & volitione, sed quia eas vult producere, hoc modo Philosophorum quidam posuerunt, Deum res ex necessitate naturæ agere, & producere, quod nec est verum, nec fidei consonum. Nam si Deus vult alia à se de necessitate, vult ea tanquàm finem, aut propter alium finem, non primo modo, quia Deus est finis oĩum, nec secundo modo, quia ea vult liberè, & non propter alium finem, ita vt non possit ea non velle. His ita premissis rationes duæ soluendæ, deinde erit finis. Prima ergo peccat in materia, quia minor est falsa; Nam põt Deus non facere, & non uelle, quod vult, ita quod eius uoluntas indifferens sit ad uelle, & ad nolle quodcunq; aliud à se. Altera ratio Dionysii intelligẽda venit, nõ enim intendebat vir iste assimilare diuinam actionem illuminationi, quantum ad necessitatem, sed quantum ad vniuersalitatem. Vnde ly sic. Non reduplicat, quod dixerat, videlicet non ratiocinans, neq; eligens, sed benè assimilat in hoc, qđ bonitas Dei se ipsam diffundit, quia ipsa in oĩa tendit, vt lux solis, quæ in oĩa

sensibilia sibi subiecta, quare ratio nulla. Demũ queritur, Vtrum Deus ex necessitate iustitiæ agat, mihi certè, quòd sic, apparet: nam Deus se ipsum negare nequit, at qui si secũdum iustitiam non ageret, cum ipse sit iustitia, se ipsum proculdubio negaret, hoc non est dicendum, sed benè, qđ iustum est, agat: quare, &c. Pro determinatione huius questionis notandum erit, quod agere ex necessitate iustitiæ dupliciter euenit, vno modo, quod nihil fieri possit, quin si factum esset, iustum esset, alio modo, quod ex sua iustitia sic determinetur ad aliquid faciendum, quod nequeat illud omittere, vel oppositum facere. Si primo modo, rursus distinctione opus est, vel enim sumitur largè, vel strictè, scilicet prout obligationis debitũ respicit. Si primo modo, sic Deus ex necessitate operari dicitur iustitiæ, at si strictè sumatur iustitia, quatenus scilicet obligationis debitum includit, sic Deus ex necessitate nil agit. Nunc ad argumentũ in oppositum põt dici, qđ quicquid Deus facit, id totũ secũdum iustitiam facit, q̃ est cõdecentia quędam, & hoc modo iustus est, quoniam non facit, nisi qđ cõdecet, quare se ipsum minimè negat, nihil tamen fieri dicitur secundũ iustitiam, q̃ obligationis debitũ importat, qa nemini est obligatus, nullo igitur modo ex necessitate iustitiæ agit Deus, qa cogi non põt. Et hęc de pollicitis satis.

NVM DEVS QVID MELIVS FACERE POSSIT.

Distinctio XLIIII.

Lectio CXL.

C*Irca quadragesimã uersaturi quartam in ordine huius primi libri distinctionẽ, nexum in primis perpendemus, secundò*

ad

ad diuisionem accedemus, tertiò singulas enodabimus partes. De continuatione, siue serie non multum insudandum. Ex quo enim Magister sent. superius ostendit, quanta omnipotens Deus possit, nunc consequenter, qualia possit, explicare intendit. Presens igitur distinctio in puncta tria principalia vsurpari habet, in quorum primo inquiritur. Num Deus valeat res meliores facere, quàm fecit. In altero in ordine secundo, num meliori modo, quam fecit. Demum, an modo oĩa possit, quæ olim potuit. Circa primum, vt Magistri sent. propositum, atq; consilium faciliori via cognoscere valeatis, cõclusionem primò ponemus affirmatiuam dicentes. Deũ posse res meliores facere, quàm fecerit. Nam si non posset, vel hoc esset, quia simpliciter, & summè bona est creatura, qđ funditus est falsum, quia sic creatori creatura ęqualis foret, quod non est dicẽdum, vel quia creatura non est capax huiusmodi perfectionis: sed hoc non obstat; Deus etenim dare posset capacitatẽ meliorem creaturæ, & ita meliores res facere, quàm fecit. Et hęc de primo puncto. In altero vt cognoscamus, num Deus meliori modo res facere possit, quàm fecit, ita procedemus dicentes, totum hoc ad duo posse referri, vel ad scientiam summi artificis, vel ad res ipsas. Si ergo modus talis ad scientiam artificis conferatur, nulli dubium est, Deum non posse mundum, siue totum vniuersum, quàm fecit, meliorem facere. At si modus factionis, siue faciendi ad rem factam referatur, tunc dicendũ erit, qđ Deus ęque bona, & minus bona, nec nõ meliora facere queat. Et hęc de secunda particula. Superest tertia, & vltima huius distinctionis, vbi speculandũ venit. Num Deus ea modo possit, quæ olim potuit. Mihi sanè videtur posse

 dici,

dici, quòd sic. Nam eadem semper est potentia, quare, quod prius potuit, & modo dicendum est, quòd possit. At dicetis, potuit non incarnari, & non nasci, quæ modo minimè pōt: quare, &c. Pro intellectu huius rei velim sciatis, q̄d veluti oēm scientiam, quam habuit, modo habet, sed non eodem modo, ita respectu cuiuscunq; rei potentiam, quam habuit dicitur & modo habere, licet talis potentia non semper eodē modo se habeat. Vnde Dei potentia semꝑ se extendit ad carnis assumptionem, quæ cum semel assumpta sit, iterum de nouo nequit acquiri, sed per eandem potētiam, per quam potuit incarnari, pōt modo incarnatus fuisse, sicut homo per eandem potentiam potest hodie videre, & heri vidisse. Et hęc satis.

NVM DEVS ALIQVAM VNAM, ET EANDEM CREATVRAM MELIOREM facere potuerit, quàm fecerit. Lectio CXLI.

PErpulchra quidem solent circa dicta Magistri sent. excitari quęsita, è quorum numero nos duo tantùm in pręsentiarum percurremus, quęrentes primò. Num Deus benedictus, & omnipotens, vt dictum fuit superius, aliquam vnam, & eandem creaturā meliorem facere potuerit, quā fecerit. Pręterea, Num data quacunq; creatura, Deus aliam secundum speciem perfectiorem producere, siue facere possit. Quantum ad primum, arguitur negatiuè, & primò sic. Effectus, qui ab aliqua causa secundū totam virtutem causæ producitur, non videtur posse ab ipsa melio-

rari,

rari: at quęlibet creatura producitur à Deo secundum suam virtutem: quare, &c. Insuper, quod optimum est, quo modo magis perfici poterit? at q̃ Deus fecit, sunt optima, Genesis primo, Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona: igitur, &c. Ex alio latere totum videtur dici posse oppositum: nam quicquid põt natura, & Deus adhuc amplius, & melius, sed naturæ opere res magis perficiuntur, quia videmus hominem de pueritia in melius mutari, scilicet in iuuentutem: ergo, &c. Pro vltima rei ressolutione sciendum est, duplicem dari bonitatem, vti duplex datur entitas, videlicet essentialis, & accidentalis: loquendo ergo de bonitate accidentali nullus est, qui dubitet, quin Deus multas facere valeat creaturas meliores, quàm fecerit, dummodo naturæ rei nõ repugnet plures perfectiones accidentales habere. Si verò loquamur de bonitate essentiali, tunc distinguẽdum erit, aut enim loqui volumus de creatura propriè dicta, quæ est substantia completa per se sumpta, aut de creatura largè sumpta, quæ oẽm naturã includit creatã, siue sit substantia, siue accidens. Si primo modo accipiatur creatura pro substantia completa, & per se subsistente, tunc dicendum erit, quòd talis meliorari nequaquam possit, quantum ad bonitatem essentialem, & intrinsecam: at si capiatur creatura largè, idest pro omni re creata naturaliter, tunc fatendum, quod aliqua creatura possit meliorari accidentaliter: nam possibile est, qđ talis res de gradu imperfectiori ad perfectiorem deducatur. Nunc ad argumenta dicamus, & primò ad primũ, totum currere de causa agente ex necessitate naturæ, non aũt liberè, vti Deus est; vel dicatis ad maiorem propositionẽ, qđ si talis effectus ab aliqua pendeat

causa

causa secundum oẽm suam virtutem minimè meliorari posse, nisi ex parte subiecti. Ad secundum argumentum respondetur, q̃d vna queq; res à Deo producta secundũ se bona est, non tamen optima, quin potius meliorari queat, oĩa ergo ad vniuersum collata bona sunt. Et hec de primo quesito. Solet queri secundo. Vtrum data quacunq; creatura, Deus aliam facere possit perfectiorem secundũ speciem, ita vt non sit status in perfectionibus specificis, sed bene processus in infinitum. Arguunt hic quidam partem affirmatiuam defendentes, & primò sic. Res à Deo videntur procedere, vt numeri ab vnitate, at ab vnitate numeri tendunt in infinitum, ita vt data quacunq; specie numeri, adhuc maior habeat, possitq; cõcedi: igitur, &c. Idest data quacunq; specie, quantumcunq; perfecta, adhuc perfectior poterit inueniri. Deus ergo videtur posse producere creaturam meliorem, quàm fecerit procedendo in infinitum. Preterea, Deus oẽ illud, quod minimè implicat contradictionem, facere potest, sed infinitas esse species saltem in potentia successiuè, nullam videtur contradictionem admittere: igitur, &c. Circa questionem hanc duas inuenio opiniones, vna quarum admittit talem progressum in infinitum, altera verò non, de quibus parum curando argumentis adductis respondebo, & erit finis. Ad primũ ergo neganda venit similitudo de numero: non enim est ad propositum: nam in numeris processus in infinitum non est, nec fit per accessum ad vnitatem: nam est dare numerum propinquissimum vnitati (vt puta dualitatem) sed est per recessum à dualitate; è cõtrario verò processus, qui ponitur in speciebus rerum, non dicitur esse per recessum earum à Deo, cum sit dare infimam speciem ma-

xime

ximè distãtem ab ipso Deo: ponitur ergo per accessum ad Deum; quapropter argumentum non est ad propositum: vnde Dionysii dictum venit intelligendum, quod numeri sint vt species, quantum ad compositionem, non quantum ad infinitatem. Ad secundum argumentum, venit negandum, quòd figurarum processus in infinitum arguat processum naturarum specificarum in infinitum. Et hęc de pollicitis.

NVM DEVS VNIVERSVM MELIVS PRODVCERE POSSIT, QVAM FECERIT. Lectio CXLII.

VT latius procedamus, quam fecimus hodierna die; duo pręter pręedicta excitanda erunt quęsita, quorum primum. Vtrum Deus vniuersum meliùs, quàm fecerit, facere possit. Insuper, nũ Deus quid melius gloriosissima virgine Maria facere potuerit. Circa primum, quid nonnulli dicant, audite. Nam pro parte negatiua ratiocinantur; & primò sic. Oĩ bono (vt norunt omnes) nil melius esse põt, sed vniuersum omne bonum includit: igitur vniuerso nil melius. Pręterea, bonitas eorum, quæ sunt ad finem, ꝓculdubio ex fine habet pensari, at vniuersum ordinatur ad finem, scilicet ad Deum, quo nil melius: ergo à simili vniuerso nil erit melius. Ex alio latere, q̃a totius bonitas à partibus pendet, quantum ad illarum bonitatem, & partes vniuersi meliores esse possunt, quàm sint, & extensiuè, quia plures, & intensiuè, quantum ad bonitates accidentales: ergo, &c. Pro re-

sponsione sciendum est, uniuersum tribus posse accipi modis, uno modo, prout includit omne ens creatum, & increatum, quod est actu, & quod in potentia, sub quo sensu non loquimur nos in proposito de uniuerso, quo certè nil melius esse pōt, quia omne bonum, quod est, & quod esse pōt, includit; de quo primum allatum argumentum currit. Alio modo capitur uniuersum, ꝓut includit omne ens actu creatum, & increatum, & sic dicunt quidam, uniuerso sic accepto, nil melius inueniri, nec dari posse, quia in eo includitur Deus, quo cum bonitate creabili nil certè melius. Postremò uniuersum videtur posse capi pro eò, q̄d omne ens creatum includit, quod est actu, & creabile, quod est in potentia, & sic questio dupliciter habet intelligi, uno modo. Vtrum Deus possit facere uniuersum oīno aliud secundum speciem, quod isto mundo sit melius, alio modo, vtrū Deus possit facere uniuersum, q̄d nunc est melius, quàm modo sit. Si primo modo, dicendum est, quòd non; at si questio secundo intelligatur modo, tunc sic. Nunc ad argumentum secundum pōt dici, q̄d bonitas eorum, quæ sunt ad finem, non solum ex fine, verum ēt ex efficacia assequēdi finem pensari debent, unde licet finis extrinsecus ipsius uniuersi nequeat meliorari, res tamen creatæ possunt ipsum efficatius assequi, & ita quo ad hoc pōt meliorari. Expleto primo quesito, ad alterum ut accedamus, equum est; arguunt ergo q̄dā ꝓ parte affirmatiua sic, q̄d Deus potuerit aliq̄d melius beata Virgine facere, & q̄d fecerit, V. g. quātū ad gradū naturæ, ut sunt Angeli, quantū verò ad dona gratiæ, ecce humanitas Christi, non potuit tamen facere, q̄d ipsa, vel alia esset mater melioris filij, quo ad suppositum. Et hec pro presenti satis.

DE

DE VOLVNTATE DEI.

Diſtinctio XLV.

Lectio CXLIII.

MIrabili quidem vſus eſt Magiſter ſent. artificio, & ordine in diſponendis hiſce diſtinctionibus. Nam cum verba fecerit ſuperius de Dei ſcientia, & de eius poteſtate, nunc incipit de eius voluntate agere, tria pollicendo. Quid primò ſit Dei voluntas. Inſuper, quid poſſit. Tertiò quot modis accipiatur. Circa primum, Dei uoluntas nihil aliud eſt, quã ipſamet diuina eſſentia realiter, differens tamen ſola ratione ab ipſa, ſicut & ſcientia, ob quam diuerſi modi conſiderationem, aliqua diuinæ ſolent aſcribi voluntati, q̃ non attribuuntur eſſentiæ; vnde benè dicitur, Deus vult oĩa, non tamen dici põt, Deus eſt oĩa, non obſtante identitate uoluntatis, & eſſentiæ. Et hęc de primo puncto. Quantum ad ſecundum cognoſcendi gratia, quid poſſit Deus, arbitror, & pro cõperto habeo, diuinæ voluntatis cauſam minimè quęrendam eſſe, cum ipſe Deus ſit oĩum cauſa, quæ producuntur in tẽpore. At video vos hac in parte nimis curioſos dubitare, quare cauſa diuinæ uoluntatis non ſit quęrenda, cum ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere? Ad hoc dici põt, quod ſi cauſa uoluntatis Dei quęrenda foret, tunc ipſa nõ eſſet prima cauſa, & haberet aliquid maius ſe, quod eſt falſum: nam ipſa ſecundum rei veritatem eſt cauſa vniuerſalis oĩum, non ſolum quæ fiunt ſecundum curſum naturalem, ſed ẽt mirabiliter. Et hęc pro ſecundo puncto. Pro intellectu verò tertij pertinentis ad diuinæ uoluntatis ſignificata,

quid

quid dicat Magister, queso audite, quamuis enim uoluntas beneplaciti Dei in se vna tantùm sit, nihilominus uoluntas signi in quinq; signa solet vsurpari. Nam accipitur quandoque pro precepto, pro prohibitione, pro consilio, pro permissione, & pro operatione uoluntatis diuinæ. Quæ oĩa uoluntates Dei ideo dicuntur, quoniam Dei uoluntatis signa sunt, non tamen ita signa sunt, quia velit Deus oĩa fieri, sed quia se ad modũ uoluntatis habent. Vnde sciendum est, quod prima uoluntas beneplaciti dicitur, aliæ verò uoluntates signi nuncupantur, & differunt in hoc, quia beneplaciti uoluntas eterna est, reliquæ uerò sunt temporales. Insuper beneplaciti uoluntas semper adimpletur, at aliæ non. Sed dicetis; cum uoluntas Dei sit ipsamet sua essentia, quæ vna est, quo modo varijs sumitur modis? Respondetur, quòd si propriè sumatur secundum quod ipsa diuina essentia, vnum erit significatum, at si respectiuè, tunc varijs dicetur accipi posse modis, vt iam dictum est. Et hec satis.

DE VOLVNTATE DEI.
Lectio CXLIIII.

NE à vobis sugillari posse videar, pro vberiori doctrina eorum, quæ in textu Magistri sunt tacta, hodierna die sum de uoluntate Dei loquuturus; solet etenim diuersimodè accipi in scriptura, nec mirum: nam licet Dei uoluntas una sit, & non diuersa, locutio tamen de Dei uoluntate dicitur diuersa, vnde solet Dei uoluntas distingui in uoluntatẽ beneplaciti,

& voluntatem signi. Voluntas beneplaciti duplex est, scilicet antecedens, & consequens. Voluntas uerò signi quintuplex, scilicet probibitio, prçceptio, consilium, impletio, siue operatio. Permissio, hoc est ille terminus uoluntas, aliquando est idem, quod ꝓhibitio, quandoq; idem significat, quod prçceptum. Vnde patet, quod hçc distinctio, non est rerum distinctio, sed est distinctio huius uocabuli uoluntatis, secundũ diuersas suas significationes, quibus accipitur in scriptura. Voluntas Dei antecedens non est aliquid in Deo quomodocunq; distinctum à uoluntate Dei consequente, sed ille terminus uoluntas antecedẽs, est terminus connotatiuus multa significans, Deum scilicet, & creaturam, & ita describi potest, voluntas antecedens est uoluntas diuina dans alicui antecedentia ad consequendum aliquid cum prçcepto, & consilio exequendi, sine reuelatione contrarij parata ei coagere, si velit. Hoc modo Deus antecedenter vult oẽs uiatores iustè viuere, quia dat potentiam, intellectum, & affectum cũ prçcepto, nec ideo prçcipit bona, quia bona sint, vel ꝓhibet mala, quia mala sint, sed ideo hçc bona sunt, quia prçcipiuntur, & mala, quia prohibentur. Item Deus non vult aliquem antecedenter peccare, quia nec prçcipit, nec consulit peccare. Item Deus non vult Abraam antecedenter immolare filium, quia licet dederit immolandi potentiam cum prçcepto, ei tamen oppositum reuelauit. Item Deus vult prçscitos saluari, sed non vult dçmones, uel damnatos saluari antecedente voluntate, quia illis minimè vult coagere ad opera meritoria, quibus salutem consequantur, neq; sine meritis conferre salutẽ, benè vult omnes uiatores saluos fieri uoluntate antecedente, quia dedit

potentiam

potentiam merendi cum precepto paratus coagere, si uelint, nec reuelat contrarium; vult ergo Deus oēs, &c. idest precipit, vel obligat, ut oēs salui fiant. Voluntas verò Deus, beneplaciti consequens est diuina uoluntas, sibi efficaciter in esse alicuius cōplacens, ipsum diligendo esse, aut pducendo, seu conseruando; hac uoluntate immediatè fertur in volitum, & sic dicitur Deus velle omne positiuum, sine qua uoluntate nihil fieri pōt in mundo, quia ipsa (vt dictum est) prima est, & summa causa oīum causabilium, & hec voluntas beneplaciti semper impletur, de hac enim dicitur in Psal. Oīa quecunq; voluit dominus, fecit in Celo, & in Terra. voluntas insuper signi nil aliud est, quam aliqua creatura, siue effectus diuinæ uoluntatis significans, vel manifestans nobis diuinam voluntatem: vnde Psal. Magna opera domini exquisita in oēs uoluntates eius, quamuis vnica, & simplex sit Dei uoluntas: huiusmodi aūt signa, quæ uoluntates in Deo dicuntur, nobis occasionem prebent imaginandi, Deum aliquid uelle, & primo modo, quando vult aliquid debere fieri à creatura, & huius signum est preceptum. Secundo modo vult aliquid debere non fieri, & huius signum est prohibitio. Tertio modo, vult aliquid nec debere fieri, nec debere non fieri, sed expedire fieri, & huius signum est consilium. Quarto modo vult aliquid, nec debere fieri, nec debere non fieri, sed licitè fieri, & huius signum est indulgentia, vel permissio. Quinto modo, vult aliquid simpliciter esse, vel fieri, & huius signum est impletio, vel operatio. His ergo quinq; modis possumus imaginari, Deum aliquid uelle: nam quelibet ad extra Dei operatio dicitur esse signum uoluntatis diuinæ, sicut effectus suæ causæ,

sic

sic ergo diuina uoluntas pręcipit bona, sicut Deum honorare, proximum amare, & prohibet mala, sicut Deum odisse, proximum lędere. Insuper consulit maiora bona, sicut est virginitas, & paupertas, &c. Hęc intantùm de Dei uoluntate ęterna.

VTRVM DEVS VELIT ALIA A SE. Lectio CXLV.

NE videar laconico vti uelle sermone ad vberiorem doctrinam eorum, quæ dicta sunt in proxima pręterita lectione, ex visceribus Magistri sent. arbitror in pręsenti tria percurrenda esse quęsita, & primò. Vtrũ Deus optimus sphera intellectualis alia à se velit. Deinceps, vtrum immediatius agat per intellectum, quàm per uoluntatem, uel uice uersa. Insuper, congruenè uoluntas in signi, & beneplaciti uoluntatem distinguatur. Quantum ad primum, negatiuè quidam arguentes ita fantur, vnicuiq; uolenti aliquod uolitum sufficit, & tale nihil vult preter illud, at ipsi Deo uidetur sufficere sua bonitas; nihil ergo aliud vult à se. Preterea, oĩs actus uoluntatis dicitur desiderium, vel delectatio, at nullum horum respectu creaturæ potest habere Deus: quare, &c. Minor ut dubia sic declaratur, quia rei non habitæ desiderium pęnam habet, quæ minimè in Deo est: quare, &c. Deinde delectatio rei de nouo habitæ noua est, quæ simpliciter à Deo remouenda; patet itaque minor paucis enodata verbis, quæ prius erat dubia. In oppositum se habet id, quod apud Sapi. xi. legitur, Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ

 fecisti,

fecisti: atqui diligere ad uoluntatẽ attinet, cum eius sit actus, Deus ergo vult alia à se, q̃ scilicet fecit. Pro intellectu huius quęstionis, nec non dilucidatione, illud Arist. dictum nõ procul ab initio libri secundi posteriorum in memoriam reuocandum, scilicet quęstionẽ vnum supponere, & aliud quęrere, ut in proposito nostro sit: nam quęstio mota in Deo uoluntatẽ esse supponit, insuper aliud quęrit. Vtrum scilicet Deus velit alia à se. His ita pręmissis, nunc argumenta soluenda, vt consequenter festinemus ad alia quęsita, ad primum ergo dicendum, aliquid posse esse uolitum, bifariam considerari, vno modo, quia est commodum uolenti, & hoc uelle ex indigentia uolentis oritur, V. g. vt esuries, quæ vult cibum, & auarus pecuniam, quod uelle pertinet ad amorem concupiscentiæ, alio modo, dicitur aliquid uolitum, non quia uolenti sit commodũ, sed alij: decet tamen uolentẽ, vt liberalis, qui vult dare pecuniam. Si primo modo, Deus non dicitur uelle alia à se, non enim bonorũ nostrorum eget. At si secundo modo, tunc dicitur uelle: nam decet bonitatem diuinam cõmunicari rebus creatis, nec non manifestari in eis. Nunc ad formam rationis adductæ dicendum est, quod cuicunq; sufficit aliquod uolitum, nil aliud velit tanquam commodum suum, quia nullo alio uidetur egere; põt tamen aliud uelle ob alterius commodum, nec non propter suam decentiam, & sic est de Deo, ut iam prętactum. Ad alterum argumentũ debet negari, qđ oĩs actus uoluntatis sit desiderium, vel delectatio, at ille tantũ, qui ad concupiscentiæ amorem pertinet, qui dicitur esse amor commodi pręsentis, vel absentis habiti, uel non habiti, de quo argumentum currit: at nos in Deo haud ponimus talem amorem, nec talem

actum

actum uoluntatis respectu creaturarum, sed solum amorem, quo vult eis bonũ ob suam decentiam. Et hęc de primo quęsito. Circa secundum versaturi leue quidem erit manifestare, Deum per intellectum agere: nam res opposito modo cõparari solent ad Deum, & ad nos, quia Dei scientia est rerum causa, & nostra à rebus causata, at in nobis, vt norunt periti in arte, est motus à rebus ad intellectum, & mediante intellectu ad uoluntatem: ergo è contrario debet euenire, & esse in Deo, vt in ipso sit, secundum nostrum modum intelligendi primo motus à uoluntate in intellectũ, deinde ab intellectu ad res. Si sic, ergo Deus dicetur immediatius agere per intellectum, quàm per uoluntatem. Pręterea, per illud vnumquodq; immediatius dicitur agere, per quod magis effectui assimilatur, at Deus rebus magis similis dicitur, vel res ipsi Deo potius quantum ad intellectum, quam ad voluntatem: igitur. In oppositum videtur se habere ipsa veritas: nam primus actus ꝓductionis rerum est ipsa uoluntas: quare, &c. Pro responsione argumentorum uelim uos scire, circa quęstionem duplicem inueniri modum: nam quidam arbitrantur, Deum vel Angelum immediatius attingere effectum per intellectũ, quàm per uoluntatem, alij uerò, quod in oĩ agente à proposito, idest cum electione, siue creato, siue increato, voluntas magis de propè se habeat ad rerum productionem, quàm intellectus, & hic modus illis melior apparet. His ita positis, nunc argumenta è medio tollantur, insuper ad aliud quęsitum properandum. Potest ergo dici ad primum, res comparari opposito modo ad nos, & ad Deũ, quo ad scire, quia cognitio nostra, siue scientia dicitur à rebus causata, scientia verò Dei est rerum

 causa,

causa; at supposito scire simili modo se habet Deus ad res creatas producendum, uti nos ad producendum res artificiales, & quantum ad hoc, utrobiq; immediatius se habet ad rerum pductionem voluntas, quam intellectus. Ad secundum argumentum, quando dicebatur, qd per illud agit immediatius, per qd magis assimilatur effectui, vel effectus ipsi, pōt dici, hoc minimè veritatem habere in his, quæ fiunt per artem: nam artifex non dicitur assimilare sibi, vel alicui, quod in ipso sit principium agendi effectum, quem facit: vel dicatis ad minorem, qd res non magis Deo assimilantur quantum ad intellectum, quam quantum ad voluntatem, & ita ruit argumentū. His duobus quæsitis additur tertium, dùm quæritur. Vtrum uoluntas congruè distinguatur in voluntatem signi, & beneplaciti. Mihi prima fronte uidetur, quòd non: nam Deus nihil operatur, nisi uolens: igitur ōis Dei operatio ad beneplaciti voluntatē pertinet, at uoluntas signi distinguitur cōtra beneplaciti voluntatem: igitur operatio nō pertinet ad signi uoluntatē, cuius tamen oppositum habetur in textu Magistri sent. Insuper, aut illud, quod Deus vult uoluntate signi, vult uoluntate beneplaciti, aut non. Si non: ergo signa sunt falsa, quibus signatum nō concordat. Si sic, frustra ergo vna contra alteram distinguitur. Pro determinatione itaq; huius difficultatis scire debetis, qd distinctio voluntatis diuinæ in uoluntatem beneplaciti, & signi dicitur distinctio in uoluntatem propriè dictam, & metaphoricè: nam beneplaciti uoluntas, pprié dicitur uoluntas, vel actus suus uolendi, quo aliquid sibi placet, uoluntas uerò signi uocatur Dei uoluntas metaphoricè, eo modo, quo signum nominatur metaphoricè nomine

rei,

rei, cuius est signũ, ut imago Herculis. His ita positis, argumẽto primo in hunc modum erit satisfaciendum, quod uoluntas signi, quæ est operatio, non distinguatur à uoluntate beneplaciti, quasi non sint uniformiter de eodem, sed quia uoluntas beneplaciti est propriè uoluntas, & operatio Dei non dicitur uoluntas Dei, nisi metaphoricè, V. g. ut signum, sicut quando dicitur urina sana. Ad alterum argumentum potest dici, quòd illud, quod Deus vult voluntate signi, quandoq; vult uoluntate beneplaciti, nec ob id frustra una contra alteram distinguitur: nam secundum eandem rationem uoluntatis nomen utriq; non conuenit, ut alias dictum fuit. Et hęc satis.

ILLI SENTENTIAE, QVA DICTVM EST, ETC.
Distinctio XLVI.
Lectio CXLVI.

QVam graphicè Magister sent. in superiori distinctione de Dei loquutus sit uoluntate secundum se, & absolutè, arbitror uos scire; ut ergo pręsens choereat illi prędeclaratæ, intendit nunc uerba facere de Dei uoluntate quantum ad ipsum effectũ. Diuidatur ergo hęc distinctio in tria segmenta, in quorum primo respectu bonorum diuinæ uoluntatis effectus tangitur. Insuper respectu malorum idem declaratur. Demùm quarundam authoritatum determinatio ponitur. Circa primum moraturi aliquantulum dubitabimus, num Deus aliquid uoluerit, quod non sit factum. Mihi sanè uidetur, q̃ sic. Nam uoluit, immo

vult Deus oēs homines ſaluos fieri, & tamen hoc nō eſt factū, nec ſit, quia totū oppoſitum contingit, Deus ergo aliquid uelle dicitur, quod nec ſit, nec factum fuit. Pręterea voluit filios Iſrael congregare, quod ēt non eſt factum; non ergo oīa, quæ vult Deus, facta dicuntur. Pro intellectu huius rei debetis pro comperto habere, beneplacitum diuinæ uoluntatis ſemper impleri, quo ſuppoſito, non illa duplici inſtantia obſtante, quo modo obiecta intelligi debeant, audite. Dùm ergo dicitur, qđ Deus vult oēs homines ſaluos fieri, ſenſus eſt, quod quicunque homines ſaluantur ſola Dei uoluntate ſaluantur. Rurſus quando dicebatur, quod voluit filios Iſrael congregare, qđ tamen non eſt factum, ſenſus eſt, qđ qui de filijs Iſraël congregantur, ſola Dei uoluntate cōgregantur. Quando verò apud Io. primo dicitur. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, hoc minimè intelligi debet, qđ oēs ab ipſo illuminentur, qui in hunc mundum venerint, ſed quod nullus veniens in hunc mundum illuminari dicitur, niſi ab ipſo. Et hęc de primo puncto. In altero ſecundo in ordine, vt quid ſentiendum ſit de Dei voluntate reſpectu malorum, cognoſcatis, in hunc dubitabimus modum, an ſcilicet mala fiant Deo volente. Circa materiam hanc duæ ſunt opiniones, quarum vnam partem affirmatiuam tuetur, altera verò negatiuam. Prima ſupponit, quod Dei voluntati nihil reſiſtere poſſit; tunc ſic. Si Deus non uellet, mala fieri, & eſſe, tunc illius omnipotentiæ poſſet reſiſti; ſi ſic, non ergo Deus eſſet oīpotens, ſed hoc negare penitus falsū eſt; debet ergo cōcedi, qđ Deus velit mala fieri, & eſſe. Pręterea, vel Deus vult fieri, aut non vult fieri, ſed non vult ea non fieri: igitur vult ea fieri. Minor ſic declaratur,

nam

nam si Deus uellet non fieri, nunquam fierent, cum eius voluntati nihil resistere possit. Demùm nonne Deus vult omne bonum? at mala fieri bonum est, & nisi esset bonum, proculdubio à Deo minimè fieri permitterentur, Deus igitur vult mala fieri. Altera opinio negatiua apertè docet, Deum non uelle, & esse, & mala fieri, ne author culpæ uideatur Deus esse, vt rectè D. Aug. testatur. Insuper, si Deus mala fieri, & esse vellet, iniquus esse videretur, q a esset causa, cur quis deterior fieret; non ergo concedendum est, qđ Deus mala fieri uelit, nec quod uelit non fieri mala, quia sic mala nunquam fierent, sed quod non vult ea fieri, & quando dicitur, quod mala fieri sit bonum, respondeatis dari duplex bonum, & simpliciter, & vt elicitum: primo modo negandum est, qđ mala fieri sit simpliciter bonũ, secundo verò modo sic, quatenus scilicet ex malis bona elici possunt. Hic obiter quęso vnum notetis, in quotuplici scilicet discrimine bonum esse dicatur: nam aliquando datur bonum in se, & facienti, V. g. vt dare eleemosynam pauperi, sed non propter Deum: datur aliud bonum in se, & facienti, & ei, cui fit, V. g. vt pędicare fidelibus propter Deum. Insuper dari solet aliquid malum in se, & facienti, ex quo tamen accidentaliter elicitur bonum, vt mala, quæ fiunt ad pulchritudinem vniuersi. Sed dicetis, omne verum nonne à Deo est? sed malum fieri est verum: ergo à Deo. Respondeo, quòd hic duo consideranda sunt, & dictum, & res dicta. Benè ergo concedi pōt, qđ ueritas, quæ est in hoc dicto, sit à Deo, sed res dicta, scilicet ipsum malum, minimè est à Deo, & hęc de particulis duabus pręsentis nostri sermonis. In vltima particula relinquētes inania multa pręmissæ

quęstionis parti saniori fauentes, quæ sanctorũ testimonijs plenius approbatur, dicemus, Deum non uelle mala non fieri, nec tamen velle non fieri, neq; nolle fieri, omne ergo, quod vult fieri, non fit, & omne, quod vult non fieri, non fit. Fiunt autem multa, quæ non vult fieri, ut omnia mala, licet quicquid fit, Deus fieri permittat. Et hęc satis.

VTRVM DEI VOLVNTAS SEMPER EFFICACITER IMPLEATVR.

Lectio CXLVII.

CIrca prędeclaratam distinctionem duo notatu digna quęsita occurrunt, alterum quorum est. Vtrũ Dei uoluntas semper efficaciter impleatur. Insuper, Vtrũ Deus fieri mala uelit. Quantum ad primum. Pro parte negatiua sic arguitur. Effectus oĩs à causa proueniens, quæ impediri minimè põt, necessarius est, at non oĩa, quæ à Deo sunt, necessaria dicuntur: voluntas igitur Dei, qua mediante ꝑducit, quicquid ꝑducit, impediri põt, quare non semꝑ efficaciter impleri dicetur. Pręterea, nonne Deus vult oẽs homines saluos fieri? atqui non oẽs saluantur: igitur Dei voluntas non semper impletur. In oppositum se habet illud sapi. xii. Subest enim tibi cum volueris posse, at voluntas illa, cui subest potestas, efficaciter impletur: ergo. Pro intellectu huius quęsiti duo notanda erunt; primum est, qđ Dei voluntas infallibiliter semꝑ impletur, loquendo de beneplaciti uoluntate, non signi. Alterum est, quod quamuis infallibiliter impleatur, non ob id ullam rebus

necessitatem

necessitatem imponit. Primũ patet, quoniam diuina uoluntas agit per potentiam diuinam exequentem illud, quod scientia dictat, & voluntas imperet, quæ cum in se impediri nequeat, hinc semper impleri infallibiliter dicitur. Quantum ad secundum, q̃d diuina voluntas nullam rebus necessitatem imponat, patet, tum quia res creatæ huius necessitatis capaces non sunt, tum quia, cum Deus sit agens liberè, non potest per talem actionem rebus creatis necessitatem imponere. Nunc argumenta soluenda, & primò primum, per distinctionem de duplici causa, agente una ex necessitate naturæ, & libera altera. Argumentum currit de effectu respectu causæ agentis ex necessitate naturæ, non respectu liberæ. Ad secundum argumentum, dùm dicebatur, Deum uelle oẽs saluos fieri, sed non salui fiunt: ergo. Respondetur secundum Damascenum, authoritatem hanc debere intelligi de uoluntate antecedente, non consequente, nec id mirum: nam in homine duo considerantur, natura primo, vt est ordinabilis in beatitudinem; insuper persona, cuius actiones sunt bonæ, uel malæ. Si bonæ salui fiunt homines. Si malæ damnantur, quia à fine vltimo per prauas actiones deuiant, & hoc modo Deus tales saluos fieri, minimè vult: quare, &c. Exposito primo his paucis verbis quęsito, accedit secundum, vbi quęritur. An Deus mala fieri velit. Primo aspectu uidetur esse dicendum, quòd sic. Nam Deus vult omne bonum, & omne, quod ad vniuersi perfectionem confert, at mala fieri sic bonum est: igitur, &c. Minor patet per Dionysium iiii. de diuin. nomin. ergo. Deinde, si Deus est author gratiæ, ita & naturæ, at Deus vult mala penæ fieri, q̃ tamen naturæ bonũ priuant. Igitur à simili uidetur,

quod

quid dicat Magister, quęso audite, quamuis enim uoluntas beneplaciti Dei in se vna tantùm sit, nihilominus uoluntas signi in quinq; signa solet vsurpari. Nam accipitur quandoque pro pręcepto, pro prohibitione, pro consilio, pro permissione, & pro operatione uoluntatis diuinæ. Quæ oĩa uoluntates Dei ideo dicuntur, quoniam Dei uoluntatis signa sunt, non tamen ita signa sunt, quia velit Deus oĩa fieri, sed quia se ad modũ uoluntatis habent. Vnde sciendum est, quod prima uoluntas beneplaciti dicitur, aliæ verò voluntates signi nuncupantur, & differunt in hoc, quia beneplaciti uoluntas ęterna est, reliquæ uerò sunt temporales. Insuper beneplaciti uoluntas semper adimpletur, at aliæ non. Sed dicetis; cum uoluntas Dei sit ipsamet sua essentia, quæ vna est, quo modo varijs sumitur modis? Respondetur, quòd si propriè sumatur secundum quod ipsa diuina essentia, vnum erit significatum, at si respectiuè, tunc varijs dicetur accipi posse modis, vt iam dictum est. Et hęc satis.

DE VOLVNTATE DEI.
Lectio CXLIIII.

NE à vobis sugillari posse videar, pro vberiori doctrina eorum, quæ in textu Magistri sunt tacta, hodierna die sum de uoluntate Dei loquuturus; solet etenim diuersimodè accipi in scriptura, nec mirum: nam licet Dei uoluntas una sit, & non diuersa, locutio tamen de Dei uoluntate dicitur diuersa, vnde solet Dei uoluntas distingui in uoluntatẽ beneplaciti,

&

& voluntatem signi. Voluntas beneplaciti duplex est, scilicet antecedens, & consequens. Voluntas uerò signi quintuplex, scilicet prohibitio, preceptio, consilium, impletio, siue operatio. Permissio, hoc est ille terminus uoluntas, aliquando est idem, quod ꝓhibitio, quandoq; idem significat, quod preceptum. Vnde patet, quod hec distinctio, non est rerum distinctio, sed est distinctio huius uocabuli uoluntatis, secundũ diuersas suas significationes, quibus accipitur in scriptura. Voluntas Dei antecedens non est aliquid in Deo quomodocunq; distinctum à uoluntate Dei consequente, sed ille terminus uoluntas antecedẽs, est terminus connotatiuus multa significans, Deum scilicet, & creaturam, & ita describi potest, voluntas antecedens est uoluntas diuina dans alicui antecedentia ad consequendum aliquid cum precepto, & consilio exequendi, sine reuelatione contrarij parata ei coagere, si velit. Hoc modo Deus antecedenter vult oẽs uiatores iustè viuere, quia dat potentiam, intellectum, & affectum cũ precepto, nec ideo precipit bona, quia bona sint, vel ꝓhibet mala, quia mala sint, sed ideo hec bona sunt, quia precipiuntur, & mala, quia prohibentur. Item Deus non vult aliquem antecedenter peccare, quia nec precipit, nec consulit peccare. Item Deus non vult Abraam antecedenter immolare filium, quia licet dederit immolandi potentiam cum precepto, ei tamen oppositum reuelauit. Item Deus vult prescitos saluari, sed non vult demones, uel damnatos saluari antecedente voluntate, quia illis minimè vult coagere ad opera meritoria, quibus salutem consequantur, neq; sine meritis conferre salutẽ, benè vult omnes uiatores saluos fieri uoluntate antecedente, quia dedit

potentiam

potentiam merendi cum precepto paratus coagere, si uelint, nec reuelat contrarium; vult ergo Deus oẽs, &c. idest precipit, vel obligat, ut oẽs salui fiant. Voluntas verò Deus, beneplaciti consequens est diuina uoluntas, sibi efficaciter in esse alicuius cõplacens, ipsum diligendo esse, aut ꝓducendo, seu conseruando; hac uoluntate immediatè fertur in volitum, & sic dicitur Deus velle omne positiuum, sine qua uoluntate nihil fieri põt in mundo, quia ipsa (vt dictum est) prima est, & summa causa oĩum causabilium, & hec voluntas beneplaciti semper impletur, de hac enim dicitur in Psal. Oĩa quecunq; voluit dominus, fecit in Celo, & in Terra. voluntas insuper signi nil aliud est, quam aliqua creatura, siue effectus diuinæ uoluntatis significans, vel manifestans nobis diuinam voluntatem: vnde Psal. Magna opera domini exquisita in oẽs uoluntates eius, quamuis vnica, & simplex sit Dei uoluntas: huiusmodi aũt signa, quæ uoluntates in Deo dicuntur, nobis occasionem prebent imaginandi, Deum aliquid uelle, & primo modo, quando vult aliquid debere fieri à creatura, & huius signum est preceptum. Secundo modo vult aliquid debere non fieri, & huius signum est prohibitio. Tertio modo, vult aliquid nec debere fieri, nec debere non fieri, sed expedire fieri, & huius signum est consilium. Quarto modo vult aliquid, nec debere fieri, nec debere non fieri, sed licitè fieri, & huius signum est indulgentia, vel permissio. Quinto modo, vult aliquid simpliciter esse, vel fieri, & huius signum est impletio, vel operatio. His ergo quinq; modis possumus imaginari, Deum aliquid uelle: nam quelibet ad extra Dei operatio dicitur esse signum uoluntatis diuinæ, sicut effectus suæ causæ,

sic

sic ergo diuina uoluntas precipit bona, sicut Deum honorare, proximum amare, & prohibet mala, sicut Deum odisse, proximum ledere. Insuper consulit maiora bona, sicut est virginitas, & paupertas, &c. Hec intantùm de Dei uoluntate eterna.

VTRVM DEVS VELIT ALIA A SE. Lectio CXLV.

NE videar laconico vti uelle sermone ad vberiorem doctrinam eorum, quæ dicta sunt in proxima preterita lectione, ex visceribus Magistri sent. arbitror in presenti tria percurrenda esse quesita, & primò. Vtrũ Deus optimus sphera intellectualis alia à se velit. Deinceps, vtrum immediatius agat per intellectum, quàm per uoluntatem, uel uice uersa. Insuper, congruenè uoluntas in signi, & beneplaciti uoluntatem distinguatur. Quantum ad primum, negatiuè quidam arguentes ita fantur, vnicuiq; uolenti aliquod uolitum sufficit, & tale nihil vult preter illud, at ipsi Deo uidetur sufficere sua bonitas; nihil ergo aliud vult à se. Preterea, oĩs actus uoluntatis dicitur desiderium, vel delectatio, at nullum horum respectu creaturæ potest habere Deus: quare, &c. Minor ut dubia sic declaratur, quia rei non habitæ desiderium penam habet, quæ minimè in Deo est: quare, &c. Deinde delectatio rei de nouo habitæ noua est, quæ simpliciter à Deo remouenda; patet itaque minor paucis enodata verbis, quæ prius erat dubia. In oppositum se habet id, quod apud Sapi. xi. legitur, Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ

fecisti: atqui diligere ad uoluntatẽ attinet, cum eius sit actus, Deus ergo vult alia à se, q̃ scilicet fecit. Pro intellectu huius quęstionis, nec non dilucidatione, illud Arist. dictum nõ procul ab initio libri secundi posteriorum in memoriam reuocandum, scilicet quęstionẽ vnum supponere, & aliud quęrere, ut in proposito nostro sit: nam quęstio mota in Deo uoluntatẽ esse supponit, insuper aliud quęrit. Vtrum scilicet Deus velit alia à se. His ita pręmissis, nunc argumenta soluenda, vt consequenter festinemus ad alia quęsita, ad primum ergo dicendum, aliquid posse esse uolitum, bifariam considerari, vno modo, quia est commodum uolenti, & hoc uelle ex indigentia uolentis oritur, V.g. vt esuries, quæ vult cibum, & auarus pecuniam, quod uelle pertinet ad amorem concupiscentiæ, alio modo, dicitur aliquid uolitum, non quia uolenti sit commodũ, sed alij: decet tamen uolentẽ, vt liberalis, qui vult dare pecuniam. Si primo modo, Deus non dicitur uelle alia à se, non enim bonorũ nostrorum eget. At si secundo modo, tunc dicitur uelle: nam decet bonitatem diuinam cõmunicari rebus creatis, nec non manifestari in eis. Nunc ad formam rationis adductæ dicendum est, quod cuicunq; sufficit aliquod uolitum, nil aliud velit tanquam commodum suum, quia nullo alio uidetur egere; põt tamen aliud uelle ob alterius commodum, nec non propter suam decentiam, & sic est de Deo, ut iam pręta ctum. Ad alterum argumentũ debet negari, qđ oĩs actus uoluntatis sit desiderium, vel delectatio, at ille tantũ, qui ad concupiscentiæ amorem pertinet, qui dicitur esse amor commodi pręsentis, vel absentis habiti, uel non habiti, de quo argumentum currit: at nos in Deo haud ponimus talem amorem, nec talem

actum

actum uoluntatis respectu creaturarum, sed solum amorem, quo vult eis bonū ob suam decentiam. Et hęc de primo quęsito. Circa secundum versaturi leue quidem erit manifestare, Deum per intellectum agere: nam res opposito modo cōparari solent ad Deum, & ad nos, quia Dei scientia est rerum causa, & nostra à rebus causata, at in nobis, vt norunt periti in arte, est motus à rebus ad intellectum, & mediante intellectu ad uoluntatem: ergo è contrario debet euenire, & esse in Deo, vt in ipso sit, secundum nostrum modum intelligendi primo motus à uoluntate in intellectū, deinde ab intellectu ad res. Si sic, ergo Deus dicetur immediatius agere per intellectum, quàm per uoluntatem. Pręterea, per illud vnumquodq; immediatius dicitur agere, per quod magis effectui assimilatur, at Deus rebus magis similis dicitur, vel res ipsi Deo potius quantum ad intellectum, quam ad voluntatem: igitur. In oppositum videtur se habere ipsa veritas: nam primus actus ꝓductionis rerum est ipsa uoluntas: quare, &c. Pro responsione argumentorum uelim uos scire, circa quęstionem duplicem inueniri modum: nam quidam arbitrantur, Deum vel Angelum immediatius attingere effectum per intellectū, quàm per uoluntatem, alij uerò, quod in oī agente à proposito, idest cum electione, siue creato, siue increato, voluntas magis de propè se habeat ad rerum productionem, quàm intellectus, & hic modus illis melior apparet. His ita positis, nunc argumenta è medio tollantur, insuper ad aliud quęsitum properandum. Potest ergo dici ad primum, res comparari opposito modo ad nos, & ad Deū, quo ad scire, quia cognitio nostra, siue scientia dicitur à rebus causata, scientia verò Dei est rerum

 causa,

causa; at supposito scire simili modo se habet Deus ad res creatas producendum, uti nos ad producendum res artificiales, & quantum ad hoc, utrobiq; immediatius se habet ad rerum productionem voluntas, quam intellectus. Ad secundum argumentum, quando dicebatur, qd' per illud agit immediatius, per qd' magis assimilatur effectui, vel effectus ipsi, pōt dici, hoc minimè veritatem habere in his, quæ fiunt per artem: nam artifex non dicitur assimilare sibi, vel alicui, quod in ipso sit principium agendi effectum, quem facit: vel dicatis ad minorem, qd' res non magis Deo assimilantur quantum ad intellectum, quam quantum ad voluntatem, & ita ruit argumentũ. His duobus quæsitis additur tertium, dùm quæritur. Vtrum uoluntas congruè distinguatur in voluntatem signi, & beneplaciti. Mihi prima fronte uidetur, quòd non: nam Deus nihil operatur, nisi uolens: igitur oīs Dei operatio ad beneplaciti voluntatē pertinet, at uoluntas signi distinguitur cōtra beneplaciti voluntatem: igitur operatio nō pertinet ad signi uoluntatē, cuius tamen oppositum habetur in textu Magistri sent. Insuper, aut illud, quod Deus vult uoluntate signi, vult uoluntate beneplaciti, aut non. Si non: ergo signa sunt falsa, quibus signatum nō concordat. Si sic, frustra ergo vna contra alteram distinguitur. Pro determinatione itaq; huius difficultatis scire debetis, qd' distinctio voluntatis diuinæ in uoluntatem beneplaciti, & signi dicitur distinctio in uoluntatem propriè dictam, & metaphoricè: nam beneplaciti uoluntas, propriè dicitur uoluntas, vel actus suus uolendi, quo aliquid sibi placet, uoluntas uerò signi uocatur Dei uoluntas metaphoricè, eo modo, quo signum nominatur metaphoricè nomine

rei,

rei, cuius est signũ, ut imago Herculis. His ita positis, argumẽto primo in hunc modum erit satisfaciendum, quod uoluntas signi, quæ est operatio, non distinguatur à uoluntate beneplaciti, quasi non sint vniformiter de eodem, sed quia uoluntas beneplaciti est propriè uoluntas, & operatio Dei non dicitur uoluntas Dei, nisi metaphoricè, V. g. ut signum, sicut quando dicitur vrina sana. Ad alterum argumentum potest dici, quòd illud, quod Deus vult voluntate signi, quandoq; vult uoluntate beneplaciti, nec ob id frustra vna contra alteram distinguitur: nam secundum eandem rationem uoluntatis nomen vtriq; non conuenit, ut alias dictum fuit. Et hęc satis.

ILLI SENTENTIAE, QVA DICTVM EST, ETC.
Distinctio XLVI.
Lectio CXLVI.

QVam graphicè Magister sent. in superiori distinctione de Dei loquutus sit uoluntate secundum se, & absolutè, arbitror uos scire; ut ergo pręsens choereat illi prędeclaratæ, intendit nunc uerba facere de Dei uoluntate quantum ad ipsum effectũ. Diuidatur ergo hęc distinctio in tria segmenta, in quorum primo respectu bonorum diuinæ uoluntatis effectus tangitur. Insuper respectu malorum idem declaratur. Demùm quarundam authoritatum determinatio ponitur. Circa primum moraturi aliquantulum dubitabimus, num Deus aliquid uoluerit, quod non sit factum. Mihi sanè uidetur, q̃d sic. Nam uoluit, immo

vult Deus oēs homines ſaluos fieri, & tamen hoc nō eſt factū, nec fit, quia totū oppoſitum contingit, Deus ergo aliquid uelle dicitur, quod nec fit, nec factum fuit. Pręterea voluit filios Iſrael congregare, quod ēt non eſt factum; non ergo oīa, quæ vult Deus, facta dicuntur. Pro intellectu huius rei debetis pro comperto habere, beneplacitum diuinæ uoluntatis ſemper impleri, quo ſuppoſito, non illa duplici inſtantia obſtante, quo modo obiecta intelligi debeant, audite. Dùm ergo dicitur, qđ Deus vult oēs homines ſaluos fieri, ſenſus eſt, quod quicunque homines ſaluantur ſola Dei uoluntate ſaluantur. Rurſus quando dicebatur, quod voluit filios Iſrael congregare, qđ tamen non eſt factum, ſenſus eſt, qđ qui de filijs Iſraël congregantur, ſola Dei uoluntate cōgregantur. Quando verò apud Io. primo dicitur. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, hoc minimè intelligi debet, qđ oēs ab ipſo illuminentur, qui in hunc mundum venerint, ſed quod nullus veniens in hunc mundum illuminari dicitur, niſi ab ipſo. Et hęc de primo puncto. In altero ſecundo in ordine, vt quid ſentiendum ſit de Dei voluntate reſpectu malorum, cognoſcatis, in hunc dubitabimus modum, an ſcilicet mala fiant Deo volente. Circa materiam hanc duæ ſunt opiniones, quarum vnam partem affirmatiuam tuetur, altera verò negatiuam. Prima ſupponit, quod Dei voluntati nihil reſiſtere poſſit; tunc ſic. Si Deus non uellet, mala fieri, & eſſe, tunc illius omnipotentiæ poſſet reſiſti; ſi ſic, non ergo Deus eſſet oīpotens, ſed hoc negare penitus falsū eſt; debet ergo cōcedi, qđ Deus velit mala fieri, & eſſe. Pręterea, vel Deus vult fieri, aut non vult fieri, ſed non vult ea non fieri: igitur vult ea fieri. Minor ſic declaratur,

nam

nam si Deus uellet non fieri, nunquam fierent, cum eius voluntati nihil resistere possit. Demùm nonne Deus vult omne bonum? at mala fieri bonum est, & nisi esset bonum, proculdubio à Deo minimè fieri permitterentur, Deus igitur vult mala fieri. Altera opinio negatiua apertè docet, Deum non uelle, & esse, & mala fieri, ne author culpæ uideatur Deus esse, vt rectè D. Aug. testatur. Insuper, si Deus mala fieri, & esse vellet, iniquus esse videretur, q a esset causa, cur quis deterior fieret; non ergo concedendum est, q̄d Deus mala fieri uelit, nec quod uelit non fieri mala, quia sic mala nunquam fierent, sed quod non vult ea fieri, & quando dicitur, quod mala fieri sit bonum, respondeatis dari duplex bonum, & simpliciter, & vt elicitum: primo modo negandum est, q̄d mala fieri sit simpliciter bonũ, secundo verò modo sic, quatenus scilicet ex malis bona elici possunt. Hic obiter queso vnum notetis, in quotuplici scilicet discrimine bonum esse dicatur: nam aliquando datur bonum in se, & facienti, V. g. vt dare eleemosynam pauperi, sed non propter Deum: datur aliud bonum in se, & facienti, & ei, cui fit, V. g. vt predicare fidelibus propter Deum. Insuper dari solet aliquid malum in se, & facienti, ex quo tamen accidentaliter elicitur bonum, vt mala, quæ fiunt ad pulchritudinem vniuersi. Sed dicetis, omne verum nonne à Deo est? sed malum fieri est verum: ergo à Deo. Respondeo, quòd hic duo considerandà sunt, & dictum, & res dicta. Benè ergo concedi pōt, q̄d ueritas, quæ est in hoc dicto, sit à Deo, sed res dicta, scilicet ipsum malum, minimè est à Deo, & hec de particulis duabus presentis nostri sermonis. In vltima particula relinquẽtes inania multa premissæ

questionis parti saniori fauentes, quæ sanctorũ testimonijs plenius approbatur, dicemus, Deum non uelle mala non fieri, nec tamen velle non fieri, neq; nolle fieri, omne ergo, quod vult fieri, non fit, & omne, quod vult non fieri, non fit. Fiunt autem multa, quæ non vult fieri, ut omnia mala, licet quicquid fit, Deus fieri permittat. Et hęc satis.

VTRVM DEI VOLVNTAS SEMPER EFFICACITER IMPLEATVR.

Lectio CXLVII.

CIrca prędeclaratam distinctionem duo notatu digna quęsita occurrunt, alterum quorum est. Vtrũ Dei uoluntas semper efficaciter impleatur. Insuper, Vtrũ Deus fieri mala uelit. Quantum ad primum. Pro parte negatiua sic arguitur. Effectus oĩs à causa proueniens, quæ impediri minimè põt, necessarius est, at non oĩa, quæ à Deo sunt, necessaria dicuntur: voluntas igitur Dei, qua mediante ꝑducit, quicquid ꝑducit, impediri põt, quare non semꝑ efficaciter impleri dicetur. Pręterea, nonne Deus vult oẽs homines saluos fieri? atqui non oẽs saluantur: igitur Dei voluntas non semper impletur. In oppositum se habet illud sapi. xii. Subest enim tibi cum volueris posse, at voluntas illa, cui subest potestas, efficaciter impletur: ergo. Pro intellectu huius quęsiti duo notanda erunt; primum est, qđ Dei voluntas infallibiliter semꝑ impletur, loquendo de beneplaciti uoluntate, non signi. Alterum est, quod quamuis infallibiliter impleatur, non ob id ullam rebus

necessitatem

necessitatem imponit. Primũ patet, quoniam diuina uoluntas agit per potentiam diuinam exequentem illud, quod scientia dictat, & voluntas imperet, quæ cum in se impediri nequeat, hinc semper impleri infallibiliter dicitur. Quantum ad secundum, q̃d diuina voluntas nullam rebus necessitatem imponat, patet, tum quia res creatæ huius necessitatis capaces non sunt, tum quia, cum Deus sit agens liberè, non potest per talem actionem rebus creatis necessitatem imponere. Nunc argumenta soluenda, & primò primum, per distinctionem de duplici causa, agente una ex necessitate naturæ, & libera altera. Argumentum currit de effectu respectu causæ agentis ex necessitate naturæ, non respectu liberæ. Ad secundum argumentum, dùm dicebatur, Deum uelle oẽs saluos fieri, sed non salui fiunt: ergo. Respondetur secundum Damascenum, authoritatem hanc debere intelligi de uoluntate antecedente, non consequente, nec id mirum: nam in homine duo considerantur, natura primo, vt est ordinabilis in beatitudinem; insuper persona, cuius actiones sunt bonæ, uel malæ. Si bonæ salui fiunt homines. Si malæ damnantur, quia à fine vltimo per prauas actiones deuiant, & hoc modo Deus tales saluos fieri, minimè vult: quare, &c. Exposito primo his paucis verbis quęsito, accedit secundum, vbi quęritur. An Deus mala fieri velit. Primo aspectu uidetur esse dicendum, quòd sic. Nam Deus vult omne bonum, & omne, quod ad vniuersi perfectionem confert, at mala fieri sic bonum est: igitur, &c. Minor patet per Dionysium iiii. de diuin. nomin. ergo. Deinde, si Deus est author gratiæ, ita & naturæ, at Deus vult mala pœnæ fieri, q̃ tamen naturæ bonũ priuant. Igitur à simili uidetur,

quod

quod velit mala culpæ fieri, quæ bonum gratiæ priuant. Pro dilucidatione huius difficultatis, tria notanda. Primum est, qđ nullum malum culpæ, nec penæ dicitur uolitum à Deo. Secundum est, qđ mala naturæ, vel penæ à Deo per accidens volità esse possunt. Tertium est, quod nec per se, nec secundum accidens mala culpæ possunt esse volita à Deo. Nunc his ita pręmissis, ad argumenta soluenda accedo, & ad primũ dico, mala per accidens ad vniuersi perfectionẽ non per se pertinere, loquendo tamen de malo naturæ, & penæ, non aũt de malis culpæ. Ad secundum, negatur similitudo de malo penæ, quod priuat bonum naturæ, & de malo culpæ, quod priuat bonum gratiæ, quia bonum naturæ, qđ priuatur per malum penæ, pōt recompensari per maius bonum naturæ, vel gratiæ, potest ẽt esse consonum rectæ rationi. At bonum gratiæ, quod priuatur per malum culpæ, recompensari non pōt per maius bonum naturæ, nec pōt consonum esse rectæ rationi, prọpter qđ nunquam potest habere rationem boni, nec rectè voliti. Et hęc pro pręsenti.

QVOD VOLVNTAS DEI, ETC.
Distinctio XLVII.
Lectio CXLVIII.

Circa quadragesimã septimã huius lib. primi distinctionem versaturi nexum in primis considerabimus; insuper ad diuisionem properabimus. De nexu, de serie, de ordine, quid dicturus, audite. Ex quo Magister sent. superius de quibusdam egit, quæ diuinæ voluntatis effectum impediri videbantur, nunc

nunc consequenter de diuinæ voluntatis efficaci adimpletione loquuturus. Diuiditur hęc distinctio, siue vsurpatur, in tres partes, in quarum prima ostenditur, qualiter Dei voluntas semper impleatur, in altera exemplo desumpto ab his, qui hanc impugnant, idem declaratur; in tertia, & vltima intentũ concluditur, Deum scilicet diuersimodè secundum eam pręcipere. Quantum ad primam in ordine partẽ attinet, dicendum ita est, qđ Dei voluntas sit semper efficax, ita vt nil cõtra eam inueniri queat, licet multa pręter eam fieri appareat. Quòd aũt Dei voluntas semper adimpleatur, difficile id probare minimè est: nam uel de creatura, uel à creatura dicitur adimpleri, à creatura, V. g. quando ipsa benefacit. De creatura verò quando Deus benedictus ordinat de mala faciente, vt vult. Sed hic uos dubitare posse, ex excelso uideo, quo scilicet modo aliquid fieri ualeat pręter Dei voluntatem cũ nihil eius voluntati resistat? Deinde, quo modo illud, quod contra Dei voluntatem fit, non est pręter eã: pro cognoscenda ueritate distinctionẽ in medium de uoluntate adducemus: nam dupliciter accipi solet, quandoq; enim voluntas Dei, ipsam essentiam diuinam nominat, pręcepta, uel diuinæ uoluntatis prohibitiones. Aliquando verò diuina uoluntas nominat permissionem. His in hunc modum pręsuppositis dici põt ad formã difficultatis, nihil fieri posse contra Dei uoluntatem, ut nominat diuinam essentiam. At contra pręcepta, nec nõ prohibitiones, quæ signa sunt diuinæ uoluntatis, benè aliquid fieri potest, ut mala. Nihil tamen possibile est fieri pręter eius permissionem, ut in hoc primo segmento sermonis nostr uidere est. In secundo, ut uobis dilucidum fiat, quo modo Dei ẽt uoluntas

adim-

adimpleatur, quo ad eam impugnantes, ita dicemus, peruersos quidem contra eius preceptionem, uel prohibitionem facere, sed non contra eius uoluntatẽ, quæ ipse est, nisi uelitis dicere, peruersè agere, esse contra eam, & fieri, quia preter diuinam uoluntatem ea fiant. Semper tamen diuina adimpletur uoluntas, quo ad male agentes, ac consilio, siue Dei precepto cõtradicentes, qđ uoluntas appellatur, nõ tamen eius uoluntati, quæ ipse est. Fecerunt itaque, quod ualuerunt, sed non contra Dei omnipotentis uoluntatẽ, quia non valuerunt, nec ob id sempiterna Dei uoluntas inefficax dici debet, eò quia non semper adimpleatur, immo, quòd sic, quia impugnantes, & male agentes contra Dei precepta, & prohibitiones, eius uoluntas sempiterna adimpletur, qua eos damnari uolebat: efficax ergo, semperq; adimpletur diuina uoluntas, & inuicta est, vt hac in parte secunda habetis. Postremo, vt claudatur presens distinctio, notumq; uobis fiat, quo modo Deus diuersimodè precipiat secundum suam uoluntatem, ita dicendum, quòd non omnia, quæ Deus precepit, uel prohibuit, ita fieri uoluit. Deus etenim aliquando ex aliqua ratione sibi nota quedam fieri minimè uoluit, sed benè se ad modum volentis habuit, vt patet de imolatione Isaac, & huiusmodi. Et hec satis.

AN QVID PRAETER DIVINAM FIERI POSSIT VOLVNTATEM.

Lectio CXLIX.

C*Irca predeclaratam distinctionẽ quesita quatuor excitari possent, at ego breuitati inseruiens, duo tantùm examinanda*

da proponam, quorum primum erit. Vtrum aliquid pręter diuinam fieri poßit uoluntatem. Insuper, Vtrum illud, qđ fit contra Dei uoluntatem, diuinæ dicatur obsequi uoluntati. Quantum ad primum, arguunt quidam negatiuè procedentes, & primo sic. Nullus effectus vniuersalißimæ causæ causalitatem subterfugere poteſt, at diuina uoluntas causa vniuersalißima eſt, quare nullus effectus hanc poterit subterfugere, & ita nihil dicetur fieri poſſe pręter eam. Deinde, semper diuina uoluntas adimpleri dicitur, vt superius probauimus; nil ergo debet poni fieri pręter eam. In oppoſitum, dicetis uos, experientia se habet; multa enim mala fieri videmus pręter diuinam uoluntatem: igitur quid contra ipsam fieri poſſe ponendum. Pro vera, claraq; determinatione huius difficultatis sciendum eſt, quid sit fieri pręter, uel contra diuinã uoluntatem, ad quod videndum, ita erit dicendum, quod ueluti in naturalibus euenit, ita aliquo modo in propoſito noſtro, in naturalibus aũt aliquid fieri dicitur secundum naturam, vel eſſe secundũ naturam, quod vel eſt, vel fit secundum inclinationem naturæ, V. g. quando lapis deorſum mouetur, contra verò naturã id fieri dicitur, quod euenit pręter naturæ inclinationem, V. g. dùm lapis surſum mouetur: pręter verò naturã solet quid fieri, quando nec secundum inclinationem naturæ, nec cõtra fit, eò quia natura nullam inclinationem habet ad hoc, vel ad oppoſitum suum, vt cum ex ligno fit ſtatua. Similiter accidit circa uoluntatem, illud enim dicitur fieri secundum uoluntatem, quod euenit secundum voluntatis inclinationem; & cum inclinatio uoluntatis sit finis actus uolendi omne, quod fit secundum uoluntatem, uolitum fieri dicetur.

dicetur. At illud, quod fit contra uoluntatis inclinationem, contra uoluntatem fieri ponetur. Quando aũt fit aliquid, quod uoluntas vult non fieri, tunc vbi talis non adest uoluntatis inclinatio, ut fiat, uel non, id preter uoluntatem fieri statuetur. Insuper sciendũ, quod diuina uoluntas, ut alias dictum est, solet distingui in uoluntatem beneplaciti, & signi; deinde illa beneplaciti adhuc subdistinguitur in antecedentem, & consequentem. Si de prima proculdubio fieri multa, & preter eam, & contra eam dicemus, at de secunda, nihil, quia volitum uoluntate consequente simpliciter dicitur volitum: quare, &c. His ita premissis, ad solutiones argumentorum accedo, & ad primum dico, quod maior vera est de effectibus, at si loquamur de defectibus, aliter cõtinget: nam multi defectus, vt mala culpæ, quæ quatenus mala, defectum important, diuinæ uoluntatis causalitatem effugiunt: vel aliter dicatis, quòd nullus effectus possit subterfugere causalitatem vniuersalissimæ causæ, quin ei subsit, vel mediatè, vel immediatè. Ad secundum argumentum iam ex superioribus patuit responsum: nam currit de voluntate beneplaciti, non de illa signi, vel de antecedente, nõ aũt de consequente; nil enim fit contra, nec preter hanc. Explanato primo dubio, accedit secundum, vbi vnico medio pro parte negatiua sic insto. Quicunq; Deo, vel eius uoluntati obsequitur, uoluntatem suam conformat uoluntati diuinæ, at qui facit contra Dei voluntatem, minimè suam, eius uoluntati conformat, non ergo ei obsequitur. Pro responsione sciendum est, aliquid obsequi diuinæ voluntati bifariam considerari, vno modo, vt materia de qua, vel circa quam fit uoluntas diuina, penes quẽ modum lapides dicuntur

obsequi

obsequi ędificāti de lapidibus. Alio modo, vt agens secundarium, cuius actio tendit ad illud, quod distat, & vult agens principale; secūdum quē modum manu artifices uoluntati principalis agentis obsequuntur. His in hunc modum positis, ad argumentum adductum sic dicendum, quod procedat de eo, qui ex intentione obsequitur diuinæ uoluntati per modum agentis; talis enim non agit contra uoluntatem diuinam, sed se ei conformat: vel dicatis, quod possibile sit, aliquem facere contra Dei uoluntatem antecedentem, & obsequi diuinæ uoluntati per modum materiæ, vel agentis, vt iam fuit declaratum. Insuper dicatis, quod qui facit aliquid cōtra Dei uoluntatem antecedentem, eiusdem tamen uoluntati obsequitur, scilicet consequenti, vt materia, de qua, vel circa quam fit uoluntas consequens, & hoc quantum ad secundum modum, quo scilicet, aliquid alteri dicitur obsequi, vt agens secundarium principali. Et hęc satis.

AN DEVS, QVOD NON VVLT PRAECIPERE POSSIT.
Lectio CL.

D*E quatuor quęsitis hactenus duo enodata habetis, supersunt alia duo in pręsentiarum dilucidanda, quorum primum est, Vtrum Deus, qđ non vult fieri, pręcipere possit. Deinde, Vtrum malum fieri pręcipere valeat. Circa primum, arguunt quidam pro parte negatiua sic. Pręceptum iudicare dicitur pręcipientis uoluntatem, at quicunq; indicat se velle, qđ*

minimè

minimè vult, fictus est, hoc aũt Deo ascribi non debet: ergo nec primũ. Sed dicetis, cur ergo legitur Gene. xxii. qđ Deus pręcepit Abrahæ, vt filium immolaret, deinde noluit eius immolationem, vt patet ibidem? ergo, &c. Circa materiam hanc duplex modus assignari põt, vnus est uolentium, Deum aliquid posse pręcipere, sed tamen illud nolle, vt patet de Isaac immolatione, quæ fuit pręcepta, sed non uolita. Alius modus est tenentium, nec Deum posse, nec pręcipere id, quod non vult. His sic dispositis, ad primum argumentum ita dicendum, qđ pręceptum non semper pręcipientis voluntatem indicat, qua pręcipiens uelit rem pręceptam fieri, sed illam tantùm, qua pręcipiens vult obligare illum, cui pręcipit ad faciendum, quod pręcipitur, & hoc est semper. Vel dicatis, qđ Deus ratione materiæ, nihil pręcipit, quin illud fieri velit (saltem voluntate antecedente) Ad illud verò in oppositum de immolatione Isaac est dicendum, quod talis immolatio fuerit voluntaria voluntate antecedente, non consequente. Et hęc pro primo dubio. quęritur modo secundo, Num Deus mala fieri pręcipere possit. Mihi certè videtur esse dicendũ, qđ sic. Nam occisio innocentis mala est, similiter fornicationis cõcubitus; insuper alienum re sua spoliare, sed hęc oĩa Deus pręcepit: igitur, & mala fieri uoluit. Sed dicetis vos, negamus minorẽ, scilicet Deũ hęc fieri pręcepisse: probari possunt hęc tria testimonio sacræ paginæ, & primo primũ, vt habetur Gen. xxii. de occisione Isaac. Secundum Oseæ primo: Accipe mulierẽ fornicariam. Tertium Exodi xi. Deus ergo mala fieri põt pręcipere. Sed contra, nullus diuinis obediens pręceptis malè facit: quare, &c. Pro dilucidatione huius quęstionis sciendum

dum

dum est, questionē hanc minimè intelligendam esse de malo penæ, costat etenim, quòd tale cadit sub diuino pręcepto, & humano: igitur de malo culpæ. Nunc ad principale argumentum dicendum venit, quòd innocentis occisio non sic mala est, quin mali ratio sit ab ea separabilis authoritate Dei, qui est simpliciter dominus vitæ, & mortis; potuit ideo pręcipi à Deo. De concubitu autem fornicario, nec non de rei alienæ ablatione pōt dici, quod minimè fuerint à Deo pręcepta, cum includant intrinsecus, & inseparabiliter indebiti rationem: benè Deus pōt mutare naturas, & rerum conditiones, potuit itaq; facere, quod mulier, quæ non erat Oseæ per vinculum matrimonij perpetuum, esset eius ad temporaneum vsum, & ita accessit ad suam, nec est fornicatus, quia fornicari est accedere ad non suam. Similiter Deus absolutè dominus potuit facere, qđ res, quæ erāt Aegyptiorum fierent Hebreorum, vel ex Dei mero dono, vel in recompensationem laboris, ac seruitij, qđ impenderant Hebrei Aegyptijs, & sic Hebrei non abstulerunt rem alienam, sed suam; quare nec sunt furati. Mala ergo fieri coniunctim, idest sub conditione mali, Deus nequaquam pręcipit, sed solum, vt supra diximus. Et hęc satis.

QVOD ALIQVANDO HOMO BONA, ETC.
Distinctio XLVIII.
Lectio CLI.

V*T vltimā imponamus manum huic lib. primo (Nobil. Audit.) nouissimam perbreuem, admodum vtilem, & facilem enodabimus in pręsenti distinctionem; pen-*

 dentiam

dentiam huius primò considerantes; Insuper diuisionem. Quantum ad primum. Ex quo Magister docuit Dei uoluntatem semper adimpleri, nunc agere intendit de uoluntate humana, vt cognoscamus, quo modo in conformitate se debeat habere ad illam diuinā. Habito his paucis verbis nexu presentis cum superioribus distinctionibus, nunc ad diuisionem accedo, vsurpari enim hęc in tria puncta distinctio potest. In quorum primo declaratur, quòd voluntas nostra bona diuinæ non semper in uolito conformatur. Pręterea, quando conformetur, detegitur. Demùm notandum ex pręcdictis colligitur. Circa segmenti primi expositionem Magister sent. vt doceat, quo modo nostra uoluntas bona non semper diuinæ uoluntati cōformetur exemplo desumpto à bono filio utitur. Sit ergo Sortes Platonis filius, qui bona uoluntate uelit patrem viuere, quē Deus bona vult uoluntate mori, hoc in casu exprẽsé patet, q̄d filij voluntas materialiter non vult, quod Deus vult, nec ob id mala est; non ergo semper bona uoluntas nostra diuinæ conformis est uoluntati, vt ex hoc primo colligi puncto potest. In secundo declarari habet, q̄d quandoq; creata uoluntas diuinæ sit uoluntati in uolito conformis, licet non semper bona sit, V. g. ponatur hic Ioan. qui velit fratrem suum mori, hoc idem uelit Deus, tunc bona erit ne voluntas Ioan. quæ in uolito est conformis diuinæ uoluntati? certé non, quia Ioan. ex impietate vult fratris mortem, at Deus ex iustitia, nec non ex pietate. His segmentis duobus tertium addi pōt, quod circa notandum uersatur tale. Dei uoluntas bona quandoq; per hominū malas uoluntates adimpleri dicitur, vt fuit in Christi morte. Nam Deus Christum mortem sustinere uolebat, sed non

Iudeos

Iudeos inferre, & licet Christi passio Deo placeret, non tamen sibi placebat, inquantum pęnalis fuit, at inquãtum salutifera. Non secus sanctorum passiones diuersis causis sanctis placere, & displicere possunt. Sic finitur liber primus in eo, qui est finis omnium, in sęcula sęculorum. Amen.

VTRVM VOLVNTAS NOSTRA DIVINAE VOLVNTATI POSSIT CONFORMARI.

Lectio CLII.

VT tandem extremã imponamus manum huic lib. primo Magistri sent. duo circa dicta Magistri quęsita examinabimus quęrentes primo. Vtrũ nostra uoluntas diuinæ possit conformari uoluntati: deinde, Vtrum omnes teneantur ad suam uoluntatem conformandum diuinæ. Quantum ad primum, pro parte negatiua primo sic arguitur: conformitas suorum in vna forma conuenientia est, at diuina uoluntas, & nostra nequaquam possunt in aliqua vna forma conuenire, nec secundũ speciem, nec secundum genus, quare inter eas conformitas aliqua esse non põt. Pręterea, relatiua ęquiperantiæ ad conuertentiam dicuntur, sed conformitas relatio dicitur ęquiperantiæ: ergo si nostra uoluntas conformari diuinæ diceretur uoluntati, tunc ẽt diuina nostræ posset voluntati conformari, at hoc minimè dicimus: ergo, &c. Ex alio latere quia uoluntas verè obedientis conformatur uoluntati pręcipientis: igitur multorum uoluntas diuinæ cõformabitur uoluntati. Pro determinatione huius negotij scire debetis, quęstionem hanc

de conformitate nostræ uoluntatis ad diuinam debere intelligi de conformatione in uolito, quo presupposito, dici põt ad principale argumentum, qđ non oĩs conformitas dicitur esse secundum participationem eiusdem formæ specificæ inhęrentis, vel non inherẽtis, sed secundum plures alios modos, vt puta secundum idem obiectum uolitum, vel secundũ charitatis habitum, vel secundũ causam efficientem, vel finalem. Ad secundum dicitur, quod conformari plus importat, quam esse conforme, quoniam conformari dicitur solum illud, quod habet quasi rationem imaginis, vel effectus proportionati respectu alterius; vnde conformari est fieri quasi ad alterius formam, & istud diuinæ minimè potest uoluntati cõpetere respectu uoluntatis nostræ, sed è conuerso, propter quod uoluntas nostra uoluntati diuinæ dicitur conformari. Et hęc de primo quęsito. Circa secundum quidam ad partem negatiuam declinantes arguunt sic. Vt se habet uoluntas ad uoluntatem, ita intellectus ad intellectum, sed nos tenemur intellectũ nostrum diuino intellectui conformare, alioquin omnis homo habens opinionem falsam peccaret, qđ minimè verum est: ergo uoluntatem nostram diuinæ conformare minimè uoluntati tenemur. Pręterea, ad impossibile nemo tenetur, sed quandoq; uoluntatem conformare nostram diuinæ uoluntati impossibile est: ergo, &c. Minor patet de obstinatis, qui ob sui status, vti damnati hoc facere nequeunt: igitur, &c. Deinde, Deus multorum vult damnationem, sed nullus tenetur suam uelle damnationem: ergo, &c. Ex alio latere, quia amicorũ cõformis debet esse uoluntas, & nos tenemur esse amici Dei: ergo, &c. Pro dilucidatione huius quęsiti scire debetis, omnes teneri

confor-

conformari diuinæ uoluntati, his tribus seruatis, scilicet, iusto, cõgruo, & cognito. Quibus ita positis, dici potest nunc ad primum argumentum, q᷃ similitudo nulla est de intellectu, & uoluntate; ratio assignatur, quia intellectus defectus in nostra potestate minimè est, cogimur enim quandoq; rationibus ad assentiẽdum falso, ideo non peccamus, sed deliberata uoluntas in nostra potestate est, ideo peccamus, nisi eam conformemus diuinæ uoluntati, prout & in quibus conformare tenemur. Similiter de intellectu quantum ad ea, quæ sunt fidei, & saluti expedientia: ne ergo peccemus, quantum ad illud, quod est in potestate nostra, diuinæ tenemur uoluntati conformari. Ad argumentum secundum dici potest, quod obstinati simpliciter, vel damnati voluntatem non tenentur conformare suam diuinæ uoluntati, ideo nec de nouo merentur, nec peccant, at benè in peccato, in quo mortui sunt, perseuerant, nos etiam pro statu viæ non tenemur nostram cõformare voluntatem diuinæ voluntati, nisi prout, & quantũ nobis innotescit, siue quo ad volitum, siue quo ad finem, & vt superius notauimus. Ad tertium dici potest, quod in tali volito sicuti est damnatio propria non tenetur quis conformare suam voluntatem diuinæ voluntati. Quid si alicui sua damnatio reuelaretur? dici potest, hoc debere accipi secundum comminationem, non autem secundum præscientiam. Rursus si constaret hoc esse dictum secundum præscientiam? Respondetur, quod ob id non decet aliquem hoc velle, nec Deus vult nos hoc velle, cum velle oppositum, scilicet beatitudinem sit finis, propter quem debemus velle omne aliud volitum. Ad illud verò in oppositam partem debet dici, quod amicorum est confor-

mis

mis voluntas in illis ſolum, in quibus decet vtrunque velle: idem in quo caſu voluntatem noſtram voluntati diuinæ conformare tenemur. Tunc appropinquamus ad illum, qui ſummè bonus eſt, in quo finitur hic primus liber. Amen.

FINIS.

Marceſcit ſine aduerſario virtus.

LIBRI PRIMI ERRORES, & defectus corrigendi.

Pag. Linea, Errori.

15. 25. *diuinus, diuinis.*
17. 3. *Vti, cui.*
20. 4. *principali, principalis.*
21. 20. *creatum, creatura.*
22. 6. *ausus, abusus.*
34. 25. *pro hoc, pro hac.*
36. 26. *at, ad. ibidem. quo ad, at quo ad.*
38. 22. *ad primam, ad primũ.*
40. 1. *depronitur, depromitur,*
42. 20. *spirat, spirant.*
44. 7. *creaturis, creatoris.*
50. 3. *excellente, excellenti.*
50. 20. *ius, uis.*
† 61. 22. *psonali. desunt hęc verba. non tamen è conuerso nomen personale posse dici.*
76. 5. *intellectiualem, intellectualem.*
84. 12. *cõmunicati, cõmunicat.*
95. 12. *claritas, charitas.*
102. 9. *ius, uis.*
104. 20. *propter hoc negauit, non negauit.*
† *ibid. li.* 24. *& quandã, & p quandã.*
107. *agit, egit.*
109. 11. *procedit, procedat.*
111. 14. *eadem, eandem.*
119. 26. *quia, quin.*
119. 15. *quam, qua.*
126. 19. *in opposito, in proposito.*
128. 7. *posse dicendum, esse dicendum.*
133. 3. *aliqua, aliquæ.*

Pag. Linea, Errori.

145. 13. *nuncupaturi, nuncupat.*
154. 8. *quinque, quique.*
157. 1. *acquisitus, acquisitos. ibidem. habitus, habitibus.*
157. 7. *potenda ponenda.*
157. 25. *&, at.*
158. 1. *Deo viso, Deo.*
159. 8. *infallibiter, infallibiliter.*
† 160. 9. *primo, & primo.*
† 160. 15. *fidem, fidem infusam.*
161. 18. *respondeamus, respondeam.*
165. 2. *fides, filius.*
166. 10. *quod, quid.*
174. 11. *habet, habetur.*
182. 4. *nona, noua.*
183. 3. *notiua, notitia.*
185. 17. *hęc, hę.*
191. 8. *vexum, verbum.*
200. 5. *sit, sint.*
207. 1. *Distincto, Distinctio.*
214. 3. *superioribus, superiori.*
† 215. 18. *nulla forma, quòd nulla forma.*
218. 4. *Nunc, Num.*
218. 26. *essentia, essentialia.*
219. 4. *nostrum, nostræ.*
220. 6. *secum, secundum.*
220. 20. *procedere, pręcedere.*
225. 3. *Spiritus factus, Spiritui sancto.*
† 232. 21. *pluribus, à pluribus.*
233. 5. *quarum quorum.*
233. 9. *motum, notum.*
235. 26. *pullicitis, pollicitis.*

237.

ERRATA LIBRI PRIMI,

Pag. Linea, Errori.

237. 26. *sit, sic.*
240. 22. *appropriatione, appropriationem.*
241. 6. *ab ipsa, ab ipso.*
245. 4. *hoc, hac.*
247. 25. *Distinctinctionibus, Distinctionis.*
248. 21. *diligre, diligere.*
250. 15. *forte, forte.*
253. 19. *extrinscius, extrinsecus.*
ibidem. suma, sunt.
270. 11. *causa, causæ.*
†270. 17. *Deus pscit, si Deus pscit.*
273. 25. *in ipsa, in ipso.*
277. 2. *puidentiam, puidentia.*
† 279. 26. *duratione, in duratione.*
286. 13. *mittit, immittit.*
287. 16. *concedi, concedit.*
294. 13. *eadem, eandem.*
297. 8. *ab ante, ab arte.*
304. 25. *habent, habet.*

Pag. Linea, Errori.

307. 18. *ect, est.*
308. 10. *habens, habent.*
313. 8. *idem, isdem.*
326. 6. *Nunc, Num.*
328. 5. *negatia, negatiua.*
331. 13. *distringuẽdum, distinguendum.*
332. 3. *conoscere, cognoscere.*
339. 12. *censtitutionẽ, cõstitutionẽ*
343. 9. *ius, uis.*
344. 19. *approbatis, approbatio.*
345. 18. *& intentum, vt intentũ.*
350. 23. *dereliquit, derelinquit.*
351. 6. *ratioomari, ratiocinari.*
353. 15. *salsum, falsum.*
365. 10. *addictis, adductis.*
384. 3. *Deus, Dei.*
390. 20. *vnam, vna,*
399. 2. *distat, dictat.*
399. 5. *uditare, indicare.*
403. 6. *suorum, duorum.*

F I N I S.